Copiese la portada

M. S. 4.º perg.º con 230. hojas sin fo-
liar, bien tratado, completo.

R.— Vargas de Virtutibus

Cursus Theologicus Speculativus &c.

[illegible] en el

del primer Trabajo [illegible]

Tractatus 6.

De Virtutibus Theologicis

[illegible]

Fides &c.

Pars in [illegible] &c.

Cursus Theologicus Speculativus &c.
Lo demas del Titulo se à de poner como en el
del primer Tratado de Deo Uno, et Trino.

Tractatus 6.us

De Virtutibus Theologicis.

In 2. 2.ae part. D. Thomę Doct. Angelici.

Auctore &c.

Prodit in lucem &c.

✠

Prælocutio

~~Incaeptum laborem repetentes~~ × O. A., nos oppor- × Propositum laborem prosequentes,
tunè excipit Apostolus, Theologicæ, quam aggredimur,
» disputationi hoc lemmate præscribens argumentum. Nunc
» manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc (1. Corinth. 13)
Trina hæc theologica virtus triplex est color, quo Sol
Justitiæ pulcherrimam suæ divinitatis imaginem
in animis hominum depingit. Earumdem virtu-
tum purissimis radijs in hoc nostro tractatu speciosa
quædam Iris appareret; mille trahens varios, adverso
sole, colores, si obiectum tenebris ingenium, quale
meum esse fateor, densas nubes non opponeret. Sed
tamen ex fidei lumine, in Deo, qui est charitas,
spes reponenda: ipse faciet, ex tenebris lucem splen-
descere, ut × indignè prorsus de Virtutibus theologicis × non
disputemus.

Propositum argumentum huius tracta-
tus in quatuor Disputationes dissecabo. In 1.a de
De Virtut. Theol., Cap. 13.

Fide

D.1, C.1.–

de Fide; in 2.a de Spe; de Charitate in 3.a; ac demum in 4.a de ijsdem Virtutibus in Communi agemus, quanta brevitate, et claritate possumus.

Disputatio 1.a

De Fidei Theologicæ Virtute

Fides Theologica primus est divinitatis radius; sed qui ex columna ignis, et nubis hominum mentes perfringit: quoniam sicut tenebræ eius, ita et lumen eius. De hoc clarissimo Fidei lumine quæstiones obscurissimas discutimus: ac primò quidem de fidei obiecto formali, ac materiali disputabimus; et mox de ipsis ad actum fidei, de ipsoque fidei actu disseremus.

Caput 1.m

De Obiecto formali Fidei

Sectio 1.a

Præscienda pro resolutione difficultatis.

Fides multipliciter accipitur tum in humana

tur in sacra eruditione. Accipitur 1° pro
fidelitate in servandis promissis; et sic fides est
virtus ad voluntatem spectans: et hoc modo Deus
» dicitur fidelis, 1. Joann., Cap. 1. Si confiteamur
» peccata nostra, fidelis est, et justus, ut remittat.
» Accipitur 2° pro fiducia; et sic etiam fides
» pertinet ad voluntatem, et est ipsa spei virtus
» juxta illud, Jacob. Cap. 1. Postulet in fide, nihil
» hesitans. Accipitur 3° pro firmo assensu, quo
credimus alterius* ~~[illegible]~~; et sic fides pertinet ad intelectum: * alicujus dictis;
Et quoniam sermo est de Fide Theologica, accipitur
in presenti fides pro virtute qua Deo revelanti, et
testificanti prestamus firmum, certumque assensum.
Sic accipitur frequentissime in Scripturis fides
» justificans; clarissimum est illud, ad Hebr. Cap. 11.
» Sine fide impossibile est placere Deo: accedentem
» ad Deum oportet credere, quia est, et inquirentibus
» se remunerator est.

2 Haec Theologica Fides alia est

habitualis:

alia actualis. Habitualis est, qualitas supernaturalis permanens, quâ disponimur, et potentes sumus ad actum credendi Deo testificanti; actualis verò est ipse assensus Deo testificanti à nobis exhibitus: utrique autem fidei tum actuali tum habituali cum accommoda distributione adaptatur

„ hæc definitio, quam tradit Apostolus nuper citatus.

„ Sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Hanc definitionem sic explicabis ex Crysostomo, Augustino, et D. Angelico, q. 14 de verit. art. 2. Fides dicitur substantia, sive hypostasis, rerum sperandarum: in quantum est inchoatio vitæ æternæ, fundamentum spiritualis salutis, et basis toti substans sanctitatis ædificio. Fides dicitur ~~[illegible]~~ argumen-

× 15 va— tum non apparentium; inquantum facit intellectum asentire non aparentibus; et hîc sumitur argumentum pro effectu eius, nimirum pro asensu firmo, qualis oritur ex argumento convincenti. Hîc satis innuitur obiectum formale fidei, unde hæc virtus specificatur;

nam cum firmum assensum non apparentium, in quo fundatur justificationis, et salutis ordo, inchoat, inde habet quod assensus sit Deo testificanti exhibitus; idque ipsum innuit Apostolus, eodem loco, per haec verba, quibus exemplo confirmat: doctrinam
» Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad
» justitiam.

3 Exposita definitio complectitur fidem sumptam adaequate: id est, ipsum intelectus assensum, et efficacem voluntatis actum, quo ille imperatur: assensus namque fidei habet, esse liberum et meritorium, inchoativumque vitae aeternae, ab actu voluntatis, qui dicitur pia credendi affectio. Hinc Fidei habitum pertinentem ad intellectum comitatur alius supernus habitus ille pertinens ad voluntatem: qui quidem communiter appellatur habitus piae credulitatis, et a quo profluit efficax credendi imperium. Haec cum ita sint, non disputamus modo de objecto formali piae credulitatis pertinentis ad habitum voluntatis, sed de

D. 1, C. 1. -

obiecti formali assensus fidei pertinentis ad intelectum.

4. Supponitur, intelectum dupliciter assentiri obiecto: nimirum immediate; vel mediate, Tunc assenditur immediate, quando ratio, propter quam assentitur, est ipsa evidentia terminorum, ex quorum aprehensione veritas apparet, sistendo in ipsa; et sicuti accidit in primis principijs, et propositionibus per se notis. Tunc intelectus assenditur mediate, quando ratio, propter quam assentitur, non est evidentia terminorum, sed aliud principium, cui etiam assentitur, et ex quo illa alia veritas infertur. Ratio: nam intelectus non potest assentiri obiecto, nisi appareat ut verum; nequit autem apparere ut verum nisi vel in seipso, vel in alio. Si primum, erit veritas per se nota, et terminans assensum immediatum. Si, 2.^um erit veritas per aliud nota, et terminans assensum mediatum. Jnfertur: assensus immediatus resolvitur unice in suum obiectum; assensus autem mediatus resolvitur ultimo in alliud

immediatum

obiectum, quod sit perse notum: non aliter daretur processio in infinitum. Concluditur: obiectum formale cuiuscumque assensus est illud, cui propter ipsum assentitur intellectus, et non propter aliud; ac proinde obiectum formale, in quod unicè, vel ultimò resolvitur assensus, est aliquid perse notum.

5

Ad rem nostram: per idem. F. Theologicam firmiter, et certò assentitur intellectus misterijs à Deo revelatis: Vg. Trinitati. Iste assensus non potest esse immediatus; neque enim misterium Trinitatis est veritas per se, et ex terminis nota: superest, ut ille assensus sit mediatus. Tunc sic: ergo ille assensus in aliud obiectum resolvi ultimò debet, quod sit perse notum et cuius propter se, et non propter aliud, firmiter, et certò assentiatur intellectus. Istud obiectum assignari omnino non potest: neque enim esse potest auctoritas Dei revelantis; neque aliud quispiam definitum.

D. 1, C. 1.

Non hoc: nam jam assensus non erit fidei divinæ; quia non erit propter Dei authoritatem. Non hæc ipsa: non enim est evidens, notum per se, et ex terminis, quod Deus revelaverit Trinitatis mysterium. Habes implexissimam difficultatem de obiecto formali, motivo fidei, in quod fidei assensus resolvendus est ultimo.

Præmissum primum.

6 Obiectum formale fidei non potest supleri per lumen superum, sive habituale, sive actuale quo intelectus elevetur ad assentiendum mysteriis revelatis, ac si essent per se nota. Est comunis theologorum sensus contra Gabriel, et Ocamum. Probatur: assensus elicitus sub huiusmodi lumine habet motivum; istud autem motivum aliud non est nisi veritas ipsa mysterij per lumen detecta: ergo huiusmodi assensus non erit actus fidei; ac proinde obiectum formale fidei non potest suppleri per lumen

intrinum. Constat antecedens; et sequela. Ergo consequentia liquet: consequentia autem probatur. Non est actus fidei, quod non est ex motivo fidei: sic in virtutibus intelectualibus non est actus scientię, quod non est ex motivo scientię; et sic in virtutibus voluntatis non est actus misericordię, quod non est ex motivo misericordię. Sed actus quo unice haberetur ex veritate ipsa misterij non esset ex motivo fidei: neque enim est ex motivo fidei actus, quo non creditur Deo; nec creditur Deo, quando eius authoritas in tesposito testimonio non ponitur: ergo. Hinc lumen illud supernum detegens veritatem misterij in se ipsa non erit lumen fidei: nam fidei motivum non respiceret.

7\. Dices 1°: obiectum fidei manifestatur per lumen fidei, tum habituale, tum actuale: ergo sufficit istud lumen ad actum fidei absque omni alio obiecto formali. Prob. 1°: per habitum fidei, et actuale auxilium, determinatur intellectus ad assensum supernaturalem rei

tenetate; ergo istud supernum lumen sufficit ad fidei assensum. 3°: auxilium actuale fidei non se habet per modum causae purae efficientis, sed insuper inclinat, et movet ad assensum: ergo absque alia motione proveniente ex objecto formali, potest haberi fidei assensus. 4°: plures rustici, et hebetes, qui ex infidelitate convertuntur, credunt fide divina ex interno instinctu absque ulla ratione formali alia: ergo Vera.

8 Ad 1. nego antecedens: neque enim habitus fidei, neque auxilium ad credendum manifestant fidei objectum; cum non sint Dei locutio et ipso objecto. Habitus fidei effective tantum concurrit ad actum credendi; auxilium autem actuale proponit voluntati motiva, quibus imperat ipsum actum: at actus, prout est assensus, motivum suum formale habere debet; quod quidem motivum, ut sit fidei assensus, non potest stare in veritate ipsa mysterii — Ad 2um distinguo antecedens:

per habitum fidei, et actuale auxilium determinatur effective, et inductive intellectus ad assensum rei revelatae, concedo: determinatur formaliter, et obiective, nego antecedens, et consequentiam. Intellectus formaliter, et obiective determinatur unice à veritate; si autem determinetur autoritate mysterii in seipsa, jam actus non est ex fidei motivo: unde neque in ipsum influet fidei supernus habitus, qui solius est ad actus ex motivo fidei.— Ad 3m, concesso antecedenti, nego consequentiam: nam actuale auxilium non potest movere voluntatem ad imperandum assensum, nisi intellectui proponatur veritas obiecti: haec autem, nisi detegatur ex Dei testificantis authoritate, non est sufficiens ad assensum fidei: quapropter, ultra motionem gratiae auxiliantis, requiritur obiectiva motio proveniens ab obiecto formali, quod a fide respicitur.— ~~[illegible]~~ Ad 4um: nego antecedens: nullus enim internus instinctus sufficit ad assensum fidei, nisi instimulet ad credendum Deo: ac proinde instimulare debet ad assensum, qui movetur ex obiecto formali fidei. Hinc in rusticis, et ~~[illegible]~~ internus instinctus ~~[illegible]~~ hebetibus,

non supplet motionem obiecti formalis, sed supplet pro motivo credibilitatis, aut pro clamore ipsorum cognitione.

9 Praemissum 2.us Ad actum fidei non sufficit motivum obedientiae pertinens ad voluntatem, sed requiritur obiectum formale pertinens ad intellectum. Sic communiter theologi contra Guillielmum Parisiensem, et Rubionem. Probatur: sicut actus voluntatis movetur ex ratione boni, sic actus intellectus ex ratione veri: et ideo, ~~ex~~ quamvis nobis sit liberum imaginari, non est nobis liberum opinari; quia ad assensum opinandum requiritur veritas, et haec non apparet in obiecto ad nutum voluntatis: ut tradit Philosophus, lib. 2. de anima, textu ~~...~~ 153. ~~...~~ Atqui actus fidei est actus intellectus: ergo moveri debet ex ratione veri: ergo ad actum fidei non sufficit motivum obedientiae pertinens ad voluntatem; sed requiritur obiectum formale pertinens ad intellectum.

Con-

Confirmatur: si ex obedientia asentior mysterio; ergo asentior existentiæ præcepti ad talem assensum. Sed quare asentior existentiæ præcepti? Non profectò quia datur aliud præceptum: sic enim instauratur argumentum, et itur in infinitum. Ergo existentiæ præcepti asentior ex motivo, quod se tenet ex parte intellectus; ac proinde ex motivo pertinente ad intellectum, asentior similiter mysterio, circa quod est præceptum. Urgetur: vel Deus potest præcipere asensum falsum; vel non. Si 1.^us ergo præceptum non est sufficiens ad asensum fidei, qui sine dubitatione, et formidine debet esse. Si 2.^us ergo præceptum non minus ac testimonium Dei, conectitur cum veritate mysterij, circa quod est præceptum: et motivum formale fidei non pertinet unicè ad voluntatem, sed ad intellectum. consequenter

Ratio sequelæ: quia dum asentior mysterio propter præceptum, [moveor] ex conexione præcepti cum veritate mysterij; hæc autem conexio non pertinet unicè ad voluntatem sed ad intellectum

Q.1., C.1.— Additur: preceptum Spei, charitatis et aliarum virtutum, non est obiectum formale ipsarum: ergo neque preceptum fidei est formale obiectum huius virtutis. Probatur consequentia: quia preceptum non constituit actum in materia determinate virtutis: et ideo preceptum Spei non est obiectum formale Spei; et sic de alijs virtutibus, quarum actus precipiuntur. Sed etiam fides est virtus determinata: ergo &a.

Obijcitur 1°.

R. Per fidem captivamus intelectum in obsequium Dei revelantis; sed si requiritur motivum pertinens ad intelectum, jam esse non captivatur: ergo non requiritur tale motivum; ac proinde sufficit motivum obedientiae. Concessa maiori, nego minorem: quamvis requiratur motivum ex parte intelectus ad actum credendi, captivamus adhuc intelectum in obsequium fidei. 1°: quia multa credimus, quae ~~sunt~~ supra rationem naturalem sunt; immo contra quae ratio naturalis stare videtur:

ut est mysterium Trinitatis. 2.° quia vel in ijs, quæ sunt 9
iuxta rationem naturalem, captivamus intellectum:
faciendo nimirum, quod firmius assentiatur rei revelatæ ob divinam revelationem obscure cognitam, quam
assentiretur pro ratione evidenti naturali. Sicut in
telligitur D. Crysostomus, homil. 21, in Epist. ad Hebr., »
» dicens: fides dici non potest, nisi cum circa ea, quæ non »
» videntur certitudine quis habuerit amplius quam »
». circa ea quæ videntur: ergo et cum credimus, quæ
sunt iuxta rationem naturalem, firmius credimus
propter Dei testimonium, quam propter rationis na-
turalis meritum. Obijcitur 2.° fides est cæca; rationem 12
» non quærit, sed illam prævenit: fide credimus, ut
» cognoscamus, non cognoscimus, ut credamus: ergo fides
non eget motivo pertinente ad intellectum; sed contenta est motivo obedientiæ. Antecedens constat
ex August., Ambros., et alijs Patribus, quorum
testimonia habes apud Eximium Suarezium

hic, Disput. 3., Sect. 1.a Concesso antecedente nego consequentiam: cæcitas enim fidei in hoc stat, quod non indigeat ratione naturali. Et hoc docent Patres disputantes contra Manichæos, qui dicebant, nichil esse credendum, nisi humana ratione probaretur, quem errorem postea renovarunt Petrus Abaylardus, et Arnoldus Brixiensis. At fides indiget divinâ authoritate revelante; et hæc est meriorum pertinens ad intelectum non potentem assentiri, nisi ubi detegitur ratio veri.

Obiicitur 3.o Obedien-

13 tia eò est perfectior quo magis est cæca; sed assensus fidei est ex obedientia: ergo ut perfectior sit debet non inniti motivo ex parte intelectus. Confirmatur: Deus, sicut prohibet hæresim, sic præcipit fidem; sed ut dissentiamus hæresibus sufficit prohibitio: ergo ut assentiamus fidei sufficit præcep

tum.

ideo non requiritur motivum ex parte intellectus. Con- 10
cesso premissis, nego consequentiam: neque enim pre-
ceptum potest esse de re impossibili; neque obedientia
debet esse non rationalis. Assensus autem sine
motivo ex parte intellectus esset irrationalis; immò
est impossibilis: unde illud caecitatis genus non
potest pertinere ad obedientiae perfectionem. Igitur
caecitas obedientiae in credendo in hoc stat, quod
non spectata ratione humana, immo contemptis
rationibus occurrentibus in contrarium firmissimè
credimus ~~praecipienti~~ Dei, qui praecipit, authorita- prop-
tem. Ad confirmationem, concessa maiori, nego ter
minorem: nam sicut ad assentiendum verita-
tibus revelatis est motivum Divina authoritas,
sic eadem est motivum ad dissentiendum oppo-
sitis falsitatibus, sive haeresibus; et sicut intellec-
tus non potest assentiri, nisi vero, ita non potest

dissentire, nisi falsum: unde ad neutrum sufficit motivum respectans unicè ad voluntatem.

12\. Obiicitur 4°

Si ad fidem requiritur motivum dirigens veritatem, perit ejus laudabilitas: est enim necessarium, quòd intellectus feratur in id, quod ut verum ipsi proponitur; sicut est necessarium quod oculi videant, quod ipsis obiicitur: ergo ad fidem non requiritur motivum ex parte intellectus.

Confirmatur: homini de quo judicamus, nec fallere, nec falli, credimus: ergo, si Deo credimus, non praecisse quia praecipit, sed quia nec fallere nec falli potest, nihil potius Deo, quàm homini deferimus. Nego antecedens, cujus probatio non urget: neque enim ex motivis fidei apparet evidenter veritas, sed obscurè: unde intellectus non necessitatur ad assensum, sicut necessitantur oculi

oculus ad videndum id, quod ipsi obijcitur. Hinc
motivum fidei non est motivum scientiæ: nam licet
evidenter constet de summa Dei authoritate, non
tamen evidenter constat de revelatione Dei, qua autho-
ritas applicatur mysterijs; ac proinde assensus propter
authoritatem Dei revelantis non est evidens, et sci-
entiæ, sed obscurus, et fidei. Ad confirmationem
concesso antecedente, nego consequentiam: longè enim
plus differimus Deo, quàm homini. 1º quia de ho-
minis testimonio constat evidenter; de testimonio
Dei non constat evidenter, sed obscurè. 2º quia Deo
credimus supra rationem naturalem, et ipsius testi-
monium præferendo evidentiæ sensuum, et ~~[illegible]~~, et omni
argumento in contrarium occurrenti. Non sic cre-
dimus homini ~~[illegible]~~ ~~æstimatione in~~ quantacunque
de illius authoritate habeamus.

Obijcitur 2º ex imperio NS
voluntatis potest fidei assensus habere maiorem
firmitatem, quàm exigat rationum pondus

D. 1, C. 1.

ad illum impellendum; sed non minus subijcitur imperio voluntatis assensus fidei quoad existentiam absolutamquam quoad modum majoris firmitatis: ergo si potest imperare assensum cum maiori firmitate, quam meretur rationum pondus, poterit voluntas illum absolute imperare absque omni ratione formali motiva: ergo sufficit motivum obedientiæ. Maior constat ex damnatione 1.ª propositionis ex proscriptis ab Inn. XI. — Concessis præmissis, nego consequentiam; quam non inferri, ostenditur: quia ideo potest voluntas imperare assensum firmiorem, quam meretur pondus rationum inquantum datur motivum firmius: unde nec sine motivo poterit imperare absolute ipsum fidei assensum. Explicatur: rationes impellentes ad assensum sunt motiva credibilitatis, quæ tantum moraliter connectuntur cum existentia rei revelatæ: quapropter si assensus esset propter eiusdem rationes, non haberet firmitatem

infallibilitatis metaphysicæ. Voluntas itaque potest imperare assensum propter divinam revelationem, quod est motivum metaphysicè infallibile; et in assensum ex eo motivo elicitum influit supernus fidei habitus, qui non potest esse principium assensus falsi. Igitur non aliter imperatur assensus firmior, nisi quatenus imperatur, quod habeatur ex firmiore motivo: et istud motivum est ipsum obiectum formale fidei essentialiter infallibile: ac proinde voluntas non potest absolutè imperare fidei assensum, nisi habendum ex motivo illo firmiore, quàm sint rationes credibilitatis.

Obijcitur 6°. 16

Præceptum Dei de actu fidei reddit credibile ipsum obiectum: Deus enim non potest præcipere, ut credamus, quod falsum est: ergo ad actum fidei sufficit motivum obedientiæ. — Dato antecedente distinguo consequens: ergo ad actum fidei sufficit motivum obedientiæ prout pertinens præcisè ad

D. I., C. V.

voluntatem nego; sicut pertinens ad intellectum, omito consequens. Constat distinctio ex dictis n. 16. transmissi antecedens: quia, ut mox probabitur, nulla Dei perfectio seorsim à Sapientia, et veracitate, reddit objectum fide divina credibile; praeceptum autem, ~~[illegible]~~ sicut tale, unicè, ~~[illegible]~~ ex parte Dei jus jurisdictionis: quapropter praeceptum Dei, se solo non reddit obiectum credibile fide divinâ.

precisè + connotat.

Assertum 3.us

17. Authoritas Dei revelantis pertinet constitutive ad obiectum formale fidei. Est communissima Theologorum sententia, à qua recedunt Thomasius, Ferre, Palanco, et pauci allij, existimantes, solam revelationem esse obiectum formale fidei, connotatâ Dei authoritate. Probatur ex Scriptura; Genes. 15. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam; quod testimonium Apostolus sic explicat, ad Rom. 4: non est Scriptum propter ipsum tantum, sed propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Christum a mortuis.

Ergo Deus est nobis ratio formalis, et motivum credendi: inquantum scilicet pollet authoritate summa, sive summam dignitatem habet, cui firmissime credamus.

Est est Patrum unanimis sensus. Chrysostomus
" homil. 36, explicans adductum exprimitur testimonia: per
" fidem intendit mentes nostras in dignitatem Dei.
" Ambros. l. 2., epistol. 12: cui magis de Deo, quam
" Deo credunt? Augustinus lib. 1. de Civitat., c. 31:
" cuius authoritati humana credat infirmitas.
Leo magnus, serm. 7. de Nativitate: divina enim est authoritas cui credimus.

18

Accedit ratio: nam de ratione fidei est credere, propter authoritatem Dei; ac proinde Dei authoritas ingreditur constituendo obiectum formale fidei theologicae. Antecedens suadetur 1º quia de ratione fidei est credere loquenti; sed credere loquenti est formalissime accipere loquentis dignitatem, sive authoritatem promotivo, cui assensus innititur ergo. 2º quia

D. l, C. I. –

fide humanâ sic credimus: assentimur enim homini loquenti propter hoc ipsum quod dignus est, cui credatur; et sæpe homini loquenti non credimus, quia ipsum non esse dignum fide existimamus: ergo. Hanc paritatem â fide humana ad divinam esse exactam, constat 1.° ex illo Apoc. Ev. Joann. 8: scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est: ego sum qui testimonium perhibeo deme ipso, et testimonium perhibet deme, qui misit me, Pater. 2.° ex illo Joannis, epist. 1, C. 5: si testimonium hominis accipimus, testimonium Dei majus est. Igitur supposita majore firmitate fidei divinæ supra humanam, sicut credimus homini propter ejus authoritatem, sic credimus Deo propter authoritatem ipsius.

19 Dices, esse disparitatem: quod locutio hominis non connectitur cum veritate dicti; secus locutio Dei: unde hominis authoritas est formale motivum fidei humanæ; fidei autem

divinæ est unicum motivum Dei testimonium. Contra: vel loqueris de locutione Dei externâ; vel de internâ? Si I.um falsum est, quod conectatur cum veritate dicti: nam ejusmodi externa locutio sunt voces, significativæ, alia sensibilia; et hæc de se sunt indeterminata ad veritatem, et falsitatem: sicut sunt indifferentia ut sint, vel non sint locutio Dei. Ac cogitemus aliquam externam locutionem, quæ essentiâ sua sit â Deo locutio, et conexa proinde cum veritate; adhuc non posset, esse totum obiectum formale fidei divinæ. Ratio: quia nil purè creatum potest esse adæquatum formale obiectum virtutis theologicæ; sed ejusmodi Dei locutio est quid purè creatum: ergo non potest esse totum obiectum formale divinæ fidei. Superest, ut dicatur 2.um nempe locutionem Dei, internam esse obiectum formale fidei; illamque consistere vel in conceptu Dei interno, vel in imperio dirigente illum ad audientem: sive istud imperium sit intelectuale, sive sit voluntatis actus.

aut sive

20 Sed contra est: nam ad fidem inutilis est locutio Dei interna, nisi externa super addatur: locutio enim quæ non auditur, quæ non innotescit, assensum nec terminare, nec determinare potest. Tunc sic: credimus quod Deus locutione externa suum conceptum internum nobis manifestat; et hujus ratio alia esse non potest, nisi quia Deus est verax, et fallere non potest. Rursus: credimus, rem ita in se esse, sicut in interno conceptu divinæ mentis repræsentatur; et hujus ratio non potest esse alia, nisi quia Deus est sapiens, et falli non potest. Ergo fide credimus, quia Deus neque fallere, neque falli potest. Sed hoc ipsum est, quod Dei authoritas pertineat constituere ad obiectum formale fidei: ergo. Assumei iterum paritatem ex fide humana ad divinam: credis nanque, quod homo tibi revelat suum conceptum internum quia verax est; et quod res se habet, sicut ab illo cogitatur, quia sapiens est: ergo similiter fide divina, &c.

huyus

Sicut

P. 1., C. 1. —

Oppones 1°: sic se habet auxilium divinum 21 15
ad spem, sicut divinum testimonium ad fidem:
sed quamvis auxilium proveniat à misericordiâ,
inclinante ad auxiliandum, et à sapientiâ dirigente,
non hae divinae perfectiones, sed auxilium est obiectum
formale spei: ergo quamvis testimonium proveniat à
sapientia, et veracitate, non hae perfectiones, sed Dei
testimonium est obiectum formale fidei. Argumentum
desumitur ex D. Thomâ, q. unic. de Spe, à 1.
Confirmatur: ideo auxilium est totale obiectum
formale spei, quia in efficacia divini difficultatum, eo reperitur
sed in divino testimonio reperitur veritas infallibilitas: et ideo fides est infallibilis, quia adhaeret alicui
testimonio, in quo infallibiliter veritas invenitur:
docet Angelicus, q. 14. de veritat., à 8. ergo. =

22 Concessa maiori,
nego minorem: nam, quoniam auxilium est quid
creatum, non potest esse totum obiectum formale spei
theologicae; quapropter aut illae perfectiones, misericordia

D.F.C.I.-

et sapientiæ, aut aliæ inittiative divinæ, debent ingredi constitutivè obiectum formale ejus virtutis. Et quidem Omnipotentia, et Fidelitas, juxta comunissimam sententiam, pertinet ad obiectum formale spei; quod autem in partem consortii possint movere spei actus, aliæ divinæ perfectiones, et maximè misericordia, videtur innegabile ex illo, Psalm. 129: speret Israel in Domino, quia apud Dominum misericordia. Ex dictis paritas est pro nobis; dicendumque erit, divinum testimonium, seorsim à perfectione divinæ authoritatis, non esse totale obiectum formale fidei: sicut auxilium divinum, seorsim ab omni perfectione imitative divina, non est adequatum objectum formale spei.- Ad Confirmationem, nego suppositum: nam unde tibi speras auxilium cum victrice efficacia difficultatum, nisi quia Deus Omnipotens, et fidelis te in hanc fiduciam inducit. Rursus: unde tuus spei actus est theologicus, nisi ex motivo divino, cui inniteris. Ergo auxilium non est spei obiectum formale adequatum. Sed omissa maiore, nego minorem de

D.1., C.1. —

testimonio secundum se ~~[struck]~~. Ad probationem dico, Evangelium ~~indiget~~ de testimonio prout authorizato; quia non praecisè 16
est testimonium, si illud sumatur secundum se ab authoritate Dei: quia testimonium externum, sine quo non est
locutio Dei ad homines, se solo indifferens est, ut
verum, vel falsum sit.

23

Opponens 2.º Illud est obiectum formale totale fidei, quo ~~[struck]~~ adveniente mysterium redditur proxime, et formaliter credibile; praecisè
sed ~~[struck]~~ adveniente revelatione, mysterium redditur praecisè
proximè, et formaliter credibile: nam fit transitus
de revelabili, et remotè credibili, ad revelatum,
et proximè credibile: ergo. Confirmatur: divinum
testimonium est ~~[struck]~~ connexum cum obiecto prout
est in mente Dei, et prout est in re: ergo est sufficiens obiectum formale fidei. Ratio antecedentis:
nam Dei testimonium ~~[struck]~~ habet omnem perfectionem suae lineae; esse autem connexum, seu conforme cum obiecto prout in re, et prout in mente intrinsecè.

perfectio est de linea testimonij ergo.

22 Distinguo maiorem: id est obiectum formale totale fidei, quo ~~proprie~~ adveniente, et quo ~~proprie~~ stante, mysterium redditur proxime, et formaliter credibile; concedo; quo ~~proprie~~ adveniente, nego minorem: et distincta similiter eum probatione adjunctâ, nego consequentiam.

Praecise adveniente creatura datur ~~[coexistentia]~~ Dei, et creaturae; et nichilominus existentia creaturae non est adaequatum constitutivum coexistentiae: nam ~~proprie~~ in tellecta creaturae existentiâ non intelligitur existentia simultanea

Dei et Creaturae Paxiformiter in re presenti: revelatio, quia advenit, supponit id, cujus advenit, nimirum Dei authoritatem: sed praecise stante revelatione, mysterium non erit proxime, et formaliter credibile; unde revelatio se solâ non est obiectum formale totale fidei. Quod autem Dei authoritas possit ~~[terminare]~~ scientiae, et revelatio solùm attingi posit per fidem, nil obest: nam revelatio, quae per fidem attingitur, non ~~[infallibilizat]~~, nisi per authoritatem, quae per scientiam attingi potest, et revelatio

Precisè, Precissè, Precisè, coexistentia, Precisè, terminare actum, infallibilizat

non nisi prout infallibilizata potest esse obiectum formale adæquatum fidei. — Ad Confirmationem, nego antecedens de testimonio externo; insuper et de interno prout manifestato per externum; quod omninò est necessarium, ut Deus loquatur cum hominibus. Ad probationem antecedentis distinguo maiorem: Dei testimonium habet omnem perfectionem intrinsecè intrinsecam singulam, concedo maiorem: omnem perfectionem extrinsecam nego maiorem; immò in terminis implicat. Ad minorem similiter minorem, nego consequentiam. Perfectiò intrinseca testimonij est aptitudo ad significandum rem, et conceptum interiorem; quod autem conceptus internus, qui significatur sit in mente, et quod res sit in seipsa, sicut est in mente loquentis, hæc est perfectio extrinseca testimonij et oritur ex summa Dei authoritate. 25

Instabis.

Disconformitas locutionis cum obiecto, sive prout in mente, sivè prout in re, est imperfectio locutionis; sed Dei locutio ex seipsâ, quippe quæ est perfectissima,

excludit omnem imperfectionem: ergo locutio Dei per se ipsa excludit disconformitatem cum obiecto, sive prout in mente, sive prout in re: ergo se ipsa est sufficiens obiectum formale fidei. Additur: Dei authoritas est summa determinatio ad loquendum verum: et locutio est instrumentum huius determinationis. Sed instrumentum natura sua ordinatur ad finem agentis principalis: ergo. Distinguo maiorem: disconformitas locutionis cum obiecto, sive prout in mente, sive prout in re, est imperfectio extrinseca locutionis, concedo; est imperfectio intrinseca, nego maiorem; et similiter distinta minore nego consequentiam. Imperfectio intrinseca locutionis esset ineptitudo ad significandum rem, et conceptum: ad hanc enim significationem natura sua ordinatur locutio; talem autem esse locutionem, quae inferat conceptum in mente, et rem esse in se, sicuti est in mente loquentis, est perfectio extrinseca: et similiter est imperfectio extrinseca opposita disconformitas. Ad additamentum: instrumentum ordinatur per aptitudinem ad finem

determinationis.

agentis principalis: proinde ex eo quod locutio sit instrumentum divinæ authoritatis, unice habetur, esse aptissimum medium, quo Deus loquitur verum; non autem, quod ipsa sit essentialiter connexa cum veritate.

Replicabis. 26

Infallibilitas, quæ movet ad fidem, est infallibilitas in actu secundo loquendi; sed hæc est Dei locutio ipsa: nam authoritas est infallibilitas in actu primo loquendi: ergo — Concessa maiore distinguo minorem: sed hæc est ipsa Dei locutio, sic solâ, nego; simul cum authoritate, concedo minorem. # Authoritas Dei est infallibilitas in actu 1.o loquendi; est enim verificativum hujus conditionalis: si Deus loquitur, verum dicit. Sed insuper est constitutivum infallibilitatis in actu 2.o loquendi: nam ex verificatione illius propositionis conditionalis et ex locutione, quæ est conditionis purificatio, resultat absoluta connexio cum veritate; et hæc connexio est motivum fidei. Constat hinc ad probationem minoris; dicendumque, authoritatem esse tum

{ # et nego consequentiam

infallibilitatem in actu 1°, tum partem infallibilitatis in actu 2°.

Sectio 2ª

Explicatur Dei authoritas in dicendo.

27 Tripliciter de Deo dicitur esse primam veritatem
essendo: 1°, in ~~essendo~~: in quantum Deus est a se, habet omnem
perfectionem de linea entis; et infinita cognoscibilitate
gaudet. 2°, in cognoscendo: in quantum habet infinitam
virtutem cognoscitivam, quâ omne cognoscibile penetrat cum infinita perfectione. 3°, in dicendo: in quantum habet perfectionem, ratione cuius determinatissimus
est ad non loquendum falsum, sed ad loquendum verum casu,
de quâ agimus; quo loquatur. Hæc perfectio est authoritas; et quæritur:
in quonam formaliter consistat? Aliqui, quibus sunt
Valenzia, et Gasp. Hurtado, dicunt consistere in Dei
sapientiâ; alij, quos inter Ferre, et Lonetus, docent,
consistere in veracitate Dei; Communissimè Theologi
statuunt, consistere in complexo ex sapientia,

et veracitate. Sic Nostrates ferè omnes cum Suar., d.3., s.2. Unum hic est de re, Deum esse ratione suæ infinitæ authoritatis motivum fidei; cetera ad accuratiorem rei ipsius explicationem pertinent. = 28.

Conclusio.

Nec Sapientia præcisim à veracitate, nec veracitas præcisim à Sapientia, sed complexum utriusque perfectionis divinæ est obiectum formale fidei. Probatur ab authoritate. Inprimis, Dei Sapientiam spectare ad motivum fidei, innuit Apostolus, 1. Corinth., 4: ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei; et D. Dionys., de divin. nomin., C.7: divina fides est circa veritatem Dei, ut liquidam, et nunquam aberrantem scientiam. Deinde, ad fidei motivum pertinere Dei veracitatem, docet etiam Apostolus, ad Rom., 3: nunquid incredulitas ipsorum fidem Dei evacuabit? Absit: est, enim Deus verax, et omnis homo mendax. Audiatur D. Hieronym., in Cap. 1. Epist. ad Titum: propterea non mendax

D. I.; C. I.—

» Deus dicitur, ut nos securiores effecti, et tota-
» mente credentes, ad ea, quæ ventura sunt, præpa-
» remur. Ergo tùm sapientia Dei, tùm ejus vera-
» citas constituunt obiectum formale motivum fidei.

29. Probatur à ratione. Obiectum formale fidei est dignitas ut Deo loquenti credatur assensu firmo, et infallibili; sed complexum ex sapientia, et veracitate Dei, non autem altera præscissim à perfectione altera, est Dei dignitas, ut ipsi credatur assensu firmissimo, et infallibili: ergo nec sapientia præscissim à veracitate, nec veracitas præscissim à sapientia, sed utriusque perfectionis divinæ complexum est obiectum formale fidei. Supponitur maior; et probatur minor. In primis: etsi Deus esset summè sapiens, si veracitate careret, posset nos fallere; vicissim: etsi Deus esset summè verax per determinationem ad loquendum conformiter ad mentem, casu quo loquatur, si sapientia careret, posset falli-

Ergo neutra ex his perfectionibus praecisivè ab altera, est dignitas, ut Deo loquenti credatur assensu firmissimo, et infallibili. Rursus: Complexum utriusque hujus perfectionis facit, quod Deus non possit falli, nec fallere; sed iste conceptus est formaliter dignitas Dei, ut ipsi loquenti credatur assensu firmissimo, et infallibili: ergo. 30

Explicatur probatio facta.

Illud non est formaliter dignitas, ut Deo firmiter, et infallibiliter credatur, quod formaliter non excludit falsitatem à Dei testimonio; sed neutra seorsim ex assignatis perfectionibus excludit formaliter falsitatem à Dei testimonio: ergo. Probatur minor nam sapientia solùm formaliter excludit ~~[illegible]~~ inscitiam, et errorem mentis; veracitas autem ~~[illegible]~~ solùm formaliter excludit disconformitatem locutionis cum judicio interno. Sed formalis praecisa exclusio erroris, et inscientiae in mente non est formalis,

Q. 1, C. 1.

exclusio falsitatis in testimonio: ut constat in homine sciente, et mentiente; et formalis praecisa exclusio disconformitatis locutionis cum judicio interno non est formalis exclusio falsitatis in testimonio: ut constat in homine non mentiente, sed errante: ergo. Rursus: complexum sapientiae, et veracitatis (modo perfectissimo, et agentis rationalis proprio) excludit formaliter falsitatem à Dei testimonio: nam ratione veracitatis testimonium est essentialiter conforme judicio Dei; et judicium ratione sapientiae est essentialiter conforme rei ipsi; hae autem duae formaliter connectunt testimonium cum veritate rei, ac proinde formaliter excludunt à testimonio falsitatem: ergo.

31. Confirmatur probatio, et praeoccupatur responsio. Sapientia secundum se, vel est formalis determinatio Dei ad loquendum secundum mentem,

vel non. Si dic: ergo agit, non excludit formaliter falsitatem a testimonio. Si dicitur: ergo sapientia non praescindit formaliter a veracitate; cuius character est, determinare ad conformandam locutionem menti. Eminenter veracitas secundum se, vel est determinatio formalis, ut judicium, cui conformat locutionem, sit verum, vel non. Si hoc: veracitas non praescindit formaliter a sapientia; de cuius ratione quidditativa est, quod judicium sit verum. Infertur: ergo vel istae divinae perfectiones non praescindunt mutuo; et unum extra quamlibet vel neutra praecisim ab alia est obiectum formale fidei; quod est intentum nostrum. Superest, ut dicamus tum sapientiam, tum veracitatem radicaliter connecti cum veritate, et excludere falsitatem a testimonio; sed hoc non sufficit. 1º nam quaelibet divina perfectio connectitur radicaliter, seu mediate cum veritate divini testimonii; non tamen quaelibet, ut immensitas, aeternitas, invisibilitas, est obiectum formale fidei. 2º quia sapientia ut radicaliter connexa cum veritate testimonii est

et conexa cum veracitate ut partialiter authorizante testimonium; et similiter dicendum est de veracitate relatè ad sapientiam: neque enim aliunde nisi ab istis duabus perfectionibus potest divinum testimonium haurire immediatè, et formaliter veritatem. Sed sapientiam esse conexam cum veracitate ut partialiter authorizante testimonium, est, quod se ista non sit obiectum formale fidei; et de veracitate comparata ad sapientiam, dicendum est idem: ergo.

Sectio 3ª

Pro solutione argumentorum

32. Arguitur 1º contra 1am conclusionis partem. Qui persuasus est, Deum esse infinitè sapientem, et aliquid judicare, potest credere ob hoc praecisè quia Deus est prima veritas in cognoscendo; et rursus: potest contingere, ut is, cui sufficienter proponitur sapientia, et veracitas Dei, credat ob hoc,

...dum motivum, quia Deus est sapiens infinite. Et habet judicium de re, quam testatur. Sed in utroque casu assensus praestitus est fidei: ergo ad assensum fidei summa Dei sapientia sola est sufficiens obiectum formale motivum. Confirmatur: stante revelatione, ut mora conditione, apparet Dei judicium ob summam sapientiam connexum essentialiter cum veritate; sed ista connexio sufficit ad credendam veritatem: ergo summa Dei sapientia sufficit ad credendam veritatem.

33 Respondetur negando utramque partem maioris: nam, ut mihi constet, Deum habere judicium de aliqua re in particulari, requiritur veracitas: quocirca Dei latens judicium, manifestum mihi fiet, nisi per locutionem Dei quae, ut conformetur cum judicio interno, necessario exigit veracitatem. Ergo ut credam Dei testimonio, non sufficit sapientia, qua Deus verum judicat; sed requiritur veracitas quae judicium, quod re ipsa habet, manifestat, ac proinde fides innititur utrique assignatae perfectioni. Ratio:

nam ad actum fidei non sufficit qualibet connexio cum ve-
ritate, sed requiritur connexio divini testimonij cum illa: est
enim assensus, quo Deo testificanti credimus. Sed quamvis
sapientia connectat Dei judicium cum veritate, non connec-
tit testimonium; quod ratione solius veracitatis est
indefectibiliter manifestativum judiciorum divinae men-
tis: ergo ad fidei assensum non sufficit connexio cum
veritate proveniens formaliter à sapientia, nisi in
consortio connexionis formaliter provenientis à veracitate.

× omitto,

Ad confirmationem, ~~[illegible]~~ × quod revelatio sit mera condi-
tio; sed nego, quod conformitas revelationis cum mente
divina non sit motivum fidei. Hinc distinguo maiorem:
stante revelatione, ut merâ conditione, apparet ex
veracitate Dei judicium ob summam sapientiam
connexum generaliter cum veritate, concedo; apparet
aliunde, nego maiorem. Distinguo et minorem; sed illa
connexio prout applicata Dei testimonio, qualiter non nisi
per veracitatem applicatur, sufficit ad credendum, concedo;
abstracte et in se sumpta, subdistinguo: sufficit ad

credendum utcumque, hoc est, ad assentiendum, concedo; ad credendum assensu fidei, nego minorem, et consequentiam.

34

Arguitur 2°. Dei sapientia excludit disconformitatem testimonij à judicio interno: ergo sola est sufficiens fidei motivum. Probatur antecedens: disconformitas illa supponit essentialiter posse, et velle mentiri; sed illud posse, et illud velle excluduntur formaliter à sapientia Dei: ergo. Probatur minor: nam implicat, posse, et velle mentiri absque cognitione aliquâ de bonitate mendacij, absque cognitione inducente ad mentiendum, absque aliqua ignorantiâ in subiecto: cùm omnis peccans sit ignorans. Sed illae defectuosae cognitiones, et omnis ignorantia excluduntur formaliter à Dei sapientia: excluduntur enim à visione Dei, quae seipsâ necessitat Beatos ad non peccandum; ac per consequens ad non mentiendum: ergo.

35

Respondetur negando antecedens; et consequentiam.

D.1., C.1.

maiore probationis, nego minorem. Ad huius probationem, concessa absolute 1.a parte majoris, et 2.a sub explicatione mox danda, nego minorem.

Cognitiones

Ratio: nam illae defectuosae non conveniunt Deo propter defectum; defectus autem opponitur formaliter veracitati: unde eiusmodi cognitiones excluduntur formaliter a veracitate. Explicatur: da, quod suasio, et inclinatio, quae est in iis defectuosis cognitionibus, non opponatur obiective, et terminative

Tunc

veracitati; sapientia non arceret a Deo eiusmodi cognitiones, quoniam tunc non essent defectuosae: ergo non sapientiae ex praecisso munere sapientiae, sed prout coniuncta cum veracitate excludit formaliter cognitiones illas defectuosas. At, inquis, "omnis peccans est ignorans; summa autem Dei sapientia excludit omnem ignorantiam: et mendacium ex terminis peccatum est. Explicatione solvitur nodus. 1.o peccans est ignorans practice, et in agibilibus: quia sic operatur, ac si nesciret, non esse peccandum. Haec practica ignorantia neque error est intellectus, nec est scientiae spe-

privatur: quapropter non excluditur formaliter à sapientia, sed à principijs rectificantibus voluntatem. Si omnis peccans est ignorans privativè: quia caret cognitione intuitiva summi boni. Atqui ignorantia excluditur formaliter à sapientia, qua Deus se ipsum intuitivè comprehensivè cognoscit; et ejusmodi cognitio excludit formaliter à Deo omne peccatum, ac proinde ipsum mendacium. Sed illa cognitio est veracitas latè sumpta. Hinc non sapientia quatenus determinat infallibiliter ad cognitionem rei revelandae secundum quod est in se; sed prout determinat ad cognitionem intuitivam, qua Deus se ipsum comprehendit, est quae determinat ad non mentiendum, et quae excludendo cognitiones defectuosas, excludit pariter posse, et velle mentiri: sed sic sapientia non praescindit à veracitate latè accepta. Jam vero ad probationem minoris negatae adjunctam, concedo planè, visionem Dei determinare Beatos ad non mentiendum; ex quo solum infertur, cognitionem, qua Deus se ipsum videt, ipsum ad non mentiendum determinare: est enim veracitas latè sumpta; quod etiam convenit alijs Dei perfectionibus

oppositus omni peccato: ut sunt sanctitas divina, et
amor, quo seipsum necessario amat.

Arguitur 3°

36. contra 2am conclusionis partem. Veracitas divina
est perfectio, qua Deus essentialiter loquitur verum
per conformitatem non solum cum interno judicio
sed et cum re testificata: ergo divina veracitas praecisa
à sapientia est sufficiens obiectum formale fidei.
Probatur antecedens: nam veracitas eo modo cons
tituta est perfectior veracitate precisè determinante
ad loquendum verum per conformitatem cum interno
judicio; sed in Deo cognoscenda est veracitas per
fectior: ergo.
Respondetur negando antecedens, et mae

37. iorem probationis. Ratio: nam divina veracitas est
virtus voluntatis, quae proinde imitari debet ipsam
voluntatem divinam; haec autem non fertur in res,
ut sunt in se, sed ut sunt in divino intellectu: unde divi
na veracitas non fertur in res, ut sunt in se, sed ut
sunt in mente Dei: ergo ad Dei veracitatem spectat prae
cisè conformare locutionem cum judicio interno. Sic
misericordia est virtus voluntatis de se intendens sublev

vationem humanae miseriae; indeque misericordiae est opus, quod concedantur homini ea, quae ut congrua ad ublevandam eius miseriam proponuntur per divinum intellectum. At quod ea ipsa concedantur, quae congrua sunt potiusquam incongrua, hoc pertinet ad ductum, et illuminationem intellectus divini. Hinc similiter, quod testimonium conformetur interno Dei judicio, ad veracitatem formaliter pertinet; ad sapientiam autem, quod rebus testificatis conformetur. Dices modo: essentialis determinatio veracitatis ad verum in se, erit quaedam sympathica, et naturalis determinatio; sed haec non est perfectio veracitatis: nam, cum sit virtus voluntatis, sequi debet ductum intellectus modo rationali, ut misericordia illum spectat, quia est virtus voluntatis; et e contrario immensitas illum non spectat, quia non est voluntatis virtus: ergo essentialis determinatio ad verum in se non est veracitatis perfectio: ex opposito est perfectior veracitas constituta per ejusmodi determinationem veracitate determinante ~~quaedam~~ ipsam ad conformitatem testimonii cum judicio interno.

38 Instas. Si Deus falleretur, stante veracitate Deus non posset loqui; non alia de causa, nisi quia veracitas ~~intrinsece~~ opponitur dicto disconformi rebus: ergo veracitas intrinsecè opponitur dicto disconformi rebus; ac proinde sola est sufficiens fidei motivum. Confirmatur: veracitas intendit testimonium objectivè verum: ergo summa Dei veracitas connectitur seipsâ cum testimonio vero. Constat antecedens. 1° quia aliter testimonium objectivè verum esset præter intentionem veracitatis. 2° quia veracitas intendit testimonium objecti, de quo est judicium; judicium autem non potest esse, nisi de objecto, quod verum de se apparet.

intrinsecè

39 Nego maiorem: nam sicut mendacitas in quacumque hypothesi inclinat ad loquendum contra propriam mentem, sic veracitas in quacumque hypothesi inclinat ad loquendum juxta propriam mentem: quapropter, facta hypothesi, quod Deus posset falli, et quod maneret veracitas, Deus posset loqui, sicut facta hypothesi, quod

posset falli, et quod maneret misericordia, posset mentiri. Sed omissa maiore distinguo minorem: nimirum de causa, nisi quia veracitas intrinsecè radicaliter opponitur dicto difformi rebus, concedo; intrinsecè formaliter, nego minorem, consequentiam, et sequelam. Itaque veracitas divina radicaliter opponitur falsitati testimonij, inquantum exigit directionem judicij infallibilis; ad hoc autem habet testimonium intrinsecè, et formaliter veritatem, supposita per veracitatem conformitate ipsius testimonij cum ejusmodi judicio: ac per consequens testimonium non authorizatur formaliter a sola veracitate, et hæc non est sufficiens motivum fidei. Ad confirmationem concesso antecedente, nego consequentiam: nam sicut summa misericordia inclinat ad beneficium in re tale; et nichilominus ad sapientiam pertinet quod donum collatum sit re ipsa beneficium: sic ad summam veracitatem pertinet, quod inclinet ad testimonium obiectivè verum; quod autem testimonium sit obiectivè verum, pertinet

ad sapientiam. Ratio quia veracitas sic inclinat ad testimonium objectivè verum, ut derigibilis sit à vero judicio; et judicium habet esse verum à sapientia, non à veracitate: ergo inclinatio ad testimonium objectivè verum, quod tale sit indefectibiliter, adequatè consistit in utraque perfectione.

2o Arguitur 2o. veracitas divina conformat essentialiter testimonium cum judicio divino, quod ex suis terminis est infallibile, evidens et formaliter verum; sed conformare testimonium cum judicio formaliter vero, est, quod testimonium sit objectivè verum: ergo veracitas divina facit essentialiter, ut testimonium sit objectivè verum: ergo est sufficiens objectum formale fidei. Confirmatur 1o: nam Dei veracitas, quatenus summa, exigit infrustrabiliter, cogitationem esse veram: ergo summa veracitas exigit infrustrabiliter testimonium esse verum.

2º ideo non credimus Domini propter solam ipsius veracitatem, quia non inclinat indefectibiliter, sed defectibiliter, ad testimonium obiective verum; sed Dei veracitas non defectibiliter sed indefectibiliter inclinat ad testimonium obiective verum: ergo Deo credimus propter solam ipsius veracitatem. 3º: non sapientia, sed veracitas, est perfectio, quae Deo convenit in ordine ad audientem: sapientia enim convenit Deo in ordine ad se; sed authoritas in dicendo, quae est fidei motivum, est perfectio Dei in ordine ad audientem: ergo.

Respondetur, 41 distinguendo maiorem: veracitas divina conformat essentialiter testimonium cum judicio divino, quod ex suis terminis ratione sapientiae est infallibile, evidens et formaliter verum, concedo; quod ex suis terminis ratione ipsius veracitatis est formaliter verum, nego maiorem: et concessa minore, distinguo consequens: ergo veracitas divina facit inadequate, ut testimonium

D. 1. C. 1. -

sit objectivè verum, concedo; facit adequatè

× consequentias. | nego hanc et subsumptam × Divina attributa sunt invicem conexa; vel immediatè ex suis

rationibus formalibus, vel saltem mediatè, in quantum omnia radicantur in aliquo Deitatis

conceptu (Aseitate scilicet) ex quo omnia metaphysicè emanant. Veracitas itaque summa

conectitur essentialiter cum judicio essentialiter vero; sed non propterea judicium est essencialiter

verum ratione veracitatis. Unde, quod testimonium sit objectivè verum provenit inadequatè a veracitate, et inadequatè à sapientia. Dices: veracitas divina, prescindens formaliter à Sapientia, non prescindit formaliter ab exigentia Sapientiæ; sed ista exigentia est exclusivum falsitatis à testimonio: ergo veracitas divina est exclusivum falsitatis à testimonio. Occurro: evincitur veracitatem divinam excludere radicaliter, non formaliter testimonij falsitatem. At in tantum radicalis exclusio falsitatis conducit ad assensum,

in quantum formali exclusione coniunguntur; ideo
enim radicale exclusivum coniungitur cum
carentia formae exclusivae, quia coniungitur cum
exclusivo formali. Si staret summa veracitas, unde,
et non summa sapientia, non staret indefectibiliter
carentia falsitatis. Quod autem tunc falsitas,
et eius radicale exclusivum coniungerentur, idunice
probat, quod hypothesis est impossibilis; sicut ex eo quod
si staret Deitas, non stante Omnipotentia, coniun
gerentur imbecillitas, et eius radicale exclusivum,
solum inferetur, impossibilem esse illam hypothesim:
non autem, quod Deitas praecisum ab omnipotentia,
omnia possit; cum omnia posse, sit ipsa Omnipotentiae
quidditas.

42

Ex dicto solvuntur facile argumenta.
Ad 1.am distinguo antecedens: veracitas, Confirmationes.
quatenus summa, exigit infrustrabiliter, cognitionem
esse veram ratione sapientiae, concedo; ratione ipsius
veracitatis, nego antecedens, et consequentiam: vel conse
quens similiter distinguo. Ad 2.am nego maiorem
de ratione formali: nam veracitas hominis, quamvis

D. 1., C. 1.

inclinaret indefectibiliter ad testimonium obiective
verum, adhuc non crederemus propter solam
veracitatem praecisam à sapientia; cum a sola vera-
citate testimonium non haberet esse verum. Stat
nihilominus discrimen veracitatis divinae à veracitate
humana: tum quia sola veracitas divina conectitur
essentialiter cum judicio vero; tum quia sola veracitas
divina est essentialis determinatio ad loquendum juxta
mentem: est enim Deus verax, et omnis homo men-
dax. Ad 3.am distinguo maiorem: Sapientia non
convenit Deo in ordine ad audientem, primario, et
absolute, concedo; secundario, et conditionate, nego
maiorem: et constat ad reliquum. Primarium
sapientiae munus est, Deum sapientem reddere; se-
cundarium autem, constituere Deum potentem
loqui, et testificari: et sic est perfectio, quae secundario
et conditionate est in ordine ad audientem.

Arguitur 5.

13 Sufficit veracitas, ut credamus Deo revelanti, se
scire diem judicii: ergo veracitas praecisa à sapientia

sufficit pro motivo, et obiecto formali fidei. Probatur antecedens: quia veracitas conectit testimonium cum judicio Dei interno; sed istud judicium est, quod revelatur per illam locutionem: scio diem judicij: ergo veracitas conectit testimonium cum obiecto ejusmodi revelationis: ergo. Confirmatur. 1º: veracitas sufficit ad credendum hanc Dei revelationem: ego sum verax. Probatur: nam veracitas conectitur cum judicio manifestato; et ipsa veracitas est essentiale verificativum ejusmodi judicij: ergo veracitas conectitur cum illo judicio vero; ac proinde sufficit ad assensum assignatae revelationis. 2º: Deus potest sic revelare: ego habeo aliquam cognitionem; ad hujus revelationis assensum sufficit veracitas. Probatur: nam veracitas conectit testimonium cum judicio interno; hoc autem est aliqua cogitatio: ergo.

41. Respondetur negando antecedens: nam veracitas sic conectitur cum judicio interno, quod Deus judicet, se scire diem judicij; quod si falleretur, adhuc verax esset, quia adhuc existimaret, se diem judicij scire. Constat hinc ad probationem antecedentis: veracitas quidem

D.V., C.1.

connectit testimonium cum judicio reflexo, dirigente ad revelandum; non cum directo se habente per modum obiecti revelati: stante enim precise judicio reflexo, Deus veraciter, et conformiter ad mentem loquetur. Nota: assensus, quo credimus, Deum scire diem judicij, ~~terminum~~ terminatur ad eam Dei scientiam, non ut ad obiectum pure materiale, sed ut ad obiectum formale: quia ut credamus, in Deo esse talem scientiam, non sufficit sola veracitas, quae nos certos reddat de existimatione Dei; sed requiritur sapientia, cui cuius vera essentialiter est illa existimatio. Nota insuper pro his Dei revelationibus; propono punire peccata permitto; remunerare merita; non sufficit veracitas in consortio constantiae, et fidelitatis: nam istae virtutes non connectuntur ratione solius veracitatis cum interno proposito, et permissione; sed solum cum judicio, quo Deus existimet, ~~illa~~ se habere illos ~~in~~ voluntati actus: unde, ut assensum fidei ijs revelationibus adhibeamus, requiritur etiam Dei sapientia ut partiale credendi motivum. Ad 1.am Confirmationem

45

D.1., C.1. 30

distinguo propositionem: Veracitas sufficit ad credendum huic revelationi, ego sum verax, quia Deus ~~[illegible]~~ debet judicare, quod dicit, concedo; quia res est dicta à Deo, nego propositionem, et cadit reliquum. Veracitas non sufficit ad credendum assignatae revelationi, quia res est dicta à Deo; alias sufficeret ad credendum omni revelationi: quod esse falsum, probatum est satis. Igitur veracitas sufficit ad credendum illi speciali revelationi, quia Deus ratione veracitatis debet judicare, quod dicit; dicit autem se esse veracem: et ipsa veracitas est obiectum dictum, et simul verificans cognitionem quam essentialiter supponit veracitas. Iam sic: obiectum formale fidei est dignitas, ut ~~[illegible]~~ credatur Deo, quia ipse dicit; sed veracitas non est dignitas, ut credatur Deo revelanti, se esse veracem, quia ipse dicit: non itaque est veracitas se sola obiectum formale fidei; ac proinde assensus exhibitus illi revelationi, ex vi solius veracitatis, non esset fidei assensus. Similiter ad credendum fide Deo revelanti, se esse Deum, aut Omnipotentem, non sufficit Deitas, et Omnipotentia;

D. 1.; C. 1.-

in consortio veracitatis: nam assensus non exhiberetur quia ipse dicit; sed quia ratione veracitatis Deus judicat, quod dicit, et Deitas, et Omnipotentia sunt formale verificativum judicij, quo regulatur locutio.

46 Ad 2.am confirmationem dicendum: ad assentiendum illi revelationi, ego habeo aliquam cogitationem, sufficit veracitas quia Deus debet judicare, quod dicit; non autem ad assentiendum illi revelationi, quia res est dicta a Deo. Hoc posterius requiritur, ut assensus sit fidei, ut sit propter authoritatem, et dignitatem Dei, ut ipsi dicenti credatur; et non sufficit illud prius. Ostenditur hoc: neque enim est fidei humanae assensus exhibitus propter authoritatem dicentis, quo credamus homini dicenti, se aliquid cogitare, si non tanti ipsum aestimemus, ut similiter credamus quaecumque asserat: immo dum credimus ipsi testanti, se aliquid cogitare, possumus judicare, nullius authoritatis illum esse: ergo.

47 Arguitur 6.° Contra 3.am Conclusionis partem. Aliqua alia Dei perfectio

supra sapientiam, et veracitatem constituit autho-
ritatem in dicendo: ergo complexum sapientiæ, et
veracitatis non est obiectum formale fidei. Probatur
antecedens: infidelis non credens negat authori-
23 tatem Dei: facit ~~vide~~ Deum mendacem; Ait enim 1.ª
Joann., cap. 5. Sed infidelis non est ita delirus
ut neget, Deum esse sapientem, aut esse veracem:
ergo aliquid aliud negat pertinens constitutivè
ad Dei authoritatem: ergo aliqua Dei perfectio
supra sapientiam et veracitatem constituit
authoritatem in dicendo. Hæc autem alia
perfectio est determinatio Dei ad non loquendum,
nisi talia signa adjungendo, ut prudenter dubitari
non possit, ipsum esse, qui loquitur. Respondetur 48
negando antecedens. Ad probationem distinguo
maiorem: infidelis non credens (nempè cum ad
credendum est proximè obligatus) negat virtua-
liter, seu interpretativè authoritatem Dei, concedo;
negat formaliter, seu explicitè, nego maiorem: et
distincta similiter minore, nego consequentiam. Ex
distinctione constat sensus testimonij allati: nimirum

nimirum qui non credit facit interpretative Deum mendacem, quatenus est connaturali sui actui, quo non vult credere. Ratio: nam cum revelatio sit proposita ut evidenter credibilis, qui non credit, non tam censetur, revelationis existentiam negare, quam authoritatem Dei dicentis, negando aut sapientiam, aut veracitatem. Itaque credendi motivum stat in complexo earum perfectionum, quibus formaliter constituitur testimonium cum veritate obiecti revelati. Determinatio autem ex parte Dei ad communicandum suam locutionem motivis evidentis prudentis credibilitatis, non est motivum fidei, sed principium, ex quo descendunt motiva ad judicandum, esse evidenter prudenter credibilem revelationem: quo judicio voluntas constituitur proxime potens ad imperandum fidei assensum. Arguitur 1º Veracitas non determinat

45 essentialiter Deum ad non mentiendum: ergo Dei authoritas, quae est obiectum formale fidei, super addit constitutive sapientiae, et veracitati aliquam perfectionem. Haec autem alia perfectio

et Dei sanctitas, quâ excluditur omne peccatum;
quale ex terminis est mendacium. Probatur ante
cedens. 1º: quia sicut ~~[illegible]~~ mentiri, et non offerretur
mentiri, sic etiam misereri, et non misereri;
sed Dei misericordia, quae est summa inclinatio
ad miserendum, non excludit essentialiter non
misereri: ergo veracitas, quae est summa inclina-
tio ad non mentiendum, non excludit essentialiter
mentiri. 2º: quia dictamen, quo Deus judicat,
non esse mentiendum, perfectissime inclinat ad
non mentiendum, non verò excludit formaliter
mendacium, praescindendo à santitate, aut veraci-
tate: ergo quamvis veracitas sit perfectissima
inclinatio ad non mentiendum, non propterea
excludit formaliter mendacium. Confirmatur:
tum quia juxta comunem sensum veracitas de
finitur per inclinationem, non autem per
necessitatem non mentiendi; tum quia inter vir-
tutem, et habitum vitiosum datur contrarietas,
non autem inter virtutem, et actum vitiosum:
ut docet Angelicus, 1.2., q. 21., à 4.

D. L. C. I. –

5 Respondetur negando antecedens. 1º quia veracitas divina dicit omnem perfectionem de linea veracitatis; et non posse mentiri est perfectio de linea veracitatis: sicut non posse falli est perfectio de linea sapientiæ. 2º quia veracitas divina est perfectio simpliciter simplex: hæc ut talis non prescindit negative ab imperfectione in eadem linea, sed positive illam excludit: mendacium autem imperfectio est in linea locutionis rationalis, in qua veracitas est perfectio. Ad 1.m antecedentis negati probationem, distinguo maiorem: sicuti opponuntur* logice (contradictorie) mentiri, et non mentiri, sic etiam opponuntur× misereri, et non misereri, concedo; sicuti opponuntur moraliter et quoad honestatem, nego maiorem: et concessa minore, nego consequentiam. Itaque sicuti opponuntur moraliter misereri, et positive immisereri, seu crudeliter se gerere, sic moraliter opponuntur mentiri, et non mentiri; Sed summa Dei misericordia concludit formaliter essentialiter immisericordiam positivam: ergo summa Dei veracitas excludit formaliter essentialiter mendacium. Iterum: misericordia divina

*opponuntur

×opponuntur

Sicut est summa inclinatio ad miserendum, ut ei conjungatur contrapondus ad non miserendum: nimirum justitia Dei, sive ejus dominio; ideoque divina voluntas est in libertate perfectissima ad miserendum, vel ad non miserendum. Atqui divina veracitas non habet contrapondus ad mentiendum: ergo sic est summa inclinatio ad non mentiendum, ut libertatem ad mentiendum non permittat. Ad 2.am ejusdem antecedentis probationem distinguo maiorem: dictamen, quo Deus judicat, non esse mentiendum, perfectissimè in genere directivo inclinat ad non mentiendum, concedo; per modum principii, et habitus, nego maiorem: et concessa minore, nego consequentiam. Dictamen illud dirigendo inclinat perfectissimè: quatenus proponit disconvenientiam, et malitiam mendacii: quoniam sit propositio voluntati summè rectæ; hinc accipit quod excludatur mendacium. At rectitudo divinæ voluntatis, cui immediate et formaliter disconvenit mendacium, ipsa est veracitas; et hæc per modum principii, et habitus inclinat summè ad non mentiendum, absque ullo proorsus contrapondere: ac proinde mendacium essentialiter excludit.

51.

Ad 1.am Confirmationis

partem: veracitas divina definitur per esse inclinationem summam ad non mentiendum, sine contra pondere cum omni perfectione sua linea; inclinatio autem sic sumpta solum quasi differt a perfectissima non mentiendi necessitate. Ad 2.am partem confirmationis: inter virtutem imperfectam, et limitatam, et actum vitiosum non datur contrarietas; datur autem inter virtutem summe perfectam, et illimitatam, et actum vitiosum: et divina veracitas est summe perfecta, et illimitata virtus

Sectio 4.a

Doctrinae traditae uberior explicatio

52. Pauci sunt, qui tenent complexum sapientiae, et veracitatis divinae non esse obiectum formale fidei, eo nixi fundamento, quod Dei authoritas, et prima veritas in dicendo sit perfectio Dei adequate formaliter distincta ab ejusmodi complexo; cum tamen Dei authoritas, et prima veritas in dicendo sit obiectum formale fidei. Sic docuit P. Nicol. Martinez, in m. 5. de fide, et P. Alexand. de Rhod., q. 1.a, sect. 3.a

53. Conclu.o Complexum sapientiae, et veracitatis divinarum est formaliter Dei authoritas, et prima veritas in dicendo. Probatur: summa &

Dei authoritas, seu prima veritas in dicendo, est perfectissima determinatio ad loquendum de rebus ut sunt in se; sed complexum sapientiae, et veracitatis est formaliter ejusmodi determinatio: ergo earum perfectionum complexum est formaliter Dei summa authoritas, et prima veritas in dicendo. Supponitur maior, et probatur minor: utraque simul perfectio determinat formaliter Deum plusquam ad judicandum de rebus, ut sunt in se, vel ad loquendum de rebus ut sunt in mente: ergo utraque simul determinat formaliter Deum ad loquendum de rebus ut sunt in se; ac proinde complexum utriusque est formaliter perfectissima Dei determinatio ad loquendum de rebus, ut sunt in se. Consequentia, et sequella bonae sunt ex antecedente; et hoc probatur: nam utraque simul perfectio ad aliquid formaliter determinat Deum, ad quod neutra determinat seorsim sumpta; sed sapientia seorsim sumpta determinat Deum ad judicandum de rebus ut sunt in se, et veracitas seorsim sumpta determinat Deum ad loquendum de rebus ut sunt in mente: ergo utraque simul perfectio determinat Deum plusquam etc.

54. Dices. Neutra seorsim perfectio infert determinationem ad loquendum de rebus ut sunt in se; illam infert utraque simul: sed utraque simul non est

formaliter ipsa determinatio. Contra: non est fundamen-
tum, ut utraque simul perfectio sit formaliter vis illativa
determinationis ad loquendum de rebus ut sunt in se, et
non sit potius ipsa formalis determinatio: ergo haec de-
terminatio stat formaliter in utriusque perfectionis
complexo. Probatur antecedens: fundamentum erat quo-
niam complexum utriusque perfectionis, et determina-
tio ad loquendum de rebus ut sunt in se, respiciant diver-
sa connotata; hoc esse falsum, sic ostenditur: nam conno-
tatum eius determinationis est conformitas logica locu-
tionis cum obiecto, sive conformitas cum rebus ut sunt
in se, et insuper exclusio oppositae disconformitatis. At
per haec eadem connotata respiciuntur a complexo utrius-
que perfectionis: ergo. Probatur minor: eiusmodi com-
plexum determinat locutionem conformem iudicio, quod
est essentialiter conforme obiecto; sed locutio conformis iudicio,
quod est essentialiter conforme obiecto, est locutio logice confor-
mis obiecto, cum exclusione oppositae disconformitatis: ergo
complexum utriusque perfectionis determinat locutionem
logice conformem obiecto, cum exclusione oppositae disconfor-
mitatis: ergo eiusmodi complexum respicit conformita-
tem logicam locutionis cum obiecto, etc.

Confirmatur: quod formaliter determinat Deum ad loquendum conformiter ad judicium, et judicium essentialiter conforme rebus ut sunt in se, determinat formaliter Deum ad loquendum de rebus ut sunt in se: prorsus inintelligibile namque est, locutionem esse conformem judicio, et judicium esse conforme rebus ut sunt in se, et locutionem non esse conformem rebus ut sunt in se. Sed complexum utriusque perfectionis determinat formaliter Deum ad loquendum conformiter ad judicium ratione veracitatis, et ratione sapientiae ad judicium essentialiter conforme rebus ut sunt in se: ergo. Urgetur: locutio logice falsa aut est mendacium, aut est error; sed complexum sapientiae, et veracitatis excludit formaliter tam mendacium, quam errorem: ergo ejusmodi complexum excludit formaliter locutionem logice falsam, seu disconformem rebus, ut sunt in se: ergo ejusmodi complexum determinat formaliter ad loquendum de rebus ut sunt in se. 55

56

Oppones 1º. Nemo alteri credit, quia verum cognoscit, sed quia verum dicit: ergo Dei authoritas, quae est ~~determinum~~ × determinatio ad dicendum verum, non constituitur per sapientiam, quae est determinatio ad cognoscendum verum. Confirma-

D.1, C.1. –

tur. 1°: ablata a Deo per hypothesim prima veritate in cognoscendo, et manente prima veritate in dicendo, [struck] manet objectum fidei credibile: ergo Dei authoritas in dicendo praefundit a sapientia. 2°: Veritas, sive prima veritas in essendo, non constituit authoritatem divinam: ergo neque illam constituit sapientia, seu prima veritas in cognoscendo. – Distinguo antecedens: nemo alteri credit, quia praecise verum cognoscit, concedo; quia verum cognoscit, et vult dicere verum, nego antecedens, et consequentiam: solum namque infertur, quod sapientia non constituit adequate authoritatem. Itaque quod Deus dicat verum desumitur inadequate ex veracitate, qua locutio externa judicio interno conformatur, et inadequate ex sapientia, qua judicium internum infallibile est: et sic dum credimus Deo quia verum dicit, accipimus pro motivo authoritatem constitutam per sapientiam. – Ad 1.am confirmationem, negatur antecedens propter hypothesim implicantem in terminis, et in adjecto: cum × probatum sit, quod prima veritas in dicendo constituitur per primam veritatem in cognoscendo; implicat in terminis, quod, ablata prima veritate in cognoscendo, maneat

× enim

prima veritas in dicendo; sicut implicat in terminis, quod ablato rationali maneat homo.

Ad 2.am, concesso antecedente, nego consequentiam. Disparitas est, nam deitas non est formale exclusivum falsitatis; et praescindendo formaliter a deitate stat in complexo sapientiae, et veracitatis determinativum ad locutionem veram; exclusivum autem adaequatum falsitatis, et adaequatum ~~[illegible]~~ determinativum ad locutionem veram non stat praescindendo formaliter a sapientia: ac proinde, non prima veritas in essendo, sed prima veritas in cognoscendo constituit Dei authoritatem. 57.

Oppones 2.o Deus manifestando immediate Angelis suam ipsius cognitionem, cum ipsis loquitur: ergo eo modo exercet suam in dicendo authoritatem. Atqui non exercet veracitatem: huius enim ~~[illegible]~~ munus est, conformare cum judicio interno locutionem externam; et ibi non est externa locutio: ergo Dei authoritas in dicendo non constituitur ~~[illegible]~~ per veracitatem. = Distinguo antecedens: Deus manifestando immediate Angelis suam ipsius cognitionem, cum ipsis loquitur, stante locutione in cognitione increata, nego; stante locutione in cognitione infusa,

aliave productâ qualitate repraesentativa obiecti. Concedo antecedens, et consequentiam; et nego minorem subsumptam. Ad huius probationem, concessâ 1.ª propositionis parte, nego 2.am Ut cognitio infusa, qua Deus cum Angelis loquatur, ijs immediate revelando suam ipsius cognitionem, sit vera, duo haec omnino requiruntur: et quod per eiusmodi cognitionem Deus revelet suam ipsius cognitionem, et hoc pertinet ad veracitatem; et quod cognitio Dei sit essentialiter conformis obiecto, et hoc pertinet ad sapientiam: unde authoritas, quam Deus manifestando immediatè suam cognitionem exerceret, à complexo earum perfectionum non praescindit.

58. Opponas 3.º Locutio divina partitur in duas formalitates: ipsarum altera, ut verax respicit judicium internum; altera ut vera respicit obiectum ipsum. Ergo in determinatione divinâ ad locutionem veracem, et veram sunt duae formalitates; et earum altera est necessitas ad locutionem veracem; et altera est necessitas ad locutionem, veram. At qui necessitas ad locutionem veram est formaliter

authoritas; et necessitas ad locutionem veracem est formaliter veracitas: ergo authoritas est formaliter prescindibilis à veracitate; ac proinde authoritas non consistit formaliter in sapientia, et veracitate complexo. — Concesso antecedente, distinguo consequens: ergo in determinatione divina ad locutionem veracem, et veram sunt duæ formalitates distinctæ distinctione includentis ab incluso: et harum altera est necessitas ad locutionem veracem; et altera est necessitas ad locutionem veram, concedo; sunt duæ formalitates distinctæ adequatè, nego consequentiam: et constat ex reliquum. Sensus est: determinatio ad locutionem veracem est formaliter necessitas ad conformitatem locutionis cum mente, prescindens formaliter à necessitate conformandi locutionem cum objecto; utramque necessitatem dicit in Deo determinatio ad locutionem veram: quapropter necessitas ad locutionem veram sola distinctione includentis ab incluso distinguitur formaliter à determinatione ad locutionem veracem. Ratio solutionis: nam locutio divina est perfectissimè ~~xxxxxx~~, quæ debet procedere à rationalis

D. 1, C. 1. à principijs ~~[struck]~~: ergo à voluntate imperante,

ratio nali- | et ab intellectu dirigente: ergo voluntas imperat locutio-
tatis | nem conformem judicio interno, ut sic sequatur intelle-
ctus directionem. At ad Dei veracitatem pertinet for-
maliter conformare locutionem cum judicio: ergo deter-
rationa- | minatio Dei ad locutionem veram, ut pote ~~[struck]~~, in-
lem, | cludit determinationem adlocutionis cum judicio confor-
mitatem. Est itaque vera divina locutio, quia ratione vera-
citatis sequitur dictum interni judicij; et hoc ratione
sapientiæ, est essentialiter infallibile.

59 Oppones 1°. Non est,

independenter | cur in Deo non admittatur, à veracitate, determina-
tio ad loquendum de rebus ut sunt in se: ergo Dei autho-
ritas distinguitur à veracitate. Consequentia infertur,
da, quod | et positive probatur. 1° ~~quia~~ Deus specialiter regat Petri
linguam, ne in locutionem falsam labatur, et quod no-
bis de hoc constet. Tunc Petrus apud nos haberet authori-
tatem; sed non ideo haberet sapientiam, et veracitatem:
ergo. 2° da, quod Petrus sit determinatus ad errorem in judi-
cando; et ad loquendum contra mentem; in erit determina-
tio ad loquendum de rebus, ut sunt in se: ergo determinatio

adloquendum de rebus ut sunt in se distinguitur a sapientia, et a veracitate: ergo. — Nego antecedens: neque [crossed out] [enim] agnoscenda est in Deo Sympathia, et naturalis inclinatio adlocutionem veram; sed terminatio [de-] perfectissima rationalis quae fit ab intellectu dirigente, et a voluntate imperante. Nego consequentiam; cujus probatio [nes] nullius sunt momenti. Ad 1.am in eo casu, Petrus haberet authoritatem, non propiam, sed [crossed out] [appropriatam]: quia ipsi per specialem assistentiam erit moraliter applicata authoritas Dei; et propter hanc illius dictis crederemus: quamvis sciremus, ipsum aut in judicando falli, aut locutionem proferre ex animo fallendi. Ad 2.am in eo casu, Petrus haberet determinationem adloquendum de rebus ut sunt in se; sed careret authoritate: neque [enim] in eo erit dignitas agentis rationalis propria, ut ipsi credatur. Igitur aliud est determinatio ad locutionem veram abstracte sumpta, aliudque est authoritas: haec non est utcunque determinatio illa, sed est determinatio adlocutionem [crossed out] [rationalem] veram quae sequatur judicij dictum ex imperio voluntatis: quae propterea a complexo sapientiae et veracitatis non praescindit.

60 Instas. Imprimis, complexum sapientiae, et veracitatis non est sufficiens autho

ritas

D. V., C. V. 1

pro omnibus revelationibus; et rursus, neque est authoritas pro omnibus revelationibus necessaria: ergo Dei authoritas, et prima veritas in dicendo, nec sufficienter nec necessario in ejusmodi complexo consistit. — Hæc instantia habet pro se Aureolum docentem, Deitatem pertinere necessario ad obiectum formale fidei; et aliquos Theologos, qui dicunt pro revelationibus promissorijs, non sufficere Sapientiam, et veracitatem, sed requiri insuper fidelitatem, et potentiam. Eadem instantia habet pro se P. Ripaldaz, tum quia docet, pro revelationibus promissorijs sufficere Omnipotentiam cum Fidelitate; tum quia universaliter tenet, Deitatem seorsim ab atributis posse adequatè movere fidem: quã postremam doctrinæ partem defendit etiam P. Nicl. Martinez. Solvitur instantia negando ambas antecedentis partes; quarum falsitas constabit ex subijciendis assertis.

Præmissum. Simul cum Sapientia,

64. et veracitate ~~possunt~~ × possunt aliæ divinæ perfectiones esse obiectum formale fidei: ut omnipotentia, Misericordia, Fidelitas, Justitia, et Constantia. Suadetur: nam in Scriptura non semel revocatur fides nostra

tum ad fidelitatem, tum ad potentiam Dei. Sic
» Apostolus ad Hebr. 1: fidelis est enim, qui repro-
» misit; et ad Rom. 2: Abraham confortatus est fide,
» plenissime sciens quia quæcumque promisit potens est fa-
» cere. Accedit ratio: nam ea perfectio, quæ Deum
movet, aut inclinat ad revelationem veram, et ad
verificandam suam assertionem, potest simul cum
sapientia, et veracitate movere ad assensum fidei. Atqui
misericordia, v.g. inclinat Deum ad revelationem
veram; et fidelitas, v.g. determinat ipsum ad verifican-
dam suam assertionem promissivam: ergo misericordia, et
fidelitas possunt esse simul cum sapientia, et veracitate mo-
vere assensum fidei; quod est fidei objectum formale.
Hic nota: non requiritur, quod Deus ex proprio motivo
veracitatis revelet: hoc est, propter honestatem, quæ re-
peritur in loquendo verum cum conformitate ad men-
tem; potest enim revelare ex motivo misericordiæ, justitiæ,
et similibus. Nihilominus auctoritas Dei stat in
complexo sapientiæ, et veracitatis: quod complexum
determinat essentialiter ad locutionem veram; inclinat
ad loquendum verum ex proprio motivo veracitatis;
et permittit, quod ex motivo aliarum virtutum

D.1., C.1.– 1

imperitur locutio vera.

Assertum 1.m Nec

62\. Deitas, nec alia divina perfectio, si formaliter à Sapientia, et veracitate prescindant, est obiectum formale necessarium fidei. Probatur: complexum Sapientiæ, et veracitatis Dei est sufficiens ad assentiendum Dei testimonio, quodcumque istud sit, et de quocumque obiecto sit: ergo nec Deitas, nec alia Dei perfectio, si ab illo complexo formaliter prescindant, est obiectum formale necessarium fidei. Probatur antecedens: quod sufficit, ut testimonium sit indefectibiliter verum, sufficit ad assentiendum testimonio; sed complexum Sapientiæ, et veracitatis Dei sufficit, ut sit indefectibiliter verum Dei testimonium, quodcumque illud sit, et de quocumque obiecto sit: nam ex vi veracitatis testimonium est conforme indefectibiliter interno judicio; et istud ex vi Sapientiæ est indefectibiliter verum: ergo.

Assertum 2.um

63\. Nec Deitas, nec alia divina perfectio, si formaliter à Sapientia, et veracitate prescindant, est

obiectum formale sufficiens fidei. Probatur: quod non est formaliter Dei authoritas, non est sufficiens obiectum formale fidei; sed nec Deitas, nec alia diuina perfectio, si praescindant formaliter à sapientia, et veracitate, est formaliter Dei authoritas: ergo nec Deitas, nec alia diuina perfectio, si à sapientia, et veracitate formaliter praescindant, est sufficiens obiectum formale fidei. Probatur minor. 1°: authoritas est perfectio propria agentis rationalis ut tali: ut sciat, quid loquatur; sed nec Deitas, nec alia diuina perfectio, si à sapientia formaliter praescindat, est perfectio propria agentis rationalis, ut sciat, quid loquatur: ergo. 2°: authoritas est determinatio loquentis rationalis ad non loquendum contra mentem; sed nec Deitas, nec alia diuina perfectio, si formaliter à veracitate praescindant, est determinatio ad non loquendum contra mentem: ergo. Confirmatur: Deitas formaliter praecisa à sapientia, et veracitate est plus radicaliter, mediate, et remote connexa

D. I., C. I.

cum infallibilitate testimonij: ergo Deitas se sola exigit perfectionem, quæ formaliter, immediatè, et proximè infallibilizat testimonium: ergo ideo Deitas erit motivum ad assensum fidei, quatenus concipitur cum perfectione formaliter infallibilizante testimonium: ergo si concipiatur seorsim formaliter ab ejusmodi perfectione non erit motivum sufficiens ad assensum fidei. Sed si concipitur seorsim à perfectione formaliter infallibilizante, si præscindit formaliter à sapientia, et veracitate: sicuti concipitur seorsim à perfectione essendi ubique, quia præscindens formaliter supponatur ab immensitate: ergo.

64. Appendix. Veracitas, quæ est objectum formale fidei, et constitutivum divinæ authoritatis in dicendo, potest accipi latè, et strictè. Explicatur: veracitas strictè sumpta est specialis quædam virtus, non solùm excludens formaliter mendacium, sed habens pro objecto formali peculiarem illam honestatem, quæ in hoc relucet, ut conformet locutio cum

mente;

veracitas autem late accepta est quælibet virtus, aut perfectio, quæ excludat formaliter mendacium, licet non ex illa formali honestate, quæ datur in conformando cum mente locutionem. Talis virtus in Deo censetur magnanimitas; talis perfectio ejus summa sanctitas. Igitur authoritas in dicendo constituitur per sapientiam, et per veracitatem, vel late, vel stricte sumptā; neutra requiritur determinate, et sufficit alterutra

Sectio 5.a

Respondetur Obiectionibus

Obijcitur 1.° in 1.us assertum. Fidelis interrogatus, cur credit Incarnationem, respondet: quia Deus revelavit; si iterum rogetur, cur credit Deo revelanti, respondet: quia nec potest Deus falli, nec nos fallere; si demum interrogetur, cur Deus nec potest falli, nec nos fallere, respondet: quia est Deus: ergo Deitas pertinet necessario ad obiectum formale fidei. Probatur consequentia: id in quod resolvitur ultimo assensus fidei, pertinet necessario ad fidem 65

De Virt. Theol. C. 9.

D. 1., C. 1. 2

obiectum formale; sed fidei assensus resolvitur ultimò in Deitatem: ut constat ex ~~[illegible]~~ discursu: ergo — Concesso antecedente, nego consequentiam. Ratio: quia in ijs responsionibus, credo Incarnationem, quia Deus revelavit, et quia Deus nec potest falli, nec fallere, continetur tota ratio obiectiva credendi; in ultima autem responsione affertur ratio, quare in Deo sit obiectiva ratio, ut ipsi credamus. Explicatur exemplis. 1°: si rogemur, cur Deo obedimus, respondemus: quia est noster supremus Dominus; et si iterum interrogemur, cur Deus est noster supremus Dominus, respondemus: quia est Deus. Et ~~tamen~~ non in posteriore, sed in priore responsione continetur perfectio divina specificans nostram obedientiam. 2°: si rogem, cur Petro credas, respondebis: quia sapiens, et verax est; quod si iterum rogem, cur Petrus sit verax, poteris respondere: quia bene educatus est. Et ~~tamen~~ in priore, et non in posteriore responsione, continetur obiectum formale fidei humanæ. Discurre similiter in re nostra.

premisso

tamen

tamen

De Vit. Theol. C. 5.

Ad probationem consequentiæ, nego, et distinguo maiorem: id, in quod resolvitur ultimò assensus fidei, tamquàm in rationem formalem ultimam assentiendi, pertinet necessario ad obiectum formale fidei, concedo; tamquàm in causam virtualem essendi, nego maiorem: et similiter distincta minore, nego consequentiam. Constat distinctio ex doctrina data, et exemplis adductis. Igitur quamvis Deitas sit virtualis causa, seu radix methaphisica, propter quam in Deo est authoritas, non tamen est causa propter quam assentimur divinæ authoritati: si enim per impossibile in Deo esset authoritas, et non Deitas, esset adhuc dignus fide, sicuti si per impossibile in Deo esset supremum dominium, et non Deitas, esset adhuc dignus obedientia. Si dicas, authoritatem non posse exercitè movere ad assensum fidei, nisi proponatur cognitione evidenti, quæ ex Deitate probatur; hoc omittam, et sic occurram: inde solùm probatur, Deitatem esse obiectum præcognitum, et ipsius esse conditionem sine qua non, ut authoritas ad fidei assensum moveat exercitè. Addo: neque Deitas potest exercitè

D. I., C. V.

movere, nisi praecognoscatur evidenter ex creaturis;

unicè probatur, et tamen dicit creaturas esse obiectum praecognitum, et ipsarum cognitionem esse conditionem sine non, ut Deitas concurrat exercitè ad assensum fidei.

67. Obijcitur 2°. Pro revelationibus promissorijs, et comminatorijs requiruntur tamquam obiectum formale assensus ipsis exhibendi constantia, fidelitas, et potentia: Ergo praeter huiusmodi revelationibus alia divina perfectio, praescindens formaliter a sapientia, et veracitate, est obiectum formale necessarium fidei. Probatur antecedens: si praescindamus à constantia, et à fidelitate, non est, cur non ambigamus: num Deus animum sit mutaturus? Rursus: si praescindamus ab omnipotentia, non est, cur non ambigamus: an Deus sit facturus, quod se facturum promisit, aut comminatus est? Ergo ad exhibendam fidem revelationibus promissorijs, et comminatorijs requiritur tamquam obiectum formale fidelitas, constantia, et Omnipotentia. Confirmatur quia ut credamus homini promittenti, requiritur tamquam motivum illius fidelitas,

et potentia: ergo, similiter ut Dei promittenti credamus;
quod innuunt Scripturae revocantes itidem promissio-
num divinarum in Dei fidelitatem, et potentiam
ut constat ex testimonijs adductis n° 61. — Probo
antecedens, et antecedens probationis: Hoc enim
ipso, quod non praescindamus ab ~~[illegible]~~ Sapientia, et vera- infinitis
citate, ambigere non possumus: an Deus, se mu-
taturus animum; an habeat potentiam, ut id quod
se facturum promisit, exequatur. Ratio: quia
nil ambigamus de ~~[illegible]~~ Sapientiae, et veracitatis divi- infinitate
nae, non possumus ambigere de obiecto promissioni aut
comminatione revelato; sed revelatur ~~[illegible]~~ Dei praesens
animus faciendi rem; revelatur rei ipsius futuritio;
revelatur, quod Deus illam faciet; ergo si non praescin-
damus ab infinita Sapientia, et veracitate Dei,
ambigere non possumus, quod in Deo sit praesens ani-
mus faciendi rem, quod res erit, et quod a Deo res
fiet. Hinc fidelitas, constantia, et potentia,
non se habent ut obiectum formale, sed ut obiectum
materiale, se tenens ex parte rei revelatae; et non
nego, quod fides divinarum promissionis, et commina-
tionis

non præscindat ab ijs divinis perfectionibus ex parte obiecti materialis.

68. Ad Confirmationem, concesso antecedente, nego consequentiam ob manifestam disparitatem: nam cognitio, cui homo ratione veracitatis conformat externam promissionem, nullam conexionem habet cum futuritione, et executione rei promissæ, nisi ratione fidelitatis, et potentiæ: ideoque quamvis sciamus, quod homo non loquitur contra mentem, si aliunde sciamus ~~[illegible]~~ esse, animum mutare, aut non habiturum potestatem exequendi, illius promissioni fidem non damus. E contrario: cognitio, cui Deus indefectibiliter ratione veracitatis, conformat externam promissionem, ratione sapientiæ, conectitur essentialiter cum futuritione, et executione rei promissæ: ac ~~[illegible]~~ complexum veracitatis, et sapientiæ sufficit, ut moveamur ad fidem dandam Dei revelationibus promissorijs. Quod autem scripturæ ad Dei fidelitatem, et potentiam recurrant, hoc probat, quod concedimus: nempe eiusmodi perfectiones simul cum sapientia, et veracitate

assuetum

proinde

posse movere ad assensum fidei; non autem, quod
non sufficiat complexum sapientiae, et veracitatis.

Objicitur 3°. Revela- 69
tio promissoria est practica: hoc est, ratione cujus
Deus moveatur ad rei executionem intuitu
verbi dati. Ergo ejusmodi revelatio, et cognitio
ad revelandum dirigens praecedit decretum exe-
cutivum; aliter, ipsa non posset concipi a Deo
ex intuitu verbi dati. Ergo revelatio promissoria
non manifestat decretum: neque enim manifestat
decretum, quod non praesupponitur ad cognitionem,
qua dirigitur revelatio. Ergo ut ostendatur decre-
tum executivum requiritur fidelitas, ad quam per-
tinet confirmare facta cum dictis: [redacted], ut credamus proinde
Deum facturum esse, quod promisit, requiritur fidelitas
ut motivum formale. — Concedo antecedens, et con-
sequentiam; et distinguo subillatum consequens: ergo reve-
latio promissoria non manifestat decretum executivum
determinate, et in particulari, concedo; indeterminate,
et subdisjunctive, nego consequentiam; et in eodem sensu nego
etiam probationem adjunctam. Explicatur: ad

revelationem promissoriam requiritur omnino animus seu intentio adimplendi; aliter non erit vera: ideoque mentitur, qui promittit sine animo adimplendi, et est perjurus, si juramento promissionem confirmet. Sine Dei revelatio promissoria praesupponit decretum intentivum: et Deus reservat sibi libertatem ad decretum executivum concipiendum; vel ex motivo fidelitatis intuitu verbi dati, vel ex alio motivo; et quodcumque decretum executivum concipiat, revelatum jam est indeterminate, et sub disjuncto: quod sufficit, ut credamus, et quod res promissa erit, et quod a Deo fiet. Neganda ex dictis est ultima argumenti consequentia, et sequela adjuncta. Instabis. Per id credimus fu-

70 turam esse rem promissam, per quod infallibiliter erit; sed infallibiliter erit per fidelitatem, et per omnipotentiam: ergo. Accedit: per id credimus revelationi promissoriae, per quod Deus est infallibiliter determinatus ad executionem rei promissae; sed sic est infallibiliter determinatus per omnipotentiam et fidelitatem: ergo. Distinguo maiorem.

per id credimus, futuram esse rem promissam, per quod infallibiliter erit, infallibilitate in dicendo concedo: hęc autem infallibilitas stat precisè in complexo sapientię, et veracitatis; per quod res infallibiliter erit, infallibilitate in exequendo, nego maiorem: et distincta similiter minore, nego consequentiam. Ad additamentum nego absolutè maiorem: per id ~~enim~~ enim credimus revelationi promissorię, per quod revelatio infallibiliter ostendit, Deum esse infallibiliter determinatum ad executionem rei promissę: hanc determinationem provenientę ab omnipotentiâ, et fidelitate ostendit revelatio infallibiliter ratione veracitatis, et sapientię.

74 Obijcitur 4º in 2.um assertum. Scripturę multoties revocant fidem in Deum, nulla facta mentione sapientię, et veracitatis: ergo Deitas se sola potest esse obiectum formale fidei. Pro antecedente

" suffeciat illud Genes. C. 15: Credidit Abrahan
" Deo; quod explicans D. Chrisost., homi. 36, inquit:
" per fidem intendunt mentes nostrę in dignitatem
" Dei. Et est ratio: nam per hoc precisè, quod apprehendamus, Deum aliquid testari, apprehendimus,

illud esse verum: ergo. — Concesso antecedente, nego con-
enim — sequentiam: neque uno loco omnia docent Scripturae; ex
aliis locis habemus, fidem inniti sapientiae, et veracita-
ti Dei: ut constat ex numero 28. Hinc Scripturae
revocant fidem in Deum secundum quod est in se; non
secundum conceptum formalem Deitatis, si haec ab
attributis sapientiae, et veracitatis praescindat. Sic dicitur
tamen — in Scripturis, Deum creare, Deum providere; quae ~~[illegible]~~
non praedicantur de Deitate formaliter sumpta, prout
distincta ab omnipotentia, ab intellectu, a voluntate. Re-
ctius probari poterit ex iis textibus sententia, cui
in tractatu de Deo subscripsi: nimirum Deitatem
formaliter consistere in complexo omnium perfectio-
— absolutarum, et necessariarum — onum ~~[illegible]~~; et sic erunt formales prae-
dicationes istae: Deus est motivum fidei; Deus
creat; Deus providet.

72. Ad rationem, qua probatur
consequentia negata, nego antecedens: nam praecise in-
tellecta Deitate, non intelligitur, id esse verum,
quod Deus testatur: — ~~Dices: proxime, et formaliter excludens locutionem~~
nam solis — ~~non falsam; ac proinde, praecise intellecta Deitate,~~
intelligitur principiis remote, et radicaliter, non vero pro-
xime, et formaliter excludens locutionem falsam.

~~non intelligatur, id esse certum, quod Deus testatur.~~ Dices:
Deitas propter suam excellentiam confert authoritatem divinæ locutioni; sicut dignitas Regis confert authoritatem: ita ut majus sit crimen non credere Regi, quam subdito, quamvis in isto supponatur sapientia, et veracitas æquales. Nego assumptum de authoritate infallibilizante testimonium; et ad paritatem dico, Regis dignitatem non conferre authoritatem locutioni, nisi dependenter à sapientiâ, et veracitate: quæ perfectiones in Rege ex ipsius dignitate præsumuntur. Quod majus sit crimen, non credere Regi, quam subdito, suppositis in utroque æqualibus sapientiâ, et veracitate, unicè probat, quod crescat injuria ex maiore dignitate personæ offensæ; sicut id unicè probatur ex eo, quod majus sit crimen agere contra jus proprietatis Regis, quam contra æquale jus proprietatis Subditi.

73 Objicitur 5.º Deitas formaliter ut talis est mediata, et radicalis determinatio ad loquendum de rebus ut sunt in se: ergo est sufficiens motivum ad assensum Fidei. Antecedens est certum; et consequentia probatur:

D. 1., C. 1. –

ut credamus Deo, sufficit cognoscere, Deo esse impossibilem locutionem falsam; sed per hoc, quod Deitas formaliter ut talis sit mediata, et radicalis determinatio ad loquendum de rebus ut sunt in se, cognoscamus, Deo esse impossibilem locutionem falsam: Ergo. Concesso antecedente, nego consequentiam: Si enim prescindamus à perfectionibus formaliter infallibilizantibus locutionem, quamvis non prescindamus à Deitate radicante ejusmodi perfectiones, prescindimus à motivo sufficiente ad assensum fidei: ut probatum est, num. 63. Ad probationem consequentiæ distinguo maiorem: ut credamus Deo sufficiat cognoscere, Deo esse impossibilem locutionem falsam, quia in omne hypothesi posibili Deus est summè sapiens, et verax, concedo; sufficit, cognoscere, Deo esse tantùm radicaliter impossibilem locutionem falsam, nego maiorem: Et distincta similiter minore, nego consequentiam. In tantùm radicalis impossibilitas locutionis falsæ conjungitur cum exclusione falsitatis, et cum inductione × veritatis, in quantum conjungatur cum × [struck] impossibilitate falsitatis;

× veritatis,
× immediata

Quae autem ~~....~~ impossibilitatas non stat formaliter in Deitate, sed in complexo Sapientiae et veracitatis, ~~qua~~ radicat. Vide, quae diximus, num. 44. Distinguo aliter eamdem maiorem: ut credamus Deo (nempe per ~~...~~ fidei accipientem pro motivo authoritatem) sufficit cognoscere, Deo esse impossibilem locutionem falsam ex modo loquendi perfectè rationali, concedo; aliter, nego maiorem: et distincta similiter minore, nego consequentiam. Deitas supponitur praescindens à Sapientia, et à veracitate; à quibus perfectionibus praescindendo, non est Deo impossibilis locutio falsa ex modo loquendi perfectè rationali, sed ad summum ex Sympathica, et naturali quadam determinatione ad locutionem veram. Atqui authoritas in dicendo est determinatio ad locutionem veram ex modo loquendi perfectè rationali; ut constat ex num. 59: ergo Ha.

immediata

quas

assensum

72.

Replicabis. Quod Deitas

sit radicaliter tantum determinata ad locutionem veram, et quod ordine obiectivo precedat ad complexum sapientiæ, et veracitatis; non autem est, quod intelectus ad fidei assensum debeat, cognita Deitate, transire ad illud complexum; et ex hoc cognoscere locutionem divinam esse veram: ergo Intelectus, cognita excelentia Deitatis, potest immediate assentiri divinæ locutioni: ergo Deitas potest sufficienter movere assensum fidei. Assumptum declaratur exemplis. 1.º quamvis ab igne prius producatur calor, postea fumus, potest determinare immediate intelectum ad cognitionem fumi esse ignis. 2.º quamvis prædefinitio inducat prius auxilium congruum, postea conversionem hominis, potest ipsa prædefinitio determinare immediate intellectum ad credendam futuram conversionem. Ergo similiter in re presenti.

75. Nego antecedens: neque enim Deitas excluditur à motivo sufficiente ad fidem, ex eo, quod inter ipsam, et locutionem mediet ordine

obiectivo complexum sapientiæ, et veracitatis; sed aliunde. 1º quia motivum sufficiens ad fidem est illa perfectio, quæ immediate, et formaliter determinat Deum ad locutionem ~~[illegible]~~ veram; et talis perfectio non stat formaliter in Deitate [rationalem]. 2º quia principium formale locutionis falsæ aut esset inscitia, aut mendacitas; et ista ~~[illegible]~~ [principium] non excluditur formaliter à Deitate, sed à sapientia, et veracitate. Constat hinc ad exempla. Ad 1um: ignis independenter à calore conectitur cum fumo, ac proinde, se solo est sufficiens antecedens ad fumi cognitionem; Deitas autem, se sola non est sufficiens antecedens ad infallibilitatem locutionis: cum se sola non sit formale exclusivum locutionis falsæ. Ad 2um: prædefinitio absoluta, et ab intrinseco efficax, quamvis, medio auxilio, exsequatur conversionem, seipsa ~~mediate~~ conectitur cum conversione: conectitur ~~[illegible]~~ [immediate], immediate cum eo, cuius est amor absolutus, et efficax ab intrinseco: ejusmodi prædefinitio est [tantum] sufficiens antecedens ad inferendum conversionis [ac proinde] futuritionem; Deitas autem seipsa non conectitur cum locutionis veritate: ac per consequens non

D. 1, C. 1.

sufficit ad assentiendum locutioni. Quod si Deus sit de praedefinitione ab extrinseco absoluta, et efficaci, qualem admisi in tractatu de divina gratia, exemplum ad propositum: nam ejusmodi praedefinitio non est ipsa immediate, sed ratione consensus conditionati praesuppositi, et conditionis purificatae, connectitur cum absoluta futuritione conversionis; ac proinde se ipsa non est sufficiens, determinare intellectum ad assensum conversionis absolute: Ergo similiter in re praesenti Deitas &c.

76. Objicitur 6.° Deitas formaliter ut talis excludit omnem imperfectionem; sed locutio falsa est imperfectio: ergo hanc excludit: ergo est sufficiens obiectum formale fidei. Confirmatur: Deitas est formaliter sanctitas summa; ergo excludit formaliter mendacium: ergo Deitas ut ~~[illegible]~~ ista a veracitate, quamvis non seorsim a sapientia, excludit formaliter locutionem falsam: ergo Deitas seorsim a complexo sapientiae, et veracitatis est motivum fidei sufficiens.

condistincta

Distinguo maiorem: Deitas formaliter ut talis excludit formaliter omnem imperfectionem, nego; excludit radicaliter, subdistinguo: mediatè, vel immediatè, concedo; determinatè immediatè, nego maiorem: et cadit reliquum. Sensus est: Deitas formaliter ut talis excludit formaliter eas tantum imperfectiones, quibus formaliter opponitur: et sic si Deitas consistat formaliter in conceptu entis à se, excludit formaliter has imperfectiones: esse impossibilem; esse nihilum; esse ab alio. Cæteræ itaque imperfectiones excluduntur radicaliter à Deitate formaliter sumpta: et aliæ quidem excluduntur immediatè; aliæ verò mediatè tantùm. Excluduntur immediatè illæ imperfectiones, quæ formaliter opponuntur perfectionibus immediatè radicatis in essentia: et sic immediatè excluditur imbecillitas, et difficultas in operando, quæ formaliter opponuntur Omnipotentiæ radicatæ immediatè in Deitate. Excluduntur mediatè illæ imperfectiones quæ perfectionibus immediatè radicatis in essentiâ

D. I., C. I. –

Opponuntur oppositione actus ad potentiam, sive operationis ad principium. Jam vero, locutio falsa non est imperfectio formaliter opposita Deitati; neque opposita formaliter perfectioni radicate immediatè in Deitate; sed opposita, oppositione actus ad potentiam Sapientiæ, et veracitatis quæ sunt principium locutionis rationalis veræ: ergo Deitas formaliter ut talis non excludit formaliter, nec radicaliter immediatè, sed mediatè radicaliter, locutionem falsam.

77. Ad Confirmationem, omisso antecedente, et 1.° consequente, distinguo 2.um: ergo Deitas, ut condistincta à veracitate, strictè sumpta, excludit locutionem falsam, admitto; ut distincta à veracitate latè acceptâ, nego hanc, et subductam consequentiam. Si Deitas sit formaliter Sanctitas, erit de se incompossibilis cum mendacio: et ideò erit veracitas latè talis; objectum autem formale fidei dicere constitutivè veracitatem vel strictè, vel latè sumptam, dictum est supra, num. 64.

78. Objicitur 7.° Eo ipso, quod

Deus summè fidelis, et potens promittat aliquid, seclusâ
apprehensione cujuslibet alterius attributi, persuade
mur infallibiliter, Deum facturum esse rem
promissam: ergo independenter à complexo sapientiæ,
et veracitatis, ad fidem divinarum promissionum
sufficit fidelitas, et potentia; et similiter pro revela-
tionibus comminatorijs sufficit potentia, et constantia.
Probatur antecedens: ratione fidelitatis persuade
mur non deesse, nec defuturam in Deo voluntatem
efficiendi rem promissam; ratione Omnipotentiæ
persuademur, illam voluntatem habituram infal-
libiliter effectum: ergo. Nego antecedens: nam
ex fidelitate, et potentia unicè possumus inferre
conditionatè, quod si in Deo sit efficax voluntas,
hæc non mutabitur, et mutata habebit infallibiliter quod non
effectum; at quod in Deo sit illa efficax voluntas,
quam testatur ipse, dum externè promittit, non aliunde
habetur, nisi ex sapientia, et veracitate: ac proinde, seorsim
ab his perfectionibus, non est locus assensui fidei, quo
absolutè credimus revelationem promissoriam. Et probatur
rem

antecedentis, negatur, quod ex Omnipotentia, et Fidelitate moveamur, ad credendum, in Deo esse voluntatem faciendi rem promissam: nam solum ex ijs perfectionibus determinamur ad credendum, quod, si sit, non mutabitur; et quod si non mutetur, obtinebit infallibiliter effectum.

73. Instabis. Fidelitas conectit promissionem externam cum animo interno, et cum ipsius perseverantia; potentia autem conectit voluntatem perseverantem cum rei executione: ergo externa Dei promissio conectitur cum futuritione rei ex ratione fidelitatis, et potentiae: ergo. Confirmatur 1º, a priori: prius est, rem esse futuram per decretum, et per Omnipotentiam, quam esse à Deo cognitam per visionem; sed illud prius cognoscitur à nobis ius. Deo per promissionem, adjuncta fidelitate, et potentia: ergo per promissionem; et complexum fidelitatis et potentiae, cognoscitur à nobis, rem promissam esse futuram. Confirmatur 2º, à posteriori: da hominem in suis assertionibus mendacem, at ignarum, esse fidelem, et potentem in suis

promissio:

ille sit dignus fide in ijs quae meminit numerus sit indignus fide in ijs, quae testatur. Ergo Dei fidelitas, et potentia sunt dignitas ut divinis promissionibus credamus. — Distinguo 1.am antecedentis partem: fidelitas conectit promissionem externam cum animo interno prout in mente, et conditionatè cum perseverantia ipsius, concedo; conectit promissionem externam cum animo interno, et absolutè cum ipsius perseverantia, nego hanc partem; Et consessa 2.a nego consequentiam. Fidelitas conformat promissionem cum interno proposito prout in mente: neque enim Deus esset infidelis, si judicans, se habere propositum, promitteret, quamvis illud reipsâ non haberet: conexio itaque promissionis externę cum proposito interno provenit formaliter à sapientia, et à fidelitate, quę à veracitate non differt quoad conformanda dicta cum mente, quidquid sit, an differat quoad conformanda facta cum dictis. Vide, quę diximus, num. 44. 50 Ad 1.am confirmationem, concessa maiore, nego minorem: seorsim à sapientia infallibili non possumus cognoscere,

8

in Deo esse decretum illud, quod promittendo revelat. Dices: Deus videns decretum, et Omnipotentiam, videt infallibiliter, rem esse futuram: ergo illud decretum, et Omnipotentia potest nobis esse motivum sufficiens ad fidem divinæ promissionis. Nego consequentiam; nam Deo per suam infallibilem Scientiam constat de existentia ejusmodi decreti; nobis autem de existentia decreti constare non potest quoad fidei assensum, nisi ex Dei testimonio: quod non aliunde est infallibile, nisi ex sapientia, et veracitate.

81. Ad 2.am Confirmationem dico, antecedens esse implicatorium, si excludatur omnis veracitas: quia jam non manebit fidelitas, ad quam pertinet conformare externam promissionem cum judicio interno de proposito efficaci faciendi rem; ~~quod~~ propositum esse in homine promittente, inferimus ex ipsius Sapientia, et Veracitate. Quod autem hæ perfectiones in homine non sufficiant, ut securi simus, de futuritione rei promissæ, sed requirantur insuper fidelitas, et potentia, ideo hoc est, quia in homine judicium regulans promissionem externam non connectitur.

cum futuritione rei promissæ, nisi ratione fidelitatis, et potentiæ. Hinc neganda est consequentia in sensu formali.

Sectio 6.a

Explicatio doctrinæ datæ concluditur

Dei revelationem, locutionem, seu testificationem esse simpliciter necessariam, ut divina authoritas exercite moveat ad assensum fidei, certissimum est: cumque ista authoritas sit necessitas conditionata loquendi verum, si Deus loquatur; consequens est, conditionem illam per revelationem purificari, ut ex Dei authoritate moveamur ad credendum. Superest examinandum: an revelatio sit partiale obiectum formale fidei; an sit mera conditio, seu applicatio divinæ authoritatis, in qua adæquatum formale obiectum fidei consistat? 82

Multifariam, multisque modis Deum locutum esse hominibus constat ex Apostolo, ad Hebr. cap. 1: quos loquendi diversos modos discere ex Petro Hurtado d. 13. per totam, cum fructu, et voluptate, poteris. Universaliter sciendum est in revelatione divina

D. 1, C. 1.

interveniente Deo dico: et signa externa, quae intellectum ducunt in cognitionem rei revelatae et actus, quibus dirigitur Deus, et determinatur ad producenda eiusmodi signa. Actus isti dicuntur revelatio activa, et interna; signa autem illa appellantur passiva, et externa revelatio.

Conclusio. Dei revelatio passiva, sive

83. externa locutio, est necessario obiectum formale fidei.

Ita docent Suar., Ripalda, Oviedo, C. de Lugo, et

[illegible] allij, ~~quos citatos sequitur Tannerus, disput...~~

Oppositam sententiam tenent non pauci, quos inter C. Sforzia, Rhodes, et Sparza.

Probatur conclusio

84. ab authoritate: nam Scriptura constanter reducit

x non fidem ad testimonium Dei, minus atque ad authoritatem. Sic, ad Thesal., C. 2: cum accepissetis a nobis

» verbum Dei, accepistis illud non ut verbum hominum,

» sed sicut est vere verbum Dei. Et Ioann. 1, C. 5:

» qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se.

Huc spectant illae formulae, quibus Prophetae fidem exigebant ab ijs, quibus praedicabant:

» verbum Domini, quod factum est; et haec dicit Dominus;

simmesque aij. Hęc satis ostendunt fidem nostram obiective moveri ex Dei testimonio; et si moveri et quod testimonium Dei est obiectum formale fidei: ergo. Accedunt Patres, qui causam, motivum, et rationem credendi in Dei testimonio esse sitam, frequentissime docent; Et pro omnibus audiatur Athanasius oratione, Quod unus sit Xptus, expresse asserens, fideles non habere humanam aliquam rationem, ut credant; sed sublimem, scilicet attestationem Dei. Hanc doctrinam passim docet Angelicus: precipue, q. 14. de veritat., a. 8., asserens fidem esse infallibilem, quia adheret alicui testimonio, in quo infallibiliter veritas invenitur: et ibidem, in respons. ad 16., addit, testimonium veritatis primæ se habere in fide, ut principium in scientijs demonstrativis. Sed adherere testimonio ad assensum et inniti testimonio tamquam motivo assentiendi, et in scientijs principia sunt motivum conclusionis demonstratę: ergo. Quod autem allata testimonia procedant de revelatione passiva, constat: si enim prescindas

à signis externis, quæ humanum intellectum ducant in cognitionem rei revelatæ, nil est, quod sit Dei verbum, et testimonium, aptum ad notificandum hominibus, id quod Deus vult testificari: nam fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi: ad Rom., c. 10.

Ratio autem est manifesta: nam scire modum loquendi et velle loqui, non est loqui, non est testificari; sed seorsim à locutione passiva, et externa, solùm restant sciencia dirigens ad loquendum, et volitio loquendi: ergo, seorsim à revelatione passiva non stat Dei locutio, et testificatio: ergo.

85. Probatur conclusio à ratione: nam essentialis tendentia assensus fidei est, credere rem, quia Deus dicit: ergo dictio, revelatio, seu testimonium non est mera conditio, aut applicatio, sed est necessarium obiectum formale fidei. Ratio consequentiæ: quia mera conditio, vel applicatio ad assentiendum, non attingitur per assensum; dictio autem Dei attingitur per assensum, cujus essentialis tendentia est ista: credo hoc, quia Deus dicit.

Antecedens probatur: Si essentialis tendentia assensus fidei non sit credere rem, quia Deus dicit, erit ista: credo hoc, quia Deus dixit illud: aut: credo hoc, quia Deus est summae authoritatis. Praeterea dici potest: erat. Probatur minor quoad 2.^am partem: Dei authoritas, quatenus quae est quid necessarium, non connectitur cum veritate mysteriorum contingentium: ergo non est determinativum se ipso sufficiens ad assensum fidei iis mysterijs praestandum: ergo essentialis tendentia assensus fidei nequit esse illa: credo hoc, quia Deus est summae authoritatis. Probatur eadem minor quoad 1.^am partem: certum, et evidens est, Deum scire, totum esse majus sua parte; et tamen non possum credere fide divina hoc ipsum: ergo tendentia essentialis actus fidei haec esse non potest: Credo hoc, quia Deus scit illud. 16.

Explicatur, et confirmatur a priori probatio facta: motivum fidei est quia Deus interponit suam authoritatem ut credamus; hoc quod est Deum interponere suam

authoritatem, dicit constitutivè revelationem passivam: ab hàc enim si praescindas, intelliges quidem authoritatem Dei, sed non intelliges, esse interpositam: ergo revelatio ingreditur constitutivè motivum fidei. Probatur maior: motivum fidei est Dei authoritas applicata obiecto materiali: inapplicata namque movere non potest ad assensum fidei exhibendum obiecto materiali; sed Dei authoritatem esse applicatam, est formalissimè à Deo esse interpositam: ergo.

87 Respondebis. Authoritas divina, et sciencia Dei, non proponuntur sufficienter in ordine ad assensum absolutum, nisi per revelationem passivam. Ratio: nam authoritas divina seipsa verificat propositionem istam conditionalem: Si Deus revelat aliquid, illud est verum: ergo revelatio est conditio, sine qua non, ut divina authoritas moveat actum ad assensum obiectum fidei. Hinc quamvis eo[illegible] à revelatione appareat actus divinę Sciencię, non est locus actui

fidei,

quia deest revelatio, quae est conditio simpliciter requisita ad fidei assensum. Confirmatur. 1°: in hoc actu, si Deus revelat aliquid, illud est verum quod asseritur per particulam conditionalem est conditio ad credendum; sed per eam particulam asseritur revelatio passiva: ergo. 2°: sicut non possum fide credere, quin obiectum sit propositum revelatione divina, ita neque possum amare, quin obiecti bonitas cognitione proponatur; sed ~~tamen~~ cognitio tamen bonitatis est conditio sine qua non, ad amorem: ergo.

88 Impugnatur responsio. Revelatio aut requiritur tamquam applicatio divinae authoritatis mysterio credendo; aut requiritur tanquam conditio, ut nobis innotescat, authoritatem esse applicatam mysterio? Si 1ᵘˢ: revelatio non est mera conditio ad credendum, sed formale motivum: Constituit ~~enim~~ enim connexionem absolutam cum mysterii veritate:

D. 6. C. A. 1.

Et cõnexio absoluta est motivum determinativum ad assensum absolutum. Si 2.: ergo revelatio præsupponit divinæ authoritatis applicationem ad mysterium: nempe per actum divinæ scientiæ. Sed de hac applicatione nobis aliunde constat, independenter à revelatione; et eatenus revelatio erit conditio simpliciter requisita ad credendum, quatenus sine ipsa nobis non posset innotescere aplicata divinæ authoritatis ad rem credendam: ergo revelatio non est conditio simpliciter requisita ad credendum. Si dicas, necessariam esse revelationem, ut authoritas, et hujus applicatio rei credendæ, appareat per revelationem; argumentum non solves: nam ideo requiritur, quod sic per revelationem appareat divina authoritas quia tendentiæ istæ sunt insufficientes ad actum fidei: Credo hoc, quia Deus est summæ authoritatis; et: credo hoc, quia scitum à Deo. Ergo essentialis tendentia fidei est ista: Credo hoc, quia Deus dicit.

Scitum

56

sed cujus tendentiæ motivum, et objectum forma-
le includit constitutive revelationem passivam: ergo. 89

Ad 1.am confirmationem
responsionis: non semper particula conditionalis affert
meram conditionem; ut videre est in hac propositione:
Si Intellectus habeat lumen gloriæ, poterit Deum
videre: non itaque infertur, revelationem esse meram
conditionem ad Credendum, ex eo, quod per particu-
lam conditionalem afferatur aliquid, quod non sit
mera conditio; ut cernitur in hac propositione: ignis
combussit, quia applicatus: ergo malè infertur, reve-
lationem non esse meram conditionem, ex veritate
hujus causalis: Credo hoc, quia Deus dixit. Decurro,
et detego æquivocationem: Ex assignata causali
non infertur, revelationem esse motivum fidei; veræ
enim sunt istæ causales, in quibus per particulam
causalem, nichil affertur, quod sit motivum cre-
dendi: credo, quia sum rationalis; credo, quia michi
annunciantur veritates credendæ; credo, quia
Deus michi auxiliatur, ut credam. At revela

tionem

in dla pro-
positione
Si Deus di-
cit, ita est
Inferioris. nec
semper per
particulam
causalem
affertur
enim

D. 1., C. 1. –

esse motivum fidei ex hoc infertur, quod essentialis tendentia fidei sit ista: credo hoc, quia Deus dicit; quod enim est mera conditio, aut applicatio ad assensum, non attingitur per assensum: sicuti quod est mera conditio, aut applicatio ad amorem, non attingitur per amorem.

Ad 2.am responsionis confirmationem: ideo cognitio bonitatis est mera conditio ad amorem, quia si proponi bonitas posset per aliam formam, adhuc posset voluntas amare; cum autem per formam distinctam à revelatione proponatur intellectui Dei authoritas, et actus divinæ scientiæ circa obiectum, quin intellectus possit credere fide stricta: consequens est, ut revelatio non sit mera conditio ad assensum fidei strictæ. Rursus: sic requiritur indispensabiliter cognitio ad amandum, ut cognitio bonitatem proponens non terminet essentialem tendentiam amoris: et ideo cognitio est mera conditio ad amorem; et contrarie, revelatio sic requiritur indispensabiliter ad fidem, ut terminet

essentialem tendentiam fidei: non itaque revelatio est mera conditio ad assensum fidei.

31. Consectarium. Dei revelatio passiva, sive externa locutio, et consequenter motivum fidei, non seorsim, sed simul cum revelatione activa, sive interna locutione. Sic communiter doctores, qui tenent revelationem esse fidei obiectum formale exceptis paucis quos inter Pater Hurtado. [struck out] Ratio nostrae doctrinae nam est, ratione cuius revelatio passiva, et rationalis locutio Dei constituit fidei motivum; sed revelatio passiva et rationalis locutio Dei eius revelationis ... Maior supponitur; et probatur minor: praecisim a volitione loquendi, et a cognitione dirigente locutionem revelatio passiva non est locutio rationalis; sed ex sui modi volitio locutionem imperans, et cognitio dirigens, sunt revelatio activa: ergo hac praecisa, revelatio non est locutio rationalis; sed unice exit materialis exhibitio signorum externorum. Sicut locutio rationalis in esse talis locutionis reduplicat hunc voluntatis actum: volo, ut omnes homines sciant, Deum esse incarnatum

Iste autem actus dirigitur à cognitione proponente sona externa, quibus homines duci possint in cognitionem obiecti, et in conceptum mentalem dei tali obiecto. Quod vero in Deo sit conceptus mentalis significatus, et quod ille conceptus sit essentialiter verus; hoc ad summam Dei authoritatem pertinet.

32\. Dices. revelatio activa nobis innotescit per revelationem passivam: ergo sola passiva revelatio, et non activa est obiectum formale fidei; maximè cùm nemo credat alteri, quia scit modum loquendi, et vult loqui: sed quia loquitur, et testatur. – Concesso antecedente, nego consequentiam: revelatio passiva indicativè praeponit revelationem activam; et sicut revelatio passiva est constitutivum locutionis rationalis, sic revelatio activa. At credimus Deo propter ipsius testimonium rationale; et illa eadem credibilitatis argumenta, quae suadent, revelationem externam esse locutionem Dei, suadent, esse inseparatam à revelatione activa. Hinc

quamvis revelatio activa appareat indicative media revelatione passiva; nihilominus est ratio immediate creditum; sicut quamvis revelatio passiva appareat indicative per humanam enunciationem, nihilominus ipsa creditur immediate. Ratio consequentis negare adjuncta non urget: nam nemo alteri credit, quia materialiter [illegible] signa externa; sed quia ut rationalis sequitur, et attestatur: ad quod omnino requiruntur constitutive tum signa externa, tum interni intellectus, et voluntatis actus. 93.

Instabis. Si cum revelatione externa sit objectum motivum fidei revelatio interna, jam ista revelatio adequate accepta sufficit ad credendum: ergo Dei authoritas non est necessario objectum formale fidei; quod tamen ex antedictis est negandum. Probatur sequella: nam jam revelatio est essentialiter connexa cum rei credendae veritate: constituta [illegible] enim per Dei scientiam de mysterio; haec autem scientia conectitur

D.1, C.V.2 ad 5

essentialiter cum veritate mysterii. — Nego sequelam. Ad probationem nego, revelationem adequate sumptam, precisim ab authoritate esse conexam cum veritate rei credendę: neque enim constituitur per scientiam, quam Deus habet de mysterio; sed per cognitionem, qua scit, hęc signa externa esse apta, ut homines ducantur in cognitionem mysterii, et judicent, in Deo esse scientiam de mysterio representatam indicative per signa externa. Huiusmodi cognitio ex se non conectitur, cum veritate rei credendę: similem namque cognitionem habet Deus circa signa, quibus representari poterit quaternitas Personarum. Sed demus, locutionem Dei constitui per scientiam de mysterio; nego adhuc, quod revelatio prout condistincta ab authoritate, sufficiat ad assensum fidei. Ratio: nam actus scientię divinę formaliter infallibilis est authoritas in actu 2°, sive est actus secundus authoritatis; sicut decretum loquendi est etiam authoritas in actu 2° sive

actus 2.^que authoritatis: quia nempe ejusmodi sciencia, et decretum sunt Sapientia, et veracitas Dei in actu 2.^o Ergo semper fiat, quod Dei authoritas necessario constituat obiectum formale fidei.

Notandum: ad plenitudinem obsequii, quod Deo per fidem credimus est motivum necessarium authoritas in actu 1.^o Ratio: nam plenitudo obsequii Deo prestiti per fidem hoc postulat ut credamus Deo, non solum quia habet infallibilem scienciam, et decretum infallibiliter conforme tali sciencie; sed quia ~~[illegible]~~ determinatus essentialiter est ad habendam infallibilem scienciam, et ~~[illegible]~~ pariter determinatus essentialiter est ad non concipiendum revelandi decretum, quod non sit infallibiliter conforme sciencie quam habet. Atqui ejusmodi essentiales determinationes sunt Dei authoritas in actu 1.^o ergo etc.

Sectio 7.^a

Argumentis Respondetur 391

Arguitur 1.^o Fides est virtus Theologica: ergo.

neque habere pro objecto formali inadequato reve-
lationem passivam, quæ est quid creatum. Confirma-
tur 1°. si revelatio passiva esset objectum formale fidei, (assensus)
essent diversæ speciei, pro varietate physica revelatio- (fidei)
num; sed omnes assensus fidei, sunt ejusdem speciei:
ergo. 2°: revelatio est extrinseca objecto, et esse revelatum
est ens rationis; sed hoc ipso non potest esse objectum
formale fidei: ergo. 3°: sicut in physicis, sic in intentiona- (in)
libus causa inadequata debet continere inadequa-
tè effectum; sed revelatio passiva, quippe quæ est mi-
nimæ perfectionis, non ~~continet~~ inadequatè assensum (continet)
fidei, qui est valdè perfectus: ergo revelatio passiva
non potest esse inadequata intentionalis causa assen-
sus fidei: ergo.

D. S. Respondetur, concesso antecedente,
negando consequentiam: falsò ~~unde~~ supponitur, (enim)
de ratione virtutis theologicæ esse, quod illius ob-
jectum sit adequatè divinum. Spes est virtus
theologica:

Et ~~quia~~ tamen prout est amor concupiscentiæ habet pro ob-
iecto formali inadæquato aliquid creatum: nem-
pè possessionem Dei. De discrimine virtutis theologicæ
à non theologica, dicemus suo loco; modo anticipasse
sufficiat, virtutem theologicam esse, quæ directè, et
immediatè attingit aliquid divinum, ut obiectum
formale, et non purè ut subiectum cui. Ideo religio
est virtus moralis: quia solum indirectè respicit Deum,
ut subiectum, cui vult cultum exhibere. Ideo fides est
virtus theologica: quia directè respicit Dei authorita-
tem, ut obiectum formale; quia nempè eamdem
denominationem crediti, (diverso modo) quam fidei
actus tribuit obiecto materiali propter authoritatem,
tribuit authoritati propter seipsam. Sic charitas
et amat Deo bona extrinseca propter Deum, et Deum
amat propter se; Sic etiam Spes desiderat multa propter
Deum obtinendum, et Deum obtinendum propter se.// 96

Ad 1.am confirmationem:
diversitas revelationum tota est materialis, aut
ex parte signorum, per quæ Deus loquitur, aut ex par-

te

D. 1., C. 1. –

rerum, quas loquitur: multiplicatur est formalis veritas. Ratio: quia motivum credendi non est, quia Deus per hæc determinata loquitur, aut quia hoc determinatum objectum manifestat; sed quia Deus loquitur: et hoc motivum est idem; quantumcunque revelationes sint specifice physice diversæ. Ad 1.um adhuc ... probatur, assensus fidei esse in specie physica diversos, non tamen in specie morali; in quo absurdum non est: sicut non est absurdum, quod actus charitatis, quibus Deum amo, quia est bonus, et quia est misericors, non differant specie morali, et differant specie physica propter diversum modum tendendi in Deum. Ad 2.um sanitas propter quam amo medicinam, est huic extrinseca: non itaque revelatio desinit esse objectum formale fidei, quia est extrinseca objecto credendo. Objectum autem revelationum est ens rationis non fictum: est enim revelatio, quæ realiter existit, et intentionaliter perseverat; et sic potest movere ad fidem Divinam, sicut præteritum testimonium hominis movere potest ad fidem humanam. Ad 3.um revelatio passiva

enim

existit

quamvis imperfectæ entitatis, continet in linea in-
tentionali motiva, continentia inadequata per-
fectionum fidei: iste unde debet esse ex antece-
dente tenere absolute cum objectiva veritate rei
credendæ prout dictæ à Deo: quod quidem antece-
dens constituetur inadequate per revelationem
passivam. Arguitur 2°. Objectum formale 37.
fidei est illud, cujus attingentia discernit cre-
dentem à non credente, fidelem ab infideli; sed
revelatio passiva non est id, cujus attingentia discer-
nit: ergo. Probatur minor: nam attingentia reve-
lationis passivæ, et communis credenti, et non credenti:
id enim quod unum ab altero discernit, est quod fide-
lis credit, signa externa esse locutionem Dei, et in-
fidelis hoc non credit: ergo. Confirmatur 1°: quod est
indifferens ad falsitatem, et veritatem non potest
esse motivum fidei; sed revelatio passiva illam
indifferentiam habet: ergo. 2°. Prophetæ, quæ ipsis re-
velabantur, credebant fide; sed non propter revelatio-
nem:

D.1, C.4.

e xos Probatur minor: nam modus, quo Deus cum Prophetis loquebatur, erat, infundendo ipsis judicium de obiecto; sed illud judicium non se habebat pro motivo, nec habebat pro motivo aliam revelationem: ergo.

98. Respondetur, concessa maiore, negando minorem. Ad probationem distinguo antecedens: illud concedo, de attingentia revelationis passivae seorsim ab attingentia revelationis activae; illud quae, nego de attingentia una coniunctim cum altera. Probatio antecedentis non urgetur: nam revelatio activa seorsim a passiva non est locutio Dei: igitur fidelis discernitur ab infideli, quia judicat, signa externa esse locutionem Dei, sequitur, quod attingentia discretiva reduplicat constitutive attingentiam revelationis passivae. Quod si cogites attingentiam revelationis activae seorsim ab attingentia revelationis activae, invenies discretivum, sed non discretivum fidei. Ratio: quia discretivum fidei est formaliter assensus divinae locutioni //

et rei credendæ propter divinam locutionem, et præcisim ab attingentia revelationis passivæ, non stat assensus divinæ locutioni, et rei credendæ propter divinam locutionem: præcisim enim a revelatione passiva non stat Dei locutio: ergo. Ad 1.am Confirmationem: revelatio passiva est indigitans ad veritatem et falsitatem, ideoque nequit esse se sola adequatum motivum fidei: est tamen inadequatum, quoniam simul cum authoritate conectitur essentialiter cum objectiva veritate rei credendæ, et est constitutivum hujus conceptus objectivi: Deus dicit, sive attestatur. Ad 2.am judicium de objecto in spiritum Prophetæ, non est assensus fidei, sed cognitio prophetica: neque enim motivum assentiendi objecto est authoritas Dei revelantis, sed inexistentia objecti veritatis a Deo revelata. Credebant fide Prophetæ, quæ ipsis revelabantur: quia cum ipsis Deus concedebat bona instrumentalia ad cognoscendum, et simul supernum lumen, ut cognoscerent,

D. 1, C. 1.

ejusmodi pona esse locutionem Dei, tunc assensus exhibitus rei revelatae propter divinam locutionem erat assensus fidei. 2º cum Deus inducebat judicium de objecto, quod judicium est signum formale objecti, passiva Dei locutio indistincta ab auditione hominis; tunc assensus reflectens supra illud judicium prius acceptatum et propter ipsum, tamquam propter divinam locutionem, credens rem prius revelatam, erat assensus fidei.

acceptatum

400

Arguitur 3º. Sola Dei authoritas est motivum ad hunc assensum: quidquid Deus revelat est verum: ergo sola authoritas est motivum ad assentiendum omni veritati contentae sub assignata universali: ergo detecto per revelationem, tamquam per conditionem, quod Incarnatio continetur sub illa universali sola authoritas sufficit ad credendam Incarnationem, ac proinde revelatio non est objectum formale fidei. Confirmatur exemplo: motivum sufficiens ad hunc fidei assensum, omnis homo est redemptus, sufficit ad hunc alium, Petrus est redemptus

universali

et solutione sequitur conditio, quod praedicatum Petrus esse hominem: ergo similiter in repraesenti. 1.1.

Respondetur

distinguendo antecedens: sola Dei authoritas est motivum ad assensum illum quidquid Deus revelat est verum, conditionate sumptum, concedo; sumptum in sensu absoluto, nego antecedens. Dei authoritas est quid necessarium, et connexum cum ista conditionali necessaria: si Deus revelet, quidquid sit illud, verum est; at ista veritas absoluta, quidquid Deus revelat, verum est, est contingens, cum supponat, Deum revelare; et hoc contingens est. Antecedens autem, sicut est sufficiens ad assensum illius, cum quo connectitur, ita est motivum se solo non sufficiens ad assensum illius, cum quo non connectitur. Igitur motivum ad assensum illum in sensu absoluto acceptum, quidquid Deus revelat, est verum, non est sola Dei authoritas, sed simul est Dei revelatio. Distinguo similiter consequens:

universali, ergo authoritas est motivum ad assentiendum omni veritati contentæ sub designata ~~[illegible]~~ eo modo, quo universalis accipitur, concedo; eo modo, quo non accipitur ex vi solius authoritatis, nego consequentiam. Itaque convincitur, quod sola authoritas sufficit ad hunc assensum conditionatum: Si Deus revelat Incarnationem, Incarnatio vera est; non autem, quod sufficiat ad istum assensum absolutum: Verbum incarnatum est. Nego 2.am consequentiam, et sequelam subsillatam: nam taliter detegitur per revelationem Incarnationis, ut præcisum à revelatione non connectitur divina authoritas prout interponens attestationem cum existentia absoluta Incarnationis. Sed authoritas non connexa absolutè cum veritate sibi credenda, non est sufficiens ad assensum absolutum; et si non sit connexa prout testificans, non est sufficiens ad assensum, qui sit fidei: ergo &c.a

102 Ad confirmationem, concesso antecedenti, nego consequentiam

Disparitas est: in illa propositione universali, omnis homo est redemptus, includitur immediate Petrus; quapropter motivum assentiendi universali illi propositioni est motivum assentiendi singulari huic: Petrus est redemptus; et unice requiritur ut conditio, quod praesciatur, Petrum esse hominem. At in ista propositione conditionata, si Deus revelat, quidquid sit illud, verum est, non continetur ista absoluta: Deus revelat Incarnationem; ac proinde motivum assentiendi propositioni illi conditionatae non est sufficiens ad assensum absolutum de Incarnationis existentia.

Arguitur 4°. Authoritas Dei, et revelatio aliquid sub conditione enuncians, non connectitur absolute cum termino in statu absoluto; et tunc purificata conditione (de ejus purificatione constet evidenter) sunt motivum ad assensum fidei de termino in statu absoluto: ergo similiter quamvis authoritas, et sola non connectatur absolute cum veritate rei credendae, sed solum conditionate

D. 1, C. 1, 5

nichilominus purificata conditione per revelatio-
nis assensum erit sufficiens motivum ad credendum

Confirmatur 1º ratione à priori: id est motivum
fidei, ex quo in assensum derivatur infallibilitas;
sed solis ex divina authoritate derivatur in assen-
sum infallibilitas: est enim id, à quo vel ipsa revela-
tio est certa, et infallibilis: ergo. 2º à paritate: pro-
mulgatio legis non est motivum obedientiæ, sed lex
ipsa: ergo neque revelatio est fidei motivum.

Ratio consequentiæ, et paritatis: nam sicut pu-
blicatio legis est ejus applicatio ad materiam
obedientiæ, sic revelatio applicatio objectiva
divinæ authoritatis ad objectum credibile: ergo.

102. Respondetur

confessa majore, negando minorem de motivo su-
fficiente, et adequato. Quæro ab Adversariis:
num possim credere, quod Deus non revelat?

Negant: cum ipsi dicant, revelationem esse con-
ditionem indispensabiliter requisitam ad fidem.
At in casu adducto, fide credo absolutam termini exis-

tentiam,

hoc enim supponit argumentum; et ego transmitto: ergo datur tunc Dei locutio revelans absolutam termini existentiam: de qua revelatione ipsi dicunt, esse conditionem; nos autem, esse partiale motivum. Dicendum itaque est, conditionem purificatam esse partem locutionis, qua Deus tunc revelat statum rei absolutum: voluntas namque, qua Deus conditionate ex parte objecti revelat, assumit conditionem tamquam medium, ex quo, et ex revelatione passiva conditionata, consurgit integrum antecedens, sicut integrum signum, quod instrumentaliter ducit intellectum ad assentiendum absolutè existentiæ rei revelatæ.

105

Ad 1.am confirmationem potest negari antecedens: probabilissimè enim docent multi cum Acutissimo Vazquez, promulgationem esse constitutivum legis: quia lex est volitio Superioris humano modo ad Subditos directa; quod non intelligitur, non intellecta legis publicatione: ergo si motivum obedientiæ sit lex, motivum obedientiæ est legis publicatio. Ut directam teneas, notam, hoc concretum, promulgatio legis, non sumitur

prout distinguens promulgationem à lege; sicut ac-
cipitur istud: visio albedinis. Accipitur itaque prout
non distinguens (nimirum adequatè) promulgationem
contractus
à lege; sicut accipitur hæc locutio: Verba, quibus
sunt signa contractus: cum tamen contractus non distin-
guatur adequatè à verbis, quibus externè celebratur.
Si stamus datæ solutioni, paritas est pro nobis. Sed,
omisso antecedente, nego consequentiam: nam obedientiæ
motivum est honestas conformandi operationem cum
lege; extra quam honestatem est legis publicatio. At
motivum fidei est hoc, quia Deus dicit: et hujus con-
ceptus objectivi est pars constitutiva revelatio, non
consequenti minus, atque Dei authoritas. Ad probatio-
nem, concesso antecedente, nego consequentiam: neq.
enim opponuntur ratio applicationis objectivæ, et mo-
tivi conceptus; ut constat his exemplis. Applicatio ignis
ad passum est, ut ignis comburat; nihilominus est moti-
vum formale, ut asseram, ignem comburere. Unio
albedinis ad subjectum est applicatio albedinis, ut subjectum
tamen sit album; et tamen est motivum formale, ut asseram,

subjectum esse album. Concluditur, quod licet revelatio sit conditio objectiva, qua Dei authoritas applicatur objecto credibili, est nihilominus partiale motivum ad fidem de objecto revelato.

106
Ad 2.am Confirmationem, concessa maiore, nego minorem: derivatur infallibilitas ex principio infallibiliter conexo cum veritate rei revelatæ; quod principium est complexum ex authoritate Dei, et ejus testimonio. Ad probationem adjunctam minori dicendum: E[illegible] a authoritate tanquam ex principio reddatur certa, et infallibilis ipsa revelatio, sed esse formaliter certam, et infallibiliter habet partialiter a se ipsa. Ratio est eadem: nam est formaliter certa, et infallibilis a conexione cum veritate objectiva rei revelatæ; ejusmodi autem conexio in complexo ex authoritate, et revelatione consistit. Si recurras ad actum divinæ scientiæ, qui conectitur cum veritate rei credendæ; occurram sic: nam motivum fidei non est quæcumque conexio cum

objecto; sed connexio in hoc consistit, quod Deus loquatur, et attestetur. Similiter praecluditur recursus ad revelationem activam: quod enim Deus sciat modum loquendi, et velit loqui, non est, quod Deus loquatur, et attestetur. Sed ista connexio reduplicat constitutivè passivam revelationem: ergo &c.

enim

Arguitur 5°.

enim 107.

Fide credimus, Deum existere: iste enim est fidei articulus; sed hoc non credimus propter revelationem: ergo aliquid fide credimus, et non propter revelationem: ergo revelatio non est necessario objectum formale fidei. Probatur minor: tum quia stultum est, credere aliquem existere, quia ipse dixit, se existere; cum prius credatur, ipsum existere, quam ipsum dicere: tum etiam quia evidentius cognoscitur, aliquem existere, quam loqui; ac proinde antequàm existentia Dei credatur propter revelationem, independenter à revelatione jam est credita. Urgetur: authoritas Dei creditur per fidem; sed non propter revelationem

qua testetur, se habere authoritatem: nil ~~enim~~ enim 67
potest credi propter revelationem, nisi prout con-
junctam cum authoritate: cum seorsim sumpta sit
indifferens ad falsitatem, et veritatem: ergo. 108.

Respondetur
ad nia maiore, cum adjuncta probatione, negando
minorem. Cujus probationis id conveniant,
quod primus assensus exhibitus existentiæ Dei, non
possit esse propter revelationem, ac proinde quod non
possit existentia Dei per evidentiam; aut per cognitio-
nem internam, et obscuram: ad quam immediatum Deus
concurrat lumine superno detegente illam veritatem a.
in se ipsa. Post hunc primum assensum locus est fidei,
quâ credatur Dei existentia propter divinum testimo-
nium. Ratio: quia authoritas Dei, cujus existentia
jam præsupponitur credita, simul cum Dei testimonio,
sunt novum, distinctumque motivum ad Creden-
dum iterum existentiam; quo motivo præsupposito

D.I., C.V.

Ex parte intellectus, adest motivum honestissimum ex parte voluntatis ad imperandum assensum: laudabilissimum namque est, credere Deo dicenti propterhoc ipsum, quia Deus dicit. Atqui Deus affirmat, enim suam ipsius existentiam; illius voces in Scripturis hae sunt: "Vivo ego, dicit Dominus; Ego sum, qui sum; Ego sum Deus vester: ergo. Quod si Deus non revelat suam existentiam, sequitur: ergo non creditur fide; vel ad fidem non est conditio simpliciter requisita revelatio. Hoc negatur ab Adversariis; illud prius destruit suppositum argumenti, quod ab ipsis objicitur: ergo

Ad Urgentiam, concessa maiore, nego minorem; cujus probatio non urget. Ratio: nam praecognita authoritate Dei per cognitionem evidentem, aut per certam, quamvis obscuram, eadem deinceps authoritas, et testimonium Dei de sua ipsius authoritate, constituunt novum motivum

sufficiens ex parte intellectus ad iterandum assensum, et ex parte voluntatis est rationale motivum ad ejusmodi assensum imperandum. Igitur primus assensus quo creditur divina authoritas, non est fidei; secundus autem assensus potest esse fidei: sed iste erit ex revelatione tamquam ex motivo. Quod Deus revelaverit suam authoritatem, constat ex multis Scripturæ locis;
n. ut Joann. c. 14: Ego sum Via, Veritas, et Vita; et
n. Apoc. c. 10: Qui dicitur Fidelis, et Verax. Solutiones datæ argumento, et urgentiis habent contra se molestas instantias; ex quibus non tam convincitur, existentiam, et authoritatem Dei posse fidei credi independenter à revelatione tamquam à motivo, quàm non posse stricta fide credi, aut assensu puræ fidei. Sed de his opportuno loco sermo recurret. sed

Sectio 8.a

Modus, quo creditur objectum formale divinæ fidei

11. Et objectum formale fidei movere possit hic, et nunc ad credendum, debere illud precognosci, certissimum est; et hinc oritur questio hec dificillima: quenam cognitio ad ejusmodi motionem requiratur? Fidei assensum, quo objectum materiale creditur propter formale esse causalem, constat: movetur namque intellectus ab objecto formali, cui assentitur, ad exibendum assensum objecto materiali; quemadmodum voluntas à fine, quem amat, movetur ad amandum media. Dicitur in omni actu fidei unus reperitur assensus, interveniente virtuali, aut formali distinctione: unus quo ex motivo objecti formalis creditur objectum materiale; duo, quibus creduntur Dei authoritas, et revelatio: ex Dei namque authoritate, et revelatione objectum formale fidei constitutivè consurgit. Tertius: actus fidei, exhibitus objecto materiali propter formale, exponitur hoc silogismo, ad cujus correspondentiam ipse fidei actus consuevit appellari discursus virtualis.

D.1., C.1.–
69

Quidquid Deus dicit, verum est; sed dicit, Verbum esse incarnatum: verum est. In consequenti est fidei assensus exhibitus Incarnationi, ut objecto materiali; cujus quidem assensus alliud non est motivum, nisi premissæ objectivæ; sed hic opus, hic labor: quodnam est motivum assentiendi iis premissis objectivis; et quo cognosci debet modo, iis premissis objectivis prestetur assensus?

× ergo: Verbum esse incarnatum,

111 × ut

Conclusio V.ª

Ultimum motivum assentiendi divinæ authoritati non est ipsa divina authoritas prout revelata à Deo. Sententiam contrariam ~~defendunt~~ non pauci, quos ducit Suarius, d. 3, sect. 4. Probatur doctrina nostra: nam Dei testimonium de suâ ipsius authoritate nequit esse motivum ultimum, neque adequatum, neque inadequatum ad assentiendum divinæ authoritati: ergo ultimum motivum assensus exhibiti divinæ authoritati, non potest esse ipsa divina authoritas prout revelata à Deo. Consequentia constat: nam omne motivum debet esse vel adequatum, vel in adequatum. Probatur V.ª antecedentis pars: testimonium Dei dicendum se, ut

× defendunt

D.V., C.V.

ut condistinctum ab authoritate, non connectitur cum veritate objecti revelati: et hoc objectum est ipsa authoritas; sed quod non connectitur cum veritate objecti revelati, nequit esse motivum adequatum ultimum assentiendi objecto revelato: ergo. Praeterea: testimonium Dei secundum se non magis connectitur cum veritate hujus objecti. Deus est prima veritas, quàm cum veritate hujus; Verbum est incarnatum; sed ad assensum hujus postremi dicti nequit esse ultimum adequatum motivum testimonium Dei secundum se sumptum: ergo. Probatur 2.ª pars ejus antecedentis: Si testimonium Dei despecta ipsius authoritate est motivum ultimum inadequatum ad assensum divinæ authoritatis, sequitur, quod ipsa authoritas est motivum inadequatum. Jam peto: unde tibi constat divina authoritas, ut illam simul cum testimonio accipias pro motivo, cui innitatur assensus? Si dicas, constare ex divino testimonio; peto iterum: an constet ex divino testimonio tamquàm ex motivo adequato, vel tamquàm ex motivo inadequato? Dici non potest 1.um

Si dicatur 2.^{um}, instaurabitur argumentum, et ibitur in infinitum. Ergo divinum testimonium non potest esse ultimum inadequatum motivum ad assensum divinae authoritatis.

Confirmatur: Si ultimum motivum assentiendi divinae authoritati est ipsa divina authoritas prout a Deo revelata, inciditur in circulum vitiosum; et sic inexplicatus manet modus, quo objectum formale fidei movet ad credendum. Probatur assumptum: quaero, cur creditur, Deum esse primam veritatem in dicendo? Respondes: quia Deus testatur, se esse primam veritatem in dicendo. Quaero iterum: cur credis Deo testanti, se esse primam veritatem in dicendo? Respondes: quia Deus est prima veritas in dicendo. Hic est vitiosus circulus, in quo moveris ab authoritate Dei ad veritatem testimonij, cum prius motus fueris a veritate testimonij ad authoritatem Dei; et ab eodem in idem relaberis. 112

Occurris: interrogationi huic, cur creditur, Deum esse primam veritatem in dicendo? 113

D.A.C.F.

non respondetur sic: quia testatur, se esse primam veritatem in dicendo; sed hoc modo: quia Deus est prima veritas in dicendo, et testatur, se esse primam veritatem in dicendo. Hac unica responsione vitatur circulus, et in ea sistitur. Contra: nam sic respondetur per unam propositionem complexam cujus altera pars est illa propositio simplex: Deus est prima veritas in dicendo. Atqui hoc quaeritur: cur credis, Deum esse primam veritatem in dicendo? Ergo pro dubij resolutione das assertive ipsum dubium. Vitetur itaque illa responsione circulus; sed illa nichil explicatur: nam explicatur idem per idem. Rursus: cum huic propositioni, credo, Deum esse primam veritatem, quia est prima veritas, in tua responsione complexa, hanc aliam addis, et quia testatur, se esse primam veritatem, das revelationem ut motivum: ergo vel ut adequatum; vel ut inadequatum. Adequatum esse non potest; si sit inadequatum, sequitur processus in infinitum: quod utrumque constat

Ex probatione nostra: ergo. Arguitur; et admitto, Dei authoritatem credi ut revelatam: hoc est, credi assensu, cujus motivum sit ipsa Dei authoritas, et testimonium, quo Deus illam affirmat. Tunc sic: in ejusmodi actu debet dari intentionalis respectus in fallibilis authoritati assensiens; et hujus infallibilitas non potest desumi ex authoritate, ut revelata. Probatur hoc: quia eo actu credimus authoritatem revelatam propter authoritatem revelantem: ergo ibi est respectus intentionalis ad authoritatem revelantem distinctus formaliter ab respectu ad authoritatem revelatam. Sed ejusmodi respectus intentionalis ad authoritatem revelantem debet esse infallibilis: alter respectus ad authoritatem revelatam, qui est propter authoritatem revelantem, non esset infallibilis: ergo respectus ad authoritatem revelantem est infallibilis. Infallibilitas autem hujus respectus

De Virt. Theol., C.ª Q.s

D. 1. C. 1.

est infallibilem ~~respectum~~ exhibendum authoritati (x ad + assensum)

prout revelatæ: ergo infallibilitas respectus ad

authoritatem prout revelantem non desumitur

ex authoritate, ut revelata. Ergo authoritas

ut revelata non est ultimum motivum assentiendi

divinæ authoritati. Explicatur exemplo fidei

humanæ: neque ~~enim~~ (x enim) possumus credere homini di-

centi, se esse fide dignum, nisi per respectum ad ejus

authoritatem revelantem, cujus respectus probabi-

litas, aut moralis certitudo, non desumitur ex

ipsa hominis authoritate ab ipso asserta prout as-

serta: ergo similiter in re præsenti. Magni

faciendam paritatem istam a fide humana

ad divinam, constat ex dictis, n. 18.

115 Conclusio 2.a

Ultimum motivum assentiendi divinæ authorita-

ti, prout moventi, aut potenti movere ad fidei actum,

est ipsa divina authoritas ex suis terminis, rite

apprehensis, superno lumine illustrantis gratiæ.

Ita docent multi, quos inter Pater Suarez, Ripalda, et P. de Lugo, disp. 1, sect. 6. Probatur: ultimum motivum assentiendi divinæ authoritati, est illud, quod ita movet ad illum assensum, ut non indigeat alio motivo; sed ipsa divina authoritas ex suis terminis ritè apprehensis superno lumine illustrantis gratiæ est motivum assentiendi divinæ authoritati, sic movens, ut non indigeat alio motivo: ergo ultimum motivum assentiendi divinæ authoritati est ipsa divina authoritas ex suis terminis ritè apprehensis superno lumine illustrantis gratiæ. Major continet definitionem motivi ultimi ad assentiendum. Ut minorem probem, suppono, non esse quærendum extra Deum motivum ad assentiendum divinæ authoritati; alioquin ultimum motivum fidei essent creaturæ, ex quibus à posteriori cognoscitur existentia Dei. Hinc ipsa Deitas esset illud altius motivum, à quo dependeret divina authoritas in movendo ad sui ipsius assensum: in quantum exhiberi non posset assensus divinæ

P.1., C.1.

authoritati, nisi propter Deitatem, quæ est illius virtuale principium. Subsumo; et,

116 Probo minorem: authoritas divina, ut moveat ad assensum sui, non dependet à Deitate tamquam à motivo: ergo divina authoritas ex suis terminis, sive apprehensis superno lumine illustrantis gratiæ, est motivum ad assensum sui, sic movens, ut non indigeat alio motivo. Probatur minor subsumpta: eatenus dependeret à Deitate tamquam à motivo, quatenus assensus præstandus divinæ authoritati deberet esse evidens, et talis esse non potest, nisi ex Deitate movente; sed assensus præstandus divinæ authoritati non debet esse evidens: ut scilicet moveat, positivè movere ad fidei actum: ergo. Probatur minor: assensus præstandus divinæ authoritati est comunis omnibus credendi capacibus; talis non est assensus evidens: ut evidenter experimur in pueris, rusticis, et debilibus: ergo.

117 Præoccupo responsionem: in omnibus credendi capacibus non

non est evidens cognitio de existentia Dei: facilius
~~unde~~ experimento aliquo convinces quàm à pueris, rusticis, enim
et hebetibus ejusmodi cognitionem evidentem ob-
tineas; quamvis iis proponas demonstrationes,
quibus convincitur Dei existentia. Et ~~tu~~ assen- tamen
sus de existentia Dei est prorsus necessarius ad
actum fidei: nam hic actus, Credo Incarnatio-
nem, quia Deus revelat ipsam, implicitè affirmat
Dei existentiam; ideoque si Deus non existeret, ille ac-
tus laboraret falsitate suppositi: sicut eodem vitio
laboraret, si non existeret revelatio. Nunc sic:
quo lumine apparet Dei existentia, ut ipsi immediatè
exhibeatur assensus obscurius sufficiens ad actum
fidei? Non profectò lumine alio, nisi superno.
Atqui divina authoritas potest superno apparere
lumine, quin appareat Deitas ut motivum
assentiendi divinae authoritati: ergo potest immedia-
tè exhiberi divinae authoritati assensus obscurus
sufficiens ad actum fidei, qui assensus non depen-
deat à Deitate tamquàm à motivo: quod est

authoritatem divinam esse ultimum motivum assensus, qui ipsi exhibetur. Minor constabit si notentur diligenter istæ propositiones et ipsarum differentia. 1ª Deus, quia est Deus, est prima veritas. 2ª Deus est prima veritas. Lumen supernum potest utranque propositionem illuminare. Per illuminationem primæ, intelectus duabus rebus assentitur; judicat enim, et Deum esse primam veritatem, et Deitatem esse radicem authoritatis; et modus judicandi est virtualiter discursivus: et sic Deitas est motivum assentiendi authoritati. Per illuminationem secundæ propositionis, intelectus uni tantùm rei assentitur; id namque tantùm judicat, Deum esse primam veritatem: et sic authoritati propter se ipsam, et immediate exhibetur assensus independens à Deitate tamquam à motivo. Subsumo: sed potest Deus superno lumine illuminare hanc propositionem, Deus est prima veritas, ~~quin istam aliam illuminare hanc propositionem, Deus est prima veritas~~, quin istam aliam illuminet, Deus, quia est Deus, est prima veritas: ergo.

5. Superest, ut probemus, divinam authoritatem debere apparere superno lumine illustrantis gratię, ut ipsi exhibeatur assensus, ratione cujus moveat, aut movere possit, ad fidei actum. Probatur sic: assensus praestitus divinę authoritati, ut hęc moveat ad actum fidei circa objectum revelatum, non potest esse naturalis, etiamsi evidentissimus supponatur. Ratio propositionis: nam certitudo assensus exhibiti objecto materiali non potest superare certitudinem assensus exhibiti objecto formali; sed fidei assensus exhibitus objecto revelato superat certitudinem cujuscumque assensus naturalis, quantumcumque iste sit evidens: ergo assensus exhibitus divinę authoritati, ut hęc moveat ad actum fidei circa objectum revelatum, non potest esse naturalis, quamvis evidentissimus supponatur. Maior constat; et minor habet pro se comunem Ss.^m^ Patrum

» sensum docentium, fidem dici non posse, nisi cum
» circa ea, quę non videntur, certitudinem quis
» habuerit amplius, quam circa ea

D.1. C.1.

" que videntur: ut loquitur D. Chrysostomus, citatus nostro n. 12.

113. Ex propositione stabilita infertur: ergo assensus prestitus divine authoritati, ut hec moveat ad actum fidei circa mysterium revelatum, est supernaturalis. Atqui assensus supernaturalis non resolvitur in terminos objectivos ut naturali lumine aprehensos: ergo assensus prestitus divine authoritati, ut hec moveat, aut movere possit ad actum fidei circa mysterium revelatum, resolvitur in terminos objectivos ut rite aprehensos superno lumine illustrantis gratie. Probatur minor: nam tota vis suasiva que est in aprehensionibus naturalibus, est ad assensum consimilem naturalem, quapropter movere nequeunt intellectum ad assensum supernaturalem: ergo assensus supernaturalis non resolvitur in terminos objectivos ut aprehensos lumine naturali; aliter, naturales aprehensiones haberent vim suasivam ad assensum supernaturalem.

Igitur supernum illustrantis gratiæ lumen, quo ex suis terminis aprehenditur divina authoritas, ut ipsi supernus assensus exhibeatur, consistit in aprehensionibus supernaturalibus proponentibus suasivè conexionem, seu connexionem horum terminorum: Deus; prima veritas in dicendo. 120

Conclusio 3.ª

Ultimum motivum assentiendi existentiæ revelationis divinæ nec sunt argumenta prudentis credibilitatis, nec est authoritas Ecclesiæ. Pars 1.ª est contra Scotum, et Gabrielem, quibus ex parte consentit Ripalda, disp. 1.ª, sect. 3.ª Pars 2.ª est contra Medina, et Bañez, quibus adherent sub nova ejusdem sententiæ explicatione, C. de Lugo, et Haunoldus, hic, cap. 1., controv. 5., § 5., et sequentibus. 121

Probatur 1.ª pars conclusionis: nam fides divina non nititur rationibus humanis; niteretur autem, si ultimum motivum assentiendi existentiæ revelationis divinæ essent argumenta prudentis credibilitatis: ista enim argumenta ductu naturalis luminis desumuntur

D. 4, C. 1.

ex oraculis Prophetarum adimpletis; ex miraculis patratis à Christo authore, et ab Apostolis promulgatoribus legis Evangelicæ; ex Sapientia, et Sanctitate eximijs ornantibus veræ religionis Sectatores; et ex alijs similibus notis: ergo istiusmodi motiva prudentis credibilitatis non sunt motivum ultimum credendi existentiæ revelationis divinæ. Major constat ex multis Scripturæ testimonijs. Clarissimum est illud Christi Domini ad D. Petrum, Matth. 16: "Beatus es... quia caro et sanguis non revelabit tibi, "sed Pater meus, qui in cœlis est: ubi fides non revocatur in miracula à Christo facta, et ab Apostolo visa; non in authoritatem Baptistæ, cujus testimonium de Christi divinitate Apostolus audierat; non in ulla alia prudentis credibilitatis motiva: sed unicè revocatur in divinam revelationem. Adductum locum optimè expendit Mag. Cano, l. 2. de Loc. Theolog., C. 8. dignus, qui legatur. Conspirant in eumdem sensum Patres, quorum testimonia

habes apud Exim. Suarez, disp. 3. s. 4. Sufficiat
illud Augustini, tract. 40 in Joann: credimus ut
cognoscamus: non cognoscimus, ut credamus. Sed si mo-
tivum assentiendi revelationis existentiæ sint argu-
menta credibilitatis, jam cognosceremus, ut credere-
mus: ergo. 122

Accedit ratio: nam assensus præstandus
existentiæ revelationis est methaphisicè infallibilis: ergo
non potest inniti motivis non methaphisicè infallibili-
bus; sed motiva, et argumenta evidentiæ credibilitatis
non sunt methaphisicè infallibilia: ergo ejusmodi argu-
mentis non potest inniti assensus existentiæ revelatio-
nis præstandus: ergo ejusmodi argumenta non sunt
ultimum motivum assentiendi existentiæ revelatio-
nis divinæ. Discursus bonus est, si constet minor subsu-
mpta; et hæc probatur: nam ejusmodi argumenta
solùm moraliter connectuntur cum existentia reve-
lationis; ut est fere omnium Theologorum sensus. Sed
demus, complexum eorum argumentorum connecti
methaphisicè cum revelationis existentia; quod nonnullis
Theologis placet: instauratur adhuc argumentum
nostrum.

D. 1. C. 1. L.

Non est evidens, argumenta credibilitatis methaphysicè connecti cum existentia revelationis. 1º quia jam evidenter constaret de revelatione; et cum aliunde constet evidenter de summa Dei authoritate, sequitur interire libertatem, et meritum assensus, quo Deo revelanti credimus. 2º quia ad summum est moraliter certum, ea credibilitatis argumenta connecti methaphysicè cum existentia revelationis; ac proinde est locus huic reflexioni: forte non connectuntur methaphysicè: neque enim ad hanc reflexionem requiritur fundamentum grave pro inconnexione; sed sufficit defectus argumenti evidenter convincentis connexionem illam. Hinc sic: assensus existentiæ revelationis prestandus non permittit reflexionem illam: forte non existit revelatio; eam reflexionem, si niteretur argumentis prudentis credibilitatis; ob defectum enim evidentiæ de methaphysica illorum connexione cum revelatione est locus reflexioni huic: forte non connectuntur methaphysicè: ergo. Probatur 2º conclusionis pars: nam authoritas humana, et

libertatem

enim

admitteret

enim

123

fallibilis Ecclesiæ, non potest esse ultimum fidei motivum; est enim ratio humana, et non methaphisice infallibilis, aut saltem non est evidenter methaphisicè infallibilis: hinc autem probatum efficaciter est, argumenta credibilitatis non esse motivum ultimum assentiendi existentiæ revelationis divinæ. Superest, ut dicatur, tale motivum esse Ecclesiæ authoritatem divinam, et infallibilem ex assistentia Spiritus Sancti, juxta illud
" Xpti. Domini, Math. 16: portæ inferi non prævalebunt adversus eam; et juxta illud Apostoli, 1.
" ad Timoth. 3: Ecclesia Dei vivi, columna, et
" firmamentum veritatis. 129

Sed contra est: ex mysteriis fidei unum est infallibilis assistentia Spiritus Sancti promissa Ecclesiæ: quæritur jam motivum credendi ejusmodi assistentiæ. Si dicas, motivum esse revelationem divinam de assistentia: quæritur ultra quodnam sit motivum assentiendi illi specificæ revelationi? Si recurras ad testimonium Ecclesiæ,

D. 1, C. 1.

gaudentis divina, et infallibili authoritate, circulum circulum committis, et nihil explicas. Dices. Deum assistere Ecclesiæ, est veritas per se, et ex terminis nota. Contra: Si id ita est, cur Patres, et Ecclesiæ Doctores tantopere desudarunt, ut probarent, unam aliquam esse Dei Ecclesiam; et hanc aliam non esse nisi Catholicam? Occurres: at ex ijs rationibus, et argumentis habetur, illam Ecclesiam esse a Deo institutam, ac proinde esse infallibilem. Contra: ejusmodi argumenta non sunt evidentia; alioquin periret libertas, et meritum fidei: ergo permittunt hanc reflexionem: forte res aliter se habet. Sed hoc ipso non possunt esse motivum assensus, quo creditur divina, et infallibilis authoritas Ecclesiæ; ille enim assensus est infallibilis, certissimus, et non permittens similem reflexionem: ergo.

possunt

enim

Conclusio 1.a

Dico. Optimum motivum assentiendi existentiæ revelationis divinæ prout moventis, aut potentis movere ad fidei actum, est ipsa divina revelatio,

rite apprehensa superno lumine illustrantis D.1, C.1. 78
gratiæ. Hæc est communis sententia, quam
tenent Cajetanus, Cano, Valentia, Suarez,
et allij, quos citatos sequitur Montesinos,
disput. 2, sect. 3.
126 Probatur: nam diuina
reuelatio ex suis terminis, rite apprehensis superno lumi-
ne illustrantis gratiæ, sic movet ad assensum sui, ut alio
motivo non indigeat; sed hoc est, ipsam diuinam reue-
lationem eo lumine apprehensam esse ultimum mo-
tivum assentiendi existentiæ reuelationis prout no
ventis, aut potentis movere ad actum fidei: ergo
ad hujusmodi reuelationis existentiæ assensum est
ultimum motivum ipsa reuelatio eo lumine appre-
hensa. Quod reuelatio ex suis terminis rite appre-
hensa moveat ad assensum sui, suadetur: nam
omnis veritas rite apprehensa, ac proinde sufficien-
ter apparens, movet ad assensum sui; sicuti omnis
bonitas apparens, sufficienter est potens movere
voluntatem ad sui amorem. Iterum: objectum

B. 1., C. 1.

formale movet ad assensum; nil autem distinctum
adaequate à revelatione est formale objectum
assensus, qui revelationi exhibendus est, ut moveat
× enim ad actum fidei: neque ~~unica~~ objectum formale illius
assensus est, aut Ecclesiæ authoritas, aut com
plexum argumentorum prudentiæ credibilitatis:
ergo revelatio movet ad sui ipsius assensum. Hinc
quoque probatur, revelationem non indigere alio
motivo: nam quodcunque aliud assignetur erit ra-
tio humana, et non methaphisicè infallibilis; quæ
neque est necessaria, neque sufficiens ad assensum revel-
lationis prout moventis ad fidei actum: ut paulò ante
stabilitum est à ratione, et ab authoritate. Igitur
admodum, quo in scientijs datur assensus primis prin
cipijs propter ipsa ritè apprehensa; sic in fide præstatur
assensus divinæ revelationi propter ipsam ritè appre
"" hensam; nam sic se habet in fide divinum testimo-
"" nium, sicuti principium in scientijs demonstrativis:
ut docet Angelicus, q. 14. de veritat., à 8., ad 16.

D. — Restat probandum, divinam revelationem haberi 127
rite apprehensam superno lumine illustrantis gratiae,
ut assensus revelationi exhibitus conducat ad fidei
actum. Probatur: sic assensus exhibitus revelationi,
ut haec moveat ad actum fidei, non potest esse natura-
lis: aliter assensus fidei non superaret certitudinem
assensus naturalis; cum superare non possit fidei
assensus certitudinem assensus exhibiti revelationi,
quae est illius motivum. Ergo assensus praestitus
revelationi, ut haec moveat ad actum fidei, debet
esse supernaturalis. Sed ad assensum supernatura-
lem non attingit, quod revelatio apprehendatur lu-
mine naturali: nam tota vis suadendi, quae appre-
hensionibus naturalibus inest, tendit ad ejusdem
generis assensum, nempe naturalem: ergo ad assen-
sum praestitum revelationi, ut haec moveat ad ac-
tum fidei, requiruntur apprehensiones supernatu-
rales illustrantis gratiae, quibus rite veritas objec-
tiva revelationis intellectui proponatur. 128
Haec doctrina
firmissimum fundamentum habet in sacra authoritate

D.V., C.V. –

Certissimum namque dogma est ad fidei assensum
esse simpliciter necessariam auxiliantem gratiam.
» Sic Arausicanum, Can. 7, definit, haeretico
» Spiritu falli existimantem, consentire posse E-
» vangelicae praedicationi, ut expedit, absque illu-
» minatione, et inspiratione Spiritus Sancti, qui
» dat omnibus suavitatem in consentiendo, et creden-
» do veritati. Requiritur itaque ad fidei actum
inspiratio, et illuminatio. Cumque potissimum in con-
cipienda fide negotium sit, credere revelationis
divinae existentiam: nam authoritati divinae ac-
quiescat facillè intellectus; praestito autem assen-
su authoritati, et revelationi intellectus determi-
natus est ad assentiendum mysterio revelato:
inde est, quod inspiratio, et illustratio superna ad
hoc potissimum requirantur ut intellectus praestet
assensum existentiae revelationis divinae. Igitur super-
na illustratio movet intellectum ad assensum revela-
tionis, quam lumine non evidente, ac proinde non

necessitante, suadet; et supposita ejusmodi illustratione accedens superna inspiratio voluntatem suaviter movet, ut imperet assensum exhibendum ab intellectu revelationi non evidenter propositæ. Ex verbis illud
" Christi Domini, de Spir. S., Joann: ille vos docebit omnia. Cap. 14:
Spiritus Sanctus sua illustratione nos docet, credere mysteria propter divinam revelationem; et quia hoc non possum credere, nisi assentiendo existentiæ revelationis, hanc ipsam revelationis existentiam me docet sua illustratione idem Spiritus Sanctus. Totum itaque magisterium ad assensum revelationis, prout moventis ad actum fidei, tribuitur Spiritui Sancto, a quo est illustratio, qua rite apprehenditur ipsa revelatio. Audi Augustinum, tractat. 3. in Epist. 1. Joann.
" Magisteria externa adjutoria quædam sunt, et ad-
" monitiones; Cathedram autem in cœlo habet, qui
" corda docet. Audi et Basilium, homil. in Psalm.
" 115. Fides animis nostris se insinuat efficaci opera-
" tione Spiritus Sancti. Hanc illustrationem

cum adjuncta inspiratione appellant Patres, internam unctionem, qua Spiritus Sanctus nos docet; eamdem que interiorem instinctum gratiæ invitantis ad credendum, appellat Angelicus hic, q. 2., à 9., ad 3.^um

123 Illustratio superna, de qua hucusque, non proponit evidenter divinæ revelationis existentiam; ideoque meritò comparatur

" lucernæ lucenti in caliginoso loco: ex 2. Petri c. 1.

Nihilominus ejusmodi illustratio sic suadet revelationis existentiam, ut potens sit assensum obtinere ab intelectu; et ob hoc ipsum, quod non obstante inevidentia eam vim suadendi habet, jure appellatur,

" admirabile lumen Dei: ex 1. Petri, c. 2. —

Sectio 3.ª

Objectiones contra 1.^am et 2.^am conclusiones

130 In 1.^am conclusionem objicitur 1.° Investigatio

" naturalis rationis non sufficit humano generi ad

" cognitionem divinorum, etiam quæ ratione ostendi

" possunt: docet Angelicus hic, q. 2., à 4., ad 1.^um //

Sed ex ijs, quę de Deo ratione ostendi possunt, unum est divina authoritas: ergo non sufficit, quod naturali ratione cognoscatur: ergo ut divina authoritas moveat ad fidei assensum, requiritur omninò, quod per fidem cognoscatur, propter seipsam, et propter divinum testimonium. Sic concludit Angelicus, ibidem; ut ergo
" esset indubitata, et certa cognitio apud homines de
" Deo, oportuit, quod divina ~~[illegible]~~ per modum fidei tra-
" derentur, quasi à Deo dicta, qui mentiri non potest.

Confesso 134.

Integro syllogismo, nego subductam consequentiam. Conclusionem D. Thomę sic expono, ut illa ~~[illegible]~~ procedat de ijs divinis perfectionibus, quę sunt objecta purè materialia fidei; ut sunt Immensitas, Omnipotentia, Providentia, et alię similes: quę sunt naturali lumine investigabiles; et quę per lumen fidei indubitantiùs, et firmiùs cognoscuntur. At hoc non procedit de objectivis principijs fidei, atque adeo de divina authoritate: ad cujus assensum non potest esse motivum divinum testimonium; cùm ideo accipitur divinum testimonium, quia infallibile

De Virt. Theol. — C.º 9.º

D. 1, C. 1.

assensu praeacceptatur divina authoritas. Ex verde
" doctrinam D. Thomae: tota utilitas tradendi divina
" per modum fidei est, quia traduntur quasi dicta a Deo,
" qui mentiri non potest: ergo per prius debet intellectus credere, Deum mentiri non posse, et per posterius credere rem ut dictam a Deo, qui mentiri non potest: ergo ultimum motivum assentiendi divinae authoritati non est ipsum divinum testimonium. Objicitur 2°

132. Authoritas divina prout est motivum fidei ad assensum mysterij revelati, est fidei objectum; sed nichil est fidei objectum, nisi quod innotescat per revelationem, et propter ipsam creditur: ergo divina authoritas prout est motivum fidei ad assensum mysterij revelati innotescit per revelationem et propter ipsam creditur: ergo ultimum motivum assentiendi divinae authoritati est ipsa authoritas prout revelata a Deo. Confirmatur: assensus exhibitus authoritati debet esse aeque firmus, et certus, atque est assensus exhibitus mysterio revelato;

talis esse non potest nisi authoritas credatur propter
divinum testimonium: ergo. Probatur minor: in primis
non potest tanta ejusmodi assensus firmitas, et certi-
tudo desumi ex evidentia naturali: tum quia naturalis
evidentia de authoritate Dei non est omnibus cre-
dentibus communis; tum quia fidei assensus superat
omnem certitudinem cujuscumque assensus natura-
lis, etiam evidentissimi. Rursus: neque tanta
illa certitudo, et firmitas assensus, qui exhibetur
divinæ authoritati, potest desumi ex apprehensionibus
supernaturalibus: tum quia iis inevidenter propo-
nitur Dei authoritas, et sic proposita non potest
ex suis terminis movere ad assensum; tum quia cer-
titudo, quæ non fundatur in evidentia, debet in fide
firmari, et assensus exhibitus divinæ authoritati
nequit esse assensus fidei, nisi sit propter divinum
testimonium. Ergo assensus exhibitus divinæ autho-
ritati non potest esse æque firmus, ac certus, atque
est assensus fidei præstitus mysterio revelato, nisi
credatur authoritas propter divinum testimonium.

Ad 133. Distinguo majorem:

D. 1, C. 1.

authoritas Dei prout est motivum fidei ad assensum mysterij revelati est fidei objectum per modum principij moventis ad assensum mysterij revelati, concedo; est objectum fidei per modum termini progressionis intellectualis, nego majorem. Distinguo similiter minorem: sed nichil est fidei objectum per modum termini progressionis intellectualis, nisi quod innotescit per revelationem, et propter ipsam creditur, concedo; per modum principij moventis ad assensum mysterij revelati, nego minorem, et consequentiam. Dictum est, n. 110, fidei assensus, quo objectum materiale creditur propter formale, esse causalem: in quo objectum formale se habet per modum principij; et objectum materiale per modum conclusionis. Omne quod est objectum fidei per modum conclusionis, apparet per revelationem, et propter ipsam creditur; quod autem est objectum fidei per modum principij, aliunde apparere debet, et non potest credi propter revelationem.

Additum est, n. 119, in ipso assensu, quo authoritas creditur per revelationem, et propter ipsam, esse intentionalem respectum firmum, et certum

ad authoritatem prout revelantem; qui quidem infallibilis respectus non potest desumi ab authoritate prout revelata: cum totus ille respectus sit praevius ad praestandum assensum authoritati prout revelatae. Concluditur, authoritatem sic esse objectum fidei, ut assensus ipsi sit exhibendus ex motivo distincto a revelatione, et aliunde, quam ex revelatione, praecognito. — Ad confirmationem, concessa maiore, nego minorem. Cujus probatio duas continet partes, seorsim discutiendas; 132

Ad 1.am dico, nec esse necessariam, nec esse sufficientem evidentiam naturalem ad assensum divinae authoritatis ut haec moveat ad actum fidei; cum neque in omnibus credendi capacibus illa evidentia naturalis reperiatur, neque in iis, in quibus reperitur, sit sufficiens. Et tamen quod hic notem: nempe, assensus exhibitus divinae authoritati, prout moventi ad fidei actum, esse obscurum; quippe qui habetur ex superna illustratione non detegente evidenter veritatem objectivam divinae authoritatis in ipsa.

D.1., C.1.

Nihilominus predictus obscurus assensus conjungi potest cum assensu naturali evidenti de eadem authoritate: nam supernum lumen gratiae evidentiam luminis naturalis non extinguit; sed intellectum corroborat ad nobiliorem, firmiorem, certioremque assensum exhibendum. Ad 2.am

133. Confirmat. ejusdem probationis partem, nego assumptum. Ad hujus 1.am probationem dicendum: sicut revelatio obscure proposita potest movere ad actum fidei; sic authoritas, superni apprehensionibus inevidenter proposita, potest movere ad sui ipsius assensum. Constat hoc: nam intellectus potest in obscuris habere assensum: ergo deveniendum est ad aliquam veritatem objectivam obscure positam, cui immediate assentiatur; si enim huic non assentitur immediate, necessum erit, quod assentiatur propter aliam: et cum haec etiam sit obscure proposita, ut ero cedendum erit ad aliam: et sic in infinitum. Igitur, ut assensus immediatus exhibeatur divinae authoritati, sufficere

possunt apprehensiones superne, quibus proponitur.

Ad 2am. ejusdem assumpti probationem, negatur, quod certitudo non fundata in naturali evidentia, debeat in fide fundari; cum potius fidei certitudo, quae est in assensu propter divinum testimonium, fundari debet in certitudine ~~[illegible]~~ fidei: ergo certitudo [illegible] assensus propter divinum testimonium supponit certitudinem assensus exhibiti divinae authoritati; quae quidem certitudo habetur ex ipsis terminis divinae authoritatis, rite apprehensis superno oratque lumine.

Instas. 136

Supernus assensus divinae authoritatis elicitur ab habitu fidei; sed iste non influit, nisi in actu credendi propter divinum testimonium: ergo supernus assensus divinae authoritatis est actus, quo ipsa creditur propter divinum testimonium. — Concessa maiore, distinguo minorem: habitus fidei, non influit, nisi in actus credendi propter divinum testimonium, sub omni respectu, nego; sub aliquo respectu, omitto minorem: sed nego consequentiam. Sensus est: actus fidei, quo creditur mysterium propter authoritatem

divinam

D. 1., C. 1.

prorie attactam, est supernus assensus divinae authoritatis: in hoc autem actu est duplex intentionalis respectus; alter ad objectum materiale, alter ad formalem; iste non est propter divinum testimonium: est autem propter divinum testimonium ille alius respectus. Fidei itaque actus objecto materiali tribuit denominationem crediti; authoritati autem prout ~~est~~ objecto formali tribuit denominationem principij judicati. Neque est inconveniens, quod actus tribuat diversas denominationes objectis materiali, et formali; siquidem hoc postulat ipsa diversitas, quae est inter objecta materiale, et formale: et sic ille actus, quo voluntas amat medium propter finem, fini tribuit denominationem intenti; et medio denominationem electi. Omissi minorem: quod scilicet ~~[illegible]~~ assensus elicitus ab habitu fidei debeat esse sub aliquo respectu actus credendi propter divinum testimonium. Ratio omissionis: nam supernus assensus divinae authoritatis seorsim ab assensu mysterij

propter divinum testimonium, eliceretur ab habitu fidei: iste enim habitus perse ordinatur ad mysteria revelata credenda propter divinam authoritatem; quapropter ordinatur ad assensum divinae authoritatis propter se: ergo assensus elicitus circa divinam authoritatem, secus ac ab assensu exhibito mysterio propter divinum testimonium, ab habitu fidei profluerit.

137. Infertur 1.º idem habitus potest esse circa principia, et circa conclusiones, quando idem est objectum formale; et sic ab eodem habitu sunt intentio finis, et electio medii, quando intentio, et electio idem objectum formale respiciunt. Hinc ab eodem habitu fidei sunt assensus exhibitus mysterio revelato, et assensus exhibitus authoritati revelanti; cum idem sit objectum formale utriusque assensus; creditur namque mysterium propter authoritatem, et authoritas propter se. Infertur 2.º ab habitu fidei est actus, qui non est fidei formalis; sicuti ab habitu poenitentiae est actus, qui non est formalis poenitentia. Ratio:

nam sicut amor honestatis, quæ in hoc relucet, ut servetur
jus, quod Deus habet, ne offendatur, non est dolor,
et detestatio de peccato commisso, in quibus actibus
stat pœnitentia formalis; sic assensus exhibitus
divinæ authoritati propter se, non est actus, quo
Deo testificanti creditur, in quo actu fides forma-
lis consistit. Atqui amor illius honestatis, quæ
est formale objectum pœnitentiæ, elicitur ab
habitu pœnitentiæ: ergo assensus datus divinæ au-
thoritati, quæ est fidei formale objectum, elicitur
ab habitu fidei. Objicitur 3º. Contra 1. conclusio-
138 nem. Motivum assentiendi authoritati divinæ
est Deitas: ergo ultimum motivum assentiendi
divinæ authoritati, prout est motivum ad actum
fidei, non est ipsa authoritas ex suis terminis: ergo.
Probatur antecedens: non aliunde potest intellectus
assentiri, in Deo esse authoritatem, nisi ex

Connexione Deitatis cum authoritate: ergo —

Ex dictis num. 65, et 66, et ex dictis n. 116, et 117, constat solutio huius argumenti, quod excogitatum ab Aureolo coegit Doctores in varias abire responsiones; pro quibus sustinendis inter se digladiantur, ut potest videri apud C. de Arrubal d. 4, § 6. =

Distinguo antecedens: motivum necessarium assentiendi authoritati diuinæ est Deitas nego; motivum sufficiens, subdistinguo: est Deitas cognita lumine naturali, nego; cognita superno illustrantis gratiæ lumine, concedo antecedens, sed nego consequentiam. Ad ~~primam~~ probationem× distinguo antecedens: non aliunde potest intellectus assentiri in Deo esse authoritatem, nisi ex connexione Deitatis cum authoritate, attento lumine naturali, concedo; attento lumine illustrantis gratiæ, nego antecedens, et consequentiam. Itaque naturali lumine ~~[illegible]~~; ~~[illegible]~~ 130

~~[illegible]~~

× antecedentis

D. 1, C. 1.

sicuti non aliunde, quam ex connexione Deitatis cum authoritate cognoscimus, in Deo esse summam authoritatem; ita non aliunde, quam ex cognitione creaturarum cum Deo, cognoscimus, Deum existere: ergo sicut motivum assentiendi authoritati est Deitas connexa cum authoritate; ita motivum assentiendi existentiæ Dei sunt creaturæ connexæ cum Deo. Hoc dici non potest: nam hoc esset, ultimò resolvere fidem divinam in motivum non divinum; et non aliter captivare intelectum in obsequium Dei testificantis, nisi sub essentiali dependentia ab alio testificativo infra Deum, ratione cujus Dei existentiam crederemus. Deveniendum itaque est ad supernaturale lumen, quo Deitas ut connexa cum authoritate appareat. Sic non nego, quod Deitas sit motivum sufficiens ad assensum authoritatis; servatur namque, quod fidei actus resolvitur in motivum,

divinum, et quod motivum sit pro[illegible] illustrantis gratiae. Nego tamen, quod Deitas sit motivum necessarium ad assensum authoritatis: neque etiam est necessarium, quod lumen supernum hanc causalem deteg[at]: Deus, quia est Deus, est summae authoritatis; id satis est, quod detegat hanc simplicem propositionem: Deus est summae authoritatis. Porro interveniente lumine superno potest intellectus aliunde, quam ex connexione Deitatis cum authoritate, assentiri, in Deo esse authoritatem.

11.o

Obijcitur 2.o Lumen supernum, quo ex suis terminis apparet divina authoritas, est obscurum, et inevidens: ergo eiusmodi lumen non infunditur habenti naturalem evidentiam de divina authoritate: ergo ultimum motivum assentiendi divinae authoritati, prout haec est motivum ad actum fidei, non est ipsa divina authoritas prout apprehensa superno lumine illustrantis gratiae. Consequentia haec est bona ex praecedente; quae sic probatur: nam eiusmodi lumen

D. 1. C. 1.

obscurum non detegit novum motivum ad assensum:
ergo superflue in habente evidentiam de divina autho-
ritate: ergo — Non deest aliquis, cui propter argu-
mentum illud docere placuit, lumen supernum in ijs,
qui habent naturalem evidentiam esse evidens; esse
autem obscurum in ijs, qui illa evidentia carent.
Rejicienda est ista cogitatio: nam inaequalitas gratiae
illustrantis pro sola inaequalitate naturalis dispositio-
nis in suscipientibus non est valde consona gratuitae
dispensationi supernaturalium donorum. Praeterea
illa illustratio superna ad assensum divinae authori-
tatis non est concedenda de facto, quae non requiritur
ad credendum propter divinam authoritatem; sed
ad hoc non requiritur superna illustratio evidenter
detegens authoritatem: sicut ad credendum propter
divinam revelationem non requiritur illustratio
superna detegens revelationem lumine evidenti.
× agnoscenda — ergo de facto non est ~~[illegible]~~ × illustratio superna
detegens evidenter divinam authoritatem.

Ex his ad argumentum propositum,

Conc. o antecedente, nego consequentiam. Ad probationem, conc. antecedente nego consequentiam. Ratio: quia supernaturum lumen non est, ut representetur novum motivum distinctum nempe a divina authoritate; sed ad hoc datur ejusmodi lumen, ut assensus divinæ authoritati exhibitus non resolvatur ultimo in creaturas, ex cujus conexione cum Deo, veluti ex testimonio quodam notissimo, desumitur naturalis evidentia de existentia Dei; et exinde progreditur intellectus ad evidentem notitiam de divina authoritate: et rursus, ad hoc datur supernaturale lumen ut fidei assensus, non firmior assensu divinæ authoritatis, superet in sua certitudine omnem naturalem evidentiam; qualiter non istam superaret, si assensus authoritati divinæ prestitus ad naturalem tandem evidentem revocaretur. Nec propterea ad presentiam luminis supernaturalis superfluit omnino lumen naturalis evidentiæ: nam licet hæc non requiratur, nec positive conducat ad assensum authoritatis prout moventis,

ad fidei actum, nihilominus est perfectio intelectus, quam non tribuit lumen supernum. Ratio: nam illa naturalis evidentia excludit formidinem etiam indeliberatam; lumen autem supernum, sicut deliberatam formidinem non permitit, sic indeliberatam non excludit.

120. Replicabis. Supernum hoc lumen non est aptum, ut authoritati divinæ adhibeatur immediatus assensus, nisi habeat vim movendi, et inclinandi intelectum; sed nisi sit evidens, aut saltem nisi suasive proponat motivum conexum cum Divina authoritate, non habet vim movendi, et inclinandi intelectum ad assensum divinæ authoritatis: ergo siquidem neque illud lumen detegit evidenter divinam authoritatem, neque suasive proponit motivum aliquod conexum cum ipsa, non est aptum, ut authoritati divinæ adhibeatur assensus: ergo ultimum motivum ad assensum divinæ authoritatis non est ipsa authoritas prout aprehensa superno lumine illustrantis gratiæ. Oritur: supernus assensus ex illustrante gratia

exhibitus divinæ authoritati sufficiet ad supernum Dei amorem super omnia ob hoc ipsum quod habet summam authoritatem: ergo sufficeret ad amorem justificantem. Hoc dici non potest: nam habitus ille non est fidei, qua Deo justificanti creditur; et ante fidem non est possibilis justificatio: ergo. 123

Confessa majore, nego minorem; et explico etiam lucem vivam, qua lumen supernum inclinat intellectum ad assentiendum divinæ authoritati. In primis: in ijs, qui naturalem evidentiam habent de authoritate Dei, illa eadem evidentia excludit, non solum deliberatam prudentemque dubitationem, sed etiam indeliberatam imprudentemque formidinem. Deinde: in ijs, qui naturalem illam evidentiam non habent, supplet docentium magisterium: quandoquidem Deus voluit in ijs, quæ ad æternam salutem spectant, hominibus per homines consulari; et sic rudes homines ex instituentium doctrina percipiunt bene, non posse prudenter de authoritate divina dubitari, aut formidari. Dicendum jam est, lumen supernum

illustrantis, oratiq; hoc modo detegere objectivam veritatem divinæ authoritatis in seipsa: non quidem evidentia, qua excluditur formido, aut dubitatio indeliberata, aut imprudens; sed tamen tanta claritate, ut excludantur prudens dubitatio, et deliberata formido. Ratione itaque hujus claritatis supernæ illustrantis, oratiq; lumen movet, et inclinat intellectum ad assensum exhibendum divinæ authoritati, ut hæc moveat ad fidei actum.

122. Ad tertium respondeo, difficultatem esse eandem contra asserentes, quod Dei authoritas creditur propter authoritatem et revelationem: ergo assensus sic exhibitus sufficiet ad supernum Dei amorem: ergo sufficiet ad amorem justificantem. Hoc dici non potest: nam ad justificationem non solum requiritur fides; sed requiritur fides de Deo remuneratore, juxta illud ad Hebr. 11: "accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et quod remunerator sit": ergo vel actus fidei de divina authoritate non

sufficit ad supernum Dei amorem super omnia; vel non omnis hujusmodi amor est justificans. Dicitur: assensus supernus praestitus divinae authoritati sufficeret ex natura rei ad amorem Dei super omnia, quo homo justificari poterit. At atenta Dei lege numquam ponetur ejusmodi amor ante fidem supernam; at, si ante fidem amor ille poneretur, non justificaret. Sed unde colligitur lex ita? Ex adducto Apostoli testimonio: Sine fide impossibile est placere Deo: accedentem ad Deum oportet credere. Vide Tridentinum, sess. 6., Cap. 6., 7., et 8. &c.

Sectio 1.a
Objectiones contra 3.am et 4.am conclusiones

In tertiam conclusionem Objicitur 1.° Ultimum motivum assentiendi existentiae revelationis, ut haec moveat ad fidei actum, est id, quo invitamur, et obligamur ad fidem. Sed ad fidem invitamur et obligamur per argumenta prudentis credibilitatis: ergo. Probatur minor ex illo Christi Domini

D.1., C.1.—

" Joann. 7: Si non facio opera Patris mei, nolite cre-
" dere michi; si autem facio, et si michi non vultis
" credere, operibus credite. Iterùm, Joann. 15: Si
" opera non fecissem ~~[illegible]~~ quę nemo alius fecit, pe-
" ccatum non haberent. Confirmatur: illud est

motivum assentiendi revelationi, quo revelatio
constituitur credibilis; sed revelatio constituitur
credibilis per argumenta credibilitatis: ergo. =

126

Nego absolutè majorem: nam si id, quo invitamur, et obligamur ad fidem, esset motivum assentiendi revelationi, jam fides divina inniteretur rationibus humanis; et assensus exhibitus revelationi non esset methaphisicè infallibilis: quę duo essentialiter opponuntur divinę fidei. Argumenta igitur credibilitatis sunt conditio ex parte credentis, quę dispositivè movent ad assentiendum revelationi propter se ipsam; et deinceps ad assentiendum mysteriis propter revelationem.— Ad Confirmationem distinguo majorem: illud est motivum assentiendi revelationi

quo revelatio constituitur formaliter, et objective credibilis, concedo; ~~quo revelatio constituitur subjective credibilis concedo~~; quo revelatio constituitur subjective, et dispositive credibilis, nego majorem: et distinctâ similiter minore, nego consequentiam. Dices: æque obscure proponitur revelatio Incarnationis, ac proponitur ipsa Incarnatio; sed propter obscuritatem Incarnationis requiritur aliud motivum: ergo propter obscuritatem revelationis requiritur aliud motivum; quod aliunde, quam ex argumentis credibilitatis desumi non potest. Nego majorem: nam Incarnatio non apparet immediate superno lumine, sed mediate in revelatione, quam immediate in se ipsa detegit illustrationis gratia; et ideo ad assensum Incarnationis requiritur aliud motivum: ad assensum autem revelationis non requiritur motivum aliud. Quod si Incarnatio immediate lumine superno appareret, posset intellectus immediate illi assentiri; sed non assensu fidei:

De Virt. Theol. – C.º 16.

D. 1., C. 1. –

enim — neque ~~xxxx~~ crederet Incarnationem tunc, quia à Deo revelata est.

127. Obijcietur 2º. Argumenta credibilitatis non sunt pura conditio, sine qua non, ad assensum revelationis: ergo sunt motivum ad eum assensum. Probatur antecedens: nam similiter posset dici, revelationem esse puram conditionem, sine qua non, ad actum fidei: Si

enim — ~~xxxx~~ revelatio sufficiens de se est movere ad suum assensum, et solum requiritur ut conditionem argumenta credibilitatis; quare non posset dici,

intrinsecam — ~~xxxx~~ veritatem mysteriorum, aut Dei authoritatem esse motivum ad actum fidei, et quod solum requiritur ~~revelationem~~ ut conditio.

~~xxxx~~ 2º Urgetur: nam intelectus à motivis prudentis credibilitatis progreditur ad assensum revelationis: ergo ibi peragitur discursus, in quo

antecedens — videlicet motiva credibilitatis sunt ~~xxxx~~ objectivum, et assensus revelationi exhibitus est

antecedens — conclusio. Atqui in omni discursu ~~xxxx~~ ob-

jectivum est motivum conclusionis: ergo motiva credibilitatis sunt pariter motivum assentiendi revelationi. 125.

Nego antecedens, et probationis sequelam. Ad hujus probationem dico, esse disparitatem: nam motivum fidei debet esse connexum cum veritate revelata; qualiter non connectitur sola Dei authoritas. Rursus: motivum fidei debet hoc esse, quia Deus interposita authoritate rem confirmat; quodquidem motivum non stat in veritate intrinseca rei dicta. Requiritur itaque revelatio, non ut conditio, sed ut motivum ad actum fidei. Vice versa: revelatio suffusio lumine illustrantis gratiae est credibilis propter se ipsam; et in tantum requiruntur argumenta credibilitatis, quatenus non nisi ad ipsorum praesentiam infunditur illud lumen. Igitur argumenta illa solum requiruntur tamquam conditio, sine qua non. Ad tertiam, concesso antecedente, nego consequentiam de discursu proprie tali: nam sic conclusio non

erit apta ad fidem movendam. 1º: quia fides non innititur rationibus humanis. 2º: quia debet esse methaphisice infallibilis. Neutrum autem haberet, intercedente discursu propie tali, in quo credibilitatis motiva essent ~~[illegible]~~ objectivum, ex assensis exhibitus revelationi esset conclusio. Superest, quod in progressu illo previa cognitio motivorum credibilitatis moveat dispositive ad assensum revelationis propter hujus ~~[illegible]~~ et objectivam veritatem in se ipsa.

× antecedens

× intrinsecam

Objicitur 3º. Ecclesie authoritas est motivum assentiendi revelationi: ergo ultimum motivum assensus ejusmodi, est testimonium Ecclesie. Probatur antecedens ex illo ad Romanos, 10: "fides ex auditu; auditus autem per verbum "Christi: ergo quod credam, hoc esse Dei verbum, habeo ex predicatione, et atestatione Ecclesie. Iterum ex Augustino, lib. contra Epistol. "fundamenti, cap. 5: Evangelio non crederem, "nisi me Catholicę Ecclesię commoveret authoritas.

Demum à ratione: Ecclesiæ propositio non est mera conditio ad assensum revelationis: ergo est motivum. Probatur antecedens: eatenus propositio Magistri dicentis, totum esse majus sua parte, est mera conditio ad assensum ejus veritatis, quia solum requiritur, ut excitetur aprehensio illius veritatis: et si aliunde, quàm ex Magistri doctrina, excitaretur ea aprehensio, adhuc veritas illa ad sui assensum moveret. Atqui aprehensio suadens revelationis existentiam excitata aliunde, quam ex propositione Ecclesiæ, non sufficit ad assensum revelationis conducentem ad actum fidei: ergo. //

Nego antecedens. Ad probationem ex Scriptura dicendum: ibi explicatur necessitas predicationis per legitimos Christi, et Ecclesiæ Ministros, ut Infidelis in rebus fidei instruantur; quæ instructio concernit, ut

D.1, C1.

in ipsis excitetur aprehensio suasiva ad credendum revelationis existentiam: et Deus legitimi Ministri predicationi annexuit dispensationem superni luminis ad assensum fidei. Fides ergo ex auditu quatenus predicatio est causa ministerialis ad gratiæ dispensationem: non autem quatenus Ecclesiæ authoritas sit motivum assentiendi revelationi. Ad probationem ex Augustino dicendum: ~~evincit~~ evincitur, esse necesariam dispositionem judicium de prudenti evidentia credibilitate revelationis; quod aliunde non habetur, nisi ex testimonio Ecclesiæ ijs notis ornatæ, quibus probatur, à Deo esse institutam. At non probatur, quod Ecclesiæ authoritas sit motivum assentiendi revelationi, quatenus hæc movet ad fidei actum,
" quo credimus, non jam hominibus, sed ipsi Deo
" intrinsecus mentem nostram firmante, atque illumi
" nante: Concludit idem Augustin., eodem cit. l.
Cap. 12. Alia ejusdem testimonia, quibus clarissime docet, authoritatem Ecclesiæ non esse motivum //

sententiae revelationi, videre poteris apud Granado hic tract. 1, disputatione 3, sect. 5. Ad probationem a ratione, nego antecedens ad hujus probationem, concesso majore, nego suppositum minoris: nempe quod aliunde, quam ex propositione Ecclesiae excitetur apprehensio suadens revelationis existentiam; neque enim modo habemus ejusmodi suasivam apprehensionem, nisi per quae judicio de evidente prudente credibilitate revelationis: et hoc judicium non habemus, nisi ex propositione Ecclesiae suis notis probantis, se esse a Deo institutam. Hinc aliquid sumo in confirmationem nostrae doctrinae: nam propositio Ecclesiae suis argumentis bene penetratis nos necessitat ad judicium de evidente prudente credibilitate revelationis; et tamen nos non necessitat ad judicium de existentia revelationis. aliter, non crederemus libere, et meritorie: ergo similiter propositio Ecclesiae, quae est motivum et objectum formale judicii de evidente prudente

D. V., C. V. -

credibilitate revelationis, potest non esse motivum objectum formale judicij de existentia revelationis. Antecedens constat ex probatione adjuncta; et consequentia a paritate tenet. Objicitur 2.° Proposi-

151 tio Ecclesiæ est moraliter Dei locutio: ergo ejusmodi propositio Ecclesiæ est motivum ultimum assentiendi revelationi. Consequentia est bona; et antecedens probatur; nam Deus loquitur immediatè, et etiam mediatè: immediatè, sicut locutus fuit Prophetis, et Apostolis; mediatè, sicut per Prophetas, et Apostolos locutus est alijs. Constat ex Lucæ, cap. 1:

" Sicut locutus est per os Sanctorum; et ex Actorum

" cap. 1: Sicut prædixit Spiritus Sanctus per os

" David. Tunc sic: Deus nobis loquitur mediatè; non alio modo, nisi per propositionem Ecclesiæ: ergo propositio Ecclesiæ est mediata Dei locutio: ergo est moraliter locutio Dei. Distinguo antecedens:

152 propositio Ecclesiæ, attenta authoritate in-

infallibili, et divina, est moraliter locutio Dei, concedo; atenta precise authoritati humana et fallibili, nego antecedens, et consequentiam. Ad hujus probationem dicendum, locutionem Dei immediate factam Profetis, atque Apostolis esse nobis locutionem Dei mediatam: quatenus illa eadem locutio nobis applicatur mediante Ecclesiae propositione. Concessis itaque premissis, distinguo consequens: ergo propositio Ecclesiae secundum authoritatem* humanam, nego consequentiam. Propositio Ecclesiae secundum authoritatem* non potest esse ultimum motivum assentiendi revelationi; cum Ecclesiam gaudere divina authoritate non nisi ex alia revelatione constet: et motivum assentiendi* authoritate. Rursus: propositio Ecclesiae secundum authoritatem humanam non potest esse motivum assentiendi existentiae revelationis; cum iste assensus debeat esse infallibilis, et authoritas humana Ecclesiae

* divinam est mediata Dei locutio, et est moraliter locutio Dei, concedo; secundum authoritatem humanam, * divinam

* illi alii revelationi non possit esse testimonium Ecclesiae prout gaudenti divina authoritate. Rursus &.

D.1, C.1.

sit fallibilis. Infero 1°: ergo propositio Ecclesiæ secundum authoritatem divinam, secundumquam est locutio Dei, non potest esse ultimum motivum assentiendi existentiæ revelationis. Infero 2°: ergo propositio Ecclesiæ secundum authoritatem humanam, secundum quam est revelationis applicatio, non potest esse motivum assentiendi revelationis existentiæ. Vide quæ diximus, n. 123. et 124.

153. Objicitur 5°. Contra 2.am conclusionem. Authoritas Dei cõnectitur essentialiter cum revelationis existentia, sub conditione, quod sint motiva credibilitatis: ergo purificata illa conditione, divina authoritas est motivum assentiendi revelationi: ergo ultimum motivum credendi revelationis existentiam, non est ipsa revelatio rite apprehensa superno lumine. Antecedens probatur: nam ad authoritatem Dei spectat, quod non confundatur ipsius doctrina cum

doctrinæ falsæ; ac proinde Deus ex terminis authoritatis tenetur, non permittere, quod falsa doctrina proponatur sub motivis evidenter suadentibus, esse prudenter credibilem illam doctrinam tanquàm à Deo revelatam: ergo. Omissio antecedente, nego consequentiam: nam motivum assentiendi absolutè ~~revelationis~~ existentiæ non potest esse id, quod tantùm conditionatè connectitur cum revelationis existentia: ergo ad summum authoritas divina, et existentia motivorum credibilitatis erunt motivum assensus absoluti de revelationis existentia. Hoc dici non potest: nam jam fides innitetur rationibus humanis; nempe in motivis credibilitatis. Rursus: de existentia motivorum credibilitatis, ~~habetur~~ habetur quidem moralis certitudo, sed non methaphysica infallibilitas, aut evidentia indubitabilis: quapropter ejusmodi motiva, etiam in consortio divinæ authoritatis, non possunt esse

revelationis

motivum, cui innitatur assensus revelationis in sua firmitate, et infallibilitate superans omnem evidentiam naturalem. Expende cum Augustino, lib. contra Epistol. fundament., cap. 4.
" argumenta credibilitatis, quæ sunt, consensus populorum, atque gentium; authoritas miraculis
" comprobata, spe nutrita, charitate aucta, vetusta-
" te firmata; ab ipsa Sede Petri Apostoli
" usque ad præsentem Episcopatum successio
" sacerdotum: et alia similia argumenta. De istis Ecclesiæ à Deo institutæ notis dubitare, est imprudentia summa; sed de illis non habetur inevidentia summa; sed de illis non habetur infallibilis evidentia, neque infallibilis certitudo: ni ipsi pro hoc recurras ad divinas Scripturas, et sic eadem difficultas redibit: quodnam videlicet motivum sit credendi eas revelationes, quæ in Scripturis canonicis continentur.

Omissa antecedenti

155. nam authoritatem Dei connecti cum existentia revelationis conditionatè pro casu motivorum credibilitatis, probabilissimum est: aut etiam,

1. L. C. 1. 97

moraliter certum; de ista ~~mea~~ conexione ~~tamen~~ non habetur aut metaphysica infallibilitas, aut inevitabilis evidentia: ac proinde ea conexio non est sufficiens motivum assensus de revelationis existentia. Ad probationem antecedentis, distinguo propositionem: ad authoritatem Dei spectat, quod non confundatur ejus doctrina cum doctrina falsa, et hoc non est plusquam moraliter certum, ~~nego~~ admitto; et hoc est plusquam moraliter certum, nego propositionem, et in eodem sensu nego sequelam adjunctam, et subsequentem consequentiam. Ex terminis divinae authoritatis unice est infallibiliter certum, quod divina doctrina non est falsa, nec possit esse falsa; sed non est infallibiliter certum, quod doctrina falsa non possit proponi iisdem argumentis, quibus suadetur evidenter prudens credibilitas doctrinae a Deo revelatae.

456

Objicitur 6.o Haec propositio est neutra, et in materia contingenti:

D. 4, C. 1.

Deus revelavit Verbi incarnationem; sed ad assentiendum propositioni neutri, et in materia contingente indiget intellectus vel motivo distincto, vel evidente specie, accepta immediate ex objecto: ergo vel ejusmodi specie, vel distincto motivo, indiget intellectus ad assentiendum assignatae propositioni: ergo ultimum motivum assentiendi revelationis existentiae non est ipsa revelatio: cum de ipsa non habeatur species immediata evidens.

Confirmatur: non est per se, et ex terminis notum, Deum revelasse incarnationem: ergo est notum per aliud: ergo assensus praestatur revelationi, non propter se ipsam, sed propter aliud tanquam propter motivum. Urgetur: non minus neutraliter se habet intellectus ad hanc propositionem: Deus revelavit incarnationem: quam ad istam: astra sunt paria. sed ad hujus assensum eget intellectus motivo distincto; et sine isto flecti non potest ex voluntatis imperio: ut constat ex disputatis a num. 9. ad n. 47: ergo aparidade.

157. Concedo maiore. distinguo minorem: ad assentiendum propositioni

verum, et in materia contingente minor intelle-
tus non persuasus, superna illustratione vel motu
distincto, vel specie evidente, permitto; persuasus su-
perna illustratione, nego minorem: et similiter distin-
cto consequente, nego consequentiam sublatam:
cuius adiuncta probatione debilitatur ex distinctio-
ne data. Verum est, esse neutram propositionem
istam: Deus revelavit incarnationem; sed est
falsum, neutram esse illustrationem supernam,
qua ad illius assensum intellectus perfunditur:
est enim illustratio, qua Spiritus Sanctus docet
intus, ac proinde est apprehensio suasiva, et intelle-
ctus inclinans ad assensum. Vis ista suadendi, et
inclinandi in hoc consistit: quod, citra inelucta-
bilem evidentiam, ea illustratione proponitur re-
velatio tanta claritate, ut intelectus practice, et
exercite percipiat, se non posse prudenter de reve-
lationis existentia dubitare, aut formidare. Nec
deest exemplum, quo res ista declaretur apte:
Audis Petrum in abscondito, et submisse loquentem.

D. I. C. I.

Non habetur species evidens, qua repraesentetur Petrum esse, qui loquitur: sed tamen ex vocis sono, et ex modulatione; et ex pronunciatione ipsa potest sic viuida species excitari, ut dubitare prudenter nequeas, quin Petrus sit, qui loquitur; et tunc hac (ut ita dicam) semievidentia praecedente, poteris assensum absolutum tibi ipsi imperare. Ergo à fortiori discurrendum est similiter de illustratione superna, qua intellectus perfunditur ad assentiendum revelationi: cum ejusmodi illus-
22 tratio sit admirabile lumen Dei. Per nisi, quod
158 intellectus sibi relictus indigeat motivo distincto, vel evidenti specie ad assentiendum propositioni neutri, et in materia contingente; id namque falsum est 1.° propter exemplum, quo nuper sumus usi. 2.° quia aliter non posset intellectus habere assensum obscurum; cum in obscuris numquam deveniri posit ad aliquod

principium evidens, et evidenter connexum. Ex quo sicut in demonstrationibus retrocedatur in prima principia evidentia, et indemonstrabilia: sic in conclusionibus moraliter certis deveniendum est ad aliquod primum principium per se moraliter certum; et in conclusionibus probabilibus resolutio fiet in aliquod primum principium per se probabile. Ratio: quia aliter, sicut in infinitum resolvenda erit demonstratio; quod erit, demonstrationem esse impossibilem: sic in infinitum erit resolvenda certitudo moralis, et probabilis opinio; et hoc erit, non esse possibilem assensum opinativum. Ergo potest intellectus immediate assentire propositioni neutri, et in materia contingente absque distincto motivo, et absque evidente specie: si nimirum ejusmodi propositio, sit per se moraliter certa, aut per se

» sit probabilis. Haec est Aristotelis doctrina,

» lib. Poster., cap. 16., asserentis: opinionem esse

» acceptationem immediatae propositionis non necessariae.

159 Ad confirmationem argumenti, distinguo antecedens: non est per se, et ex terminis notum evidenter, Deum revelasse incarnationem, concedo; non est per se, et ex terminis notum obscurè, suasivè ~~tamen~~ tamen, et sufficienter, ut voluntas imperet assensum, nego antecedens, et utramque consequentiam. Ad urgentiam nego maiorem: aequè naturaliter se haberet intellectus, si praecisè attenderentur obiecta utriusque illius propositionis: Deus revelavit Incarnationem; et astra sunt paria. At intellectus per motiva credibilitatis est inclinatus ad assensum revelationis; et deinceps, praesupposita hac dispositione, superveniente illustratio superna, qua edocetur de revelationis existentia. Nihil simile adest, ad iudicandum de paritate astrorum: ergo non aequè neutraliter se habet intellectus &c.

160 Instas: Sequitur, ad assensum divinum revelationis necessariam esse aliam revelationem: nempè internam revelantis gratiae illustrationem: ergo ad assensum

cujus revelationis alia revelatio erit necessaria; et sic in infinitum. — Concedo antecedente propter adjunctam probationem, nego consequentiam, et sequelam. Illustratio superna, qua Deus intus, et in corde credentis dicit, se revelasse mysterium, quod ab Ecclesia, aut à legitimo Ministro proponitur, vere est privata revelatio, et locutio Dei. At ejusmodi revelatio non est locutio instrumentalis: hoc est, quæ cognita ducit intelectum in cognitionem mysterii; sed est locutio formalis: hoc est, quæ non cognita representat revelationem instrumentalem, olim, et alijs factam à Deo, et nobis per externum ministerium applicata. Hæc interna, et privata Dei locutio est formaliter auditio nostra: est ~~viva~~ actus nostri intellectus, cuius quo formaliter percipimus; et quatenus à Deo nobis infunditur, est Dei locutio. Jam sic: huic revelationi internæ assentimus, non quatenus reflexe illam cognoscamus; sed quatenus ipsa

a. 1, c. 1. nobis suadet existentiam revelationis praeteritae:
et nos suasioni consentimus. Igitur non assenti-
mus revelationi internae per actum, quo ipsam
credamus; sed per actum, quo revelationem an-
tiquam credamus, suasioni revelationis privatae
consentientes. Ad assensum practicum, et exerci-
tum hoc modo exhibitum revelationi privatae non
requiritur alia revelatio: sicuti ad assentiendum
gratiae suadenti actum charitatis, non requiritur
alia gratia: unde vitatur revelationum processus
in infinitum.

161. Replicabis. Illustratio superna
detegens revelationem nequit esse suasiva revela-
tionis falsae: ergo si propositae sint per doctrinam
humanam duae revelationes ut divinae, quarum
altera sit vera, et altera falsa, poterit creditu-
rus discernere reflexe veram, a falsa revelatione;
quod absurdissimum est: nam sic unusquisque sibi
erit Iudex legitimus controversiarum fidei.
Consequentia probatur: in casu apposito credimus

experiretur, se instimulari superna illustratione ad asentiendum illi soli revelationi quae ex duabus propositis vera est: ergo. Confirmatur 1º: si superna illustratio suadet revelationis existentiam, superfluunt motiva, argumenta, seu signa credibilitatis; haec omnino sunt necessaria ad asentiendum existentiae revelationis: ergo revelatio non dignoscitur suasiva superna illustratione. 2º: si credimus existentiam revelationis propter ipsam revelationem, superna illustratione propositam, possunt dicere similiter haeretici, se credere propter spiritum privatum, quo revelationem divinam discernunt; non est autem danda occasio istis haereticorum dogmati: ergo &c.ª 162

Concesso antecedente, nego consequentiam. Ad hujus probationem nego antecedens: nam discrimen supernaturalium à naturalibus non cadit sub sensus et hominum experientiam. Hinc si vera revelatio proponatur per humanam doctrinam, non possumus discernere;

an etiam tunc adsit superna illustratio, an solum adsit naturalis suasiva aprehensio? Igitur in casu apposito homo experiretur, se instimulari ad assensum utriusque revelationis: nam aprehensione naturali, consecuta ad humanam doctrinam, inclinaretur ad assentiendum falsæ revelationi; supernaturali autem illustratione inclinaretur ad assentiendum revelationi veræ. Rursus: non experiretur, se magis inclinari ad assensum revelationis veræ, quàm ad assensum revelationis falsæ: nam superna illustratio addet supernaturalitatem, sed non addit claritatem supra claritatem, qua instimularet naturalis suasiva aprehensio ad assensum revelationis falsæ. Tunc sic: catenus poterit homo discernere revelationem veram à falsa, aut quatenus experiretur stimulum ad assensum revelationis veræ, et non experiretur stimulum ad assentiendum revelationi falsæ; aut quatenus, se magis instimulari ad assensum veræ, quàm ad assentiendum

falsæ revelationi, experiretur. Verum est
verum: ergo tunc homo non poterit discernere re-
Stat nihilominus, quod Deus in aliquo extraor-
dinario casu illustrationem eo usque claram in-
fundat, ut homo possit discernere revelationem
veram à falsa: et etiam ut possit reflexè cognos-
cere occultum discrimen supernæ illustratio-
nis ab apprehensione naturali suasiva. 163

Ad 1. Confirmatio-
nem, nego maiorem. 1º quia non infunditur illus-
tratio gratiæ ad assensum revelationis, nisi præ-
vio judicio de evidenti prudenti credibilitate;
cuius judicij motiva sunt argumenta, seu bona
credibilitatis. 2º quia aliter fidelis non poterit
modo humano rationem reddere fidei suæ; neque
enim istam rationem humano modo dabit, nisi
probando, se prudenter facere in assentiendo
rebus fidei tamquam à Deo revelatis. Igitur
juxta ordinariæ providentiæ leges Deus alligavit
supernam illustrationem motivis prudentiæ

B. N. C. N.

× Etiam

credibilitatis, et notis veræ Ecclesiæ: voluit tamen talem propagationem fieri, quæ fit ex auditu; ut homines per homines doceantur, et non pure interne ab ipso Deo.

162. Ad 2.am confirmationem nego majorem. Dicunt hæretici plerique fidem ultimo resolvi in spiritum privatum, seu in internam locutionem, qua Deus unicuique manifestat verum sacræ Scripturæ sensum. Sic unusquisque est sibi regula fidei, et suum Spiritum aliorum omnium Spiritibus præponit: nisi per summam amentiam existimet, Deum contraria, et incompossibilia quoad veritatem, revelare. Praeterea: Spiritus privati assertores incidunt in circulum inextricabilem: nam dicunt, se probare Spiritum privatum ex Scriptura; ut autem credant, divinas esse illas Scripturas, ex quibus suum Spiritum privatum probant, aliam rationem non

asserunt, nisi spiritum privatum, quo Deus ipsis revelat, se esse illarum Authorem. Vide ex controversistis C. Bellarminum, lib. 3. de Verbo Dei, et ex Scolasticis Ex. Suarium, in fidei defensione, l. 1., c. 10., et 11. Nullam itaque affinitatem cum Spiritu privato, quem heretici excogitarunt, ut Ecclesiam non audiant, nostra sententia habet; in qua servatur in concessum illud Augustini: Evan-
" gelio non crederem, nisi me Ecclesiæ catholicæ com-
" moveret authoritas. Recole dicta, num. 150.

Sectio 11.ª

Ultimum fidei resolutivum exponitur

Iste est fructus colligendus ex ijs, quæ de objecto formali fidei, et de modo, quo cognosci debet, hucusque disputavimus. Ultimum fidei resolutivum assignatur apta illa responsione, in qua sistitur, dum interrogaberis: cur credis, Verbi Incarnationem, aliaque fidei mysteria, sive divisivè, sive collectivè? Rem paucis propositionibus conficiemus; quarum probationes anticipatæ jam sunt: et quibus 165

necessariam dabimus explicationem.

166 Propositio 1.a

Fides ultimò resolvitur, ut in motivum quod, in Dei authoritatem, et in divinam revelationem. Constat: in [illegible] id namque ultimò resolvitur fides, ut in motivum quod, ratione cujus objectivè movetur intelectus ad fide credenda cetera, et cui intelectus immediate propter se assentitur. Sed intelectus objectivè movetur ad fide credenda cetera ex Dei authoritate, et ex divina revelatione; et immediatè propter se assentitur, tùm Dei authoritati, tùm divinæ revelationi: ergo in Dei authoritatem, et in divinam revelationem, ut in motivum, quod, fides ultimo resolvitur.

167. Propositio 2.a Fides ultimò resolvitur, ut in rationem formalem, qua, in supernum illustrantis gratiæ lumen, quo suassivè proponitur intellectui, tùm Dei authoritas, tùm divina revelatio. Constat: nam in id resolvitur ultimò, ut in rationem formalem qua, fidei assensus, ratione cujus

ex Dei interno magisterio habetur assensus exhibitus tum authoritati, tum revelationi: et cujus ratione assensus ejusmodi superat certitudinem cujuscumque assensus naturalis, etiam evidentissimi. Sed ratione superni luminis illustrantis gratiæ assensus exhibitus Dei authoritati, et revelationi divinæ habetur ex Dei interno magisterio: et ratione ejusdem luminis iste assensus superat certitudinem cujuscumque assensus naturalis, etiam evidentissimi: ergo fides resolvitur ultimo, tamquam in rationem formalem, quæ, in supernum illustrantis gratiæ lumen; quo videlicet suasive proponitur intellectui, tum Dei authoritas, tum divina revelatio. 168

Propositio 3.a: Fides ultimo resolvitur, ut in dispositionem, in motiva prudentis credibilitatis. Constat: quoniam in id, tamquam in dispositionem fides ultimo resolvitur, quo homo invitatur, et obligatur ad fidem: et quo divina revelatio constituitur subjective, et dispositive,

D. 1., C. 1.

credibilis: sed motivis prudentis credibilitatis homo invitatur, et obligatur ad fidem; iisdem que motivis revelatio constituitur subjectivè, et dispositivè credibilis: ergo fides ultimò resolvitur, ut in dispositionem, in motiva prudentis credibilitatis.

169 Igitur Fidei resolutionem sic explicare debemus. Interrogor: cur Verbi divini incarnationem credo? Respondeo: quia Deus summæ in dicendo authoritatis revelavit mysterium istud. Interrogor deinde: cur credo, Deum esse summæ authoritatis in dicendo? Respondeo: non ex alio motivo me id credere, nisi quia Deus est summæ authoritatis in dicendo. Interrogor præterea: cur credo, Deum summæ authoritatis in dicendo revelasse Verbi divini incarnationem. Respondeo non ex alio motivo me id credere, nisi quia Deus istud mysterium revelabit. Interrogor demum, et urgeor: quomodo michi in-

notescat, et Deum esse summe authoritatis, et revelasse mysterium illud? Respondeo: michi innotescere superno illustrantis gratie lumine, quo michi suadetur, et Deum esse summe authoritatis in dicendo, et incarnationem revelasse. Hoc modo credo; si utiliter ad eternam salutem credo; et me isto modo credere ex superna illustrante gratia, prudenter confido. 47

Instor, ut probem hec duo: et Deum esse summe authoritatis, et revelasse incarnationem Verbi divini. Placet: nam ab Apostolorum Principe, 1. canon, Cap. 3, fideles monemur, ut simus parati semper ad satisfaccionem omni poscenti nos rationem de ea que in nobis est, spe; ac proinde de fide, que est sperandarum substantia rerum. Atque inprimis: evidens est, Deum existere, et esse summe in dicendo authoritatis; et qui istam evidentiam non habent, sciunt bene per humanam instruccionem, non posse prudenter

dubitari, Deum existere, et summa authoritate in dicendo pollere. Hinc evidenter habeo, Deum ipse superna illustratione me movere ad assensum suæ authoritatis; et quod ego faciam prudentissime, si illi illustrationi consentiam. Deinde: non possum evidenter probare, Deum revelasse incarnationem Verbi; at evidenter probo, esse prudenter credibile, Deum illud mysterium revelasse: idque præstabo, productis argumentis evidentis prudentiæ credibilitatis fidei mysteriorum. Hinc evidenter habeo, me facere prudentissime, credendo, Deum incarnationem Verbi revelasse.

171 Concluditur ex dictis. 1°: quod ultimum resolutivum objectivum motivum fidei, in quo sistitur, est complexum divinæ authoritatis, et divinæ revelationis. 2°: quod istud ultimum resolutivum objectivum motivum fidei apparet a superna illustratione, ut moveat ad fidei actum. 3°: quod ejusmodi resolutivum objectivum motivum

fidei, quæ parte dicit existentiam divinæ revelationis, subjectivè dispositivè applicatur per argumenta credibilitatis: quæ et certitudine morali convincunt revelationis existentiam; et evidenter probant, revelationis existentiam esse prudenter credibilem. Et quidem circa fidei resolutionem, humano modo, aliud probari non potest; idque sufficit, ut poscenti rationem fidei nostræ, dummodo docilis ille ~~fiat~~ sit, satisfaciamus. —

Caput 2.us

De objecto materiali Fidei

Sectio 1.a

Fidei objectum materiale remotum declaratur.

Conclusio. Omne revelabile à Deo, et credibile à creatura, est objectum materiale remotum fidei. N. 1. —
Probatur: quod de se potest terminare assensum propter authoritatem Dei dicentis, est objectum materiale remotum fidei; sed omne revelabile à Deo, et credibile à creatura potest de se ~~terminare assensum~~ terminare assensum propter.

D. 1, C. II.

q. x, enim

authoritatem Dei dicentis: neque aliter poterit de se determinari ad praedictum assensum, nisi quatenus aut non possit revelari a Deo, aut non possit a creatura credi, etiam si a Deo revelletur: ergo omne revelabile a Deo, et credibile a creatura, est objectum materiale remotum fidei. Emergit dificultas ista: an omne verum possibile sit a Deo revelabile; et an omne a Deo revelabile sit credibile a Creatura? Utriusque parti dificultatis affirmative respondent comuniter Thomistae; negative aliqui ex Nostratibus. ~~quorum circa[?] sequitur~~ ~~Assertum, ad 1, ad 2.~~

2.

Assertum 1.^us

Possibile est veritas a Deo irrevelabilis creaturae: ac proinde non omne verum possibile est objectum materiale remotum fidei. Probatur: possibile est decretum non producendi ullam creaturam; qualiter nulla producta fuit ab aeterno; sed hujus decreti existentia est irrevelabilis a Deo creaturae: ergo. Probatur minor: decretum assignatum opponitur

methaphysicè cum sui revelatione; sed decretum methaphysicè oppositum cum sui revelatione, est irrevelabile: ergo. Probatur major: decretum methaphysicè oppositum cum existentia creaturę, methaphysicè opponitur cum sui revelatione: implicat enim, sicut revelationem creaturę non existenti; sed assignatum decretum opponitur methaphysicè cum existentia creaturę: nam est efficax Dei volitio dandi existentiam illi creaturę: ergo. Nota: aliq veritates distinctę à Decreto essent consequenter irrevelabiles: possent enim revelari in sensu diviso à decreto; in cujus sensu composito revelari non possent. At decretum illud erit antecedenter irrevelabile: ex sua namque essentia habet, esse efficacem volitionem dandi existentiam illi creaturę: ac proinde ex sua essentia habet, esse methaphysicè oppositum cum revelatione sui; quod est, esse antecedenter, essentialiter, et ab intrinseco irrevelabile

D.1. C.4.

188

N. 3.

Dices: Assignatum decretum erit virtualiter multiplex; et quodlibet determinatum decretum erit revelabile: nullum vero[?] determinatum erit universalis nolitio dandi existentiam ulli creaturæ. Contra: potest Deus per decretum virtualiter simplex nolle dare existentiam ulli creaturæ; sed istud decretum virtualiter simplex esset prorsus irrevelabile: ergo. Probatur maior: non est necessario ponenda distinctio virtualis in

fidei divinis, nisi ubi urget fides, aut est ratio ex principijs desumpta; sed nec fides, nec efficax ex principijs fidei desumpta ratio, urget, ut virtualis distinctio ponatur

nollet inter decreta, quibus Deus ~~nolunt~~[?] dare existentiam ulli creaturæ: ergo potest Deus id nolle per unum, simplexque virtualiter decretum. Sed omittamus, in decreto isto nulli esse distinctionem virtualem realem decretorum; contra est adhuc: quamvis nullum erit determinatum irrevelabile, totum nihilominus decretum erit essentialiter irrevelabile; sed totum decretum est aliqua veritas, distincta quidem a singulis decretis distributive seu divisive acceptis: ergo.

Probatur major: quamvis in decreto illo universali, interveniente distinctione virtuali, nullum sic determinatum decretum essentialiter inconjungibile cum existentia cujuscumque creaturæ, totum indivisibiliter illud decretum erit essentialiter inconjungibile cum existentia cujuscunque creaturæ: aliter, non erit essentialiter infrustrabile; sed decretum essentialiter inconjungibile cum existentia illius creaturæ, est essentialiter irrevelabile: ergo.

4. Dices iterum. Non probatur, esse possibilem veritatem irrevelabilem creaturæ existenti: nam si existit, jam non potest dari illud decretum; et si daretur illud decretum, jam non existeret creatura. Dificultas specialis est: quod sit creatura rationalis, quam Deus non possit docere de aliqua veritate; ad quod requiritur, quod sit possibilis aliqua veritas irrevelabilis creaturæ existenti: et hoc non est probatum. Contra: nam concedis, esse possibilem veritatem essentialiter irrevelabilem; et hoc michi sufficit: nam jam non omne verum possibile erit objectum materiale fidei,

etiam remotum. Sed quoniam moves aliam difficultatem majoris momenti propter rationem dubitandi allatam, confirmo doctrinam assertam, et

VII. §. Probo, esse possibilem veritatem essentialiter irrevelabilem creaturæ rationali existenti; seu in sensu composito existentiæ creaturæ rationalis. Deus loquendo de omni objecto revelabili potest sic statuere: decerno, nihil omnino revelare; sed hoc decretum esset ab intrinseco irrevelabile: nimirum quoad existentiam, et veritatem absolutam: ergo possibilis est veritas quoad existentiam, et absolutam veritatem irrevelabilis ab intrinseco: cumque illud decretum sit conjungibile cum existentia creaturæ; sequitur, esse possibilem veritatem irrevelabilem creaturæ existenti. Minor constat: nam illud decretum terminaretur ad omne omnino revelabile, et non terminaretur ad se ipsum. Ratio hujus: si terminaretur ad se ipsum erit, et non erit revelabile. 1.º quia ideo terminaretur ad se ipsum, quatenus terminatur ad omne revelabile; qua propter ipsum esset unum ex revelabilibus. 2.º quia si decretum

enim

terminaretur ad se ipsum, decerneret sui non revelationem; ac proinde erit ab intrinseco repugnans revelationi, cum ab intrinseco sui sit infrustrabile: decretum autem ab intrinseco repugnans sui revelationi est non revelabile. Ergo decretum illud terminaretur ad omne omnino revelabile; et non terminaretur ad se ipsum. Atqui decretum terminatum ad omne omnino revelabile, et non terminatum ad se ipsum non est revelabile: comprehendit enim omne revelabile; et se ipsum non comprehendit: ergo decretum ejusmodi, quod loquendo de omni omnino revelabili Deus sic statuat, decerno, nichil omnino revelare, est ab intrinseco irrevelabile. Probatur jam major primi discursus: Deus libere revelat, si quid revelat; ergo de objecto revelabili sic statuere potest: decerno, nichil omnino revelare.

6. Respondebis.

Ut Deus posset decreto, comprehendente omnia revelabilia, decernere, nichil omnino revelare, requiritur, quod sit possibile decretum irrevelabile, et hoc est, quod negatur. Contra: vel non sit possibile

(margin: repugnans sui ipsius; retur; enim; si quid revelat; ergo; potest nihil omnino revelabile revelare: ergo potest, loquendo de illis,)

decretum irrevelabile, requiritur, quod Deus non possit decernere, nichil omnino revelare; loquendo de omni revelabili; sed sic Deus posse decernere, probatum est: nam potest, nichil omnino revelabile revelare; et potest decernere, quod potest facere. Confirmatur: da, quod Deus nichil revelabile revelet: exclusa a rebus est omnium omnino revelabilium revelatio: ergo vel per puram liberam omissionem; vel per positivum decretum: si hoc; intentum habemus. si illud; contra est: nam iuxta communiorem et probabiliorem sententiam, divinae voluntati repugnat pura omissio libera; vel si non repugnet, adhuc negari nequit, Deum posse positive nolle id ipsum, quod potest pure omittere. Atqui potest omittere omnium omnino revelabilium revelationem: ergo potest positive nolle omnium omnino revelabilium revelationem: ergo potest loquendo de omni objecto revelabili sic statuere: decerno, nichil omnino revelare.

Assertum 2.

Possibilis est veritas revelabilis a Deo, et a creatura

non credibilis: ac proinde non omne verum revelabile à Deo est objectum materiale fidei etiam remotum. Probatur: possibile est decretum, quo Deus sic statuat: ad nullum omnino actum fidei concurram. Illud decretum poterit à Deo revelari creaturæ: neque enim est, unde probetur, illud decretum esse irrevelabile; cum nihil statuat, circa non revelationem objectorum, sed circa negationem concursus ad omnem prorsus fidei actum. Atqui ejusmodi decretum esset non credibile à creatura: ergo est possibilis aliqua veritas revelabilis à Deo, et non credibilis à creatura. Minor constat: nam ejusmodi decretum terminatur ad omne credibile, excludendo fidei assensum, et non terminatur ad se ipsum. Ratio hujus: nam sic ipsum decretum esset credibile, et incredibile; quemadmodum dicebamus nuper de illo alio universali decreto, quo Deus statueret, se nihil omnino revelaturum. Sed decretum terminatum ad omne omnino credibile, et non terminatum ad se ipsum, non est à creatura credibile: ergo.

Opp. 1°

Q.1., C.2. 1°

Contra 1.us Assertum. Implicat creatura, quae non sit antecedenter producibilis a Deo: ergo et verum quod non sit a Deo antecedenter revelabile. Probatur consequentia: nam sicut Omnipotentia est simpliciter infinita, sic potestas Dei ad docendam creaturam est simpliciter infinita. Confirmatur: revelabilitas fundatur in aliquo priori objecti praedicato; sed hoc aliud praedicatum prius, aliud esse non potest, nisi ratio veri: ergo revelabilitas fundatur in ratione veri: ergo. 2°: decretum, quo Deus statueret, nichil omnino revelare, solum excludit revelationem eorum, quae non revelare decernit; sed solum decernit non revelare objecta ab ipso distincta: ergo solum excludit revelationem objectorum, quae distinguuntur ab ipso decreto: ergo non excludit revelationem sui ipsius. Confirmatur: tale decretum illius solum revelationem excludit, quo revelato ipsum decretum frustraretur: sed revelato decreto nichil omnino revelandi, non frustraretur ipsum decretum: nam de sui non revelatione nichil decernit: ergo.

5.- Ad 1.um concesso antecedente, nego consequentiam ... manifestam disparitatem. Creatura est essentialiter ab alio: ergo est essentialiter à Deo; nam quidquid movetur, ab alio movetur: et sic necessario deveniendum est ad primum principium improductum. Creatura itaque antecedenter improducibilis à Deo esset creatura, et non esset creatura, quod est implicatorium. Nulla similis contradictio sequitur ex veritate antecedenter irrevelabili à Deo: ergo ejusmodi veritas est possibilis. Ad consequentiæ probationem: sicut Omnipotentia extenditur ad omnes terminos producibiles, sic potentia Dei ad docendum extenditur ad omnes terminos revelabiles; sed non pertinet ad potentiam Dei ad docendum, quod omne verum sit revelabile: cum ad ejusmodi potentiam non pertineat impossibilitare Deum, tum ad decretum de non producenda ulla creatura rationali, tum ad decretum nihil omnino revelandi. Hinc Omnipotentia, et potestas Dei ad docendum non sunt

tiam

D. 1, C. 8.

inæquales; sed dissimiles: sicuti sunt dissimiles Omni- 2
potentia, et Dei potestas ad amandum; neque ~~enim~~ enim
Deus potest amare actum peccati, in quem potest
Omnipotentia concurrere. Dices: implicat creatu-
ra rationalis, quam Deus non possit docere: ergo
et implicat veritas, quam Deus docere non possit.
Concesso antecedente, nego consequentiam: nam creatu-
ra rationalis est essentialiter potens cognoscere; et à
Deo habere poterit illam cognitionem, cujus ipsa
erit capax: quod est, aliquomodo doctrinam à Deo
accipere. At non omnis veritas possibilis est com-
possibilis cum sui revelatione; ut probatum est: ac
proinde non implicat, quod ejusmodi veritas à
Deo doceri non possit.

1p. Ad Confirmationem nego absolutè
majorem: quandocumque ~~enim~~ enim devenitur ad essen-
tialia prædicata, istorum ratio à priori dari non
potest; quare ~~enim~~ enim hoc non sit hoc, et illud sit illud,
alia non est ratio, nisi quia hoc est hoc, et illud est illud:
ut ~~subtiliter~~ notavit subtiliter Scotus. Unde ssp[illegible] superest

Op. Sent. Theo. C. 12.

in similibus quęstionibus disputiendum: an hoc, vel illud existat; aut saltem possit existere. Jam ad rem nostram: revelabilitas non fundatur in ratione veri transcendentalis; nam quod est falsum formaliter, quia non habet in se, sicuti enuntiatur, est transcendentaliter verum: et est à Deo irrevelabile. Rursus: neque fundatur in veritate formali; nam assignavimus formales veritates, quę semel existentes essent à Deo irrevelabiles. Igitur hoc verum est à Deo revelabile, quia est hoc; et istud aliud verum non est à Deo revelabile, quia est istud: et jam efficaciter probatum est, hoc verum irrevelabile esse possibile. Ex dictis neganda sunt sequentes propositiones. 1.ª quidquid Deus potest affirmare ad intra, potest affirmare ad extra, sive revelare creaturę. 2.ª omne verum cognitum à Deo continetur sub potentia locutiva divina ratione formali. 3.ª nullum est possibile Dei secretum, quod non sit cognoscibile ab homine, etiam quoad existentiam absolutam.

se

D. 1, C. A.

2a: sicut creatura potest affirmare ad extra, quidquid potest affirmare ad intra; sic et Deus. Haec quidem paritas nullius est momenti; neque × enim creatura potest, ut potest Deus, habere decretum essentialiter connexum cum non existentia illius creaturae rationalis, aut decretum efficax ab intrinseco nihil prorsus revelandi terminatum ad omne revelabile.

II. Ad 2um distinguo maiorem: decretum, quo Deus statueret, nihil omnino revelare, solum excludit imperative et signate, revelationem eorum, quae non revelare decrevit, concedo; solum excludit entitative, et exercite, nego maiorem: et cadit reliquum. Hoc ipso, quod tale decretum imperative, et signate excludit omnium revelabilium revelationem, excludit entitative, et exercite sui revelationem; nam hoc ipso comprehendit omne revelabile, et seipsum non comprehendit. Similiter illud alterum decretum

non producendi ullam creaturam rationalem, imperative, et signate excludit omnium creaturarum rationalium existentiam; et entitative, et exercite excludit sui ipsius revelationem. Ad Confirmationem, nego maiorem de formali et stricta frustratione decreti: neque ~~[illegible]~~ ideo illud decretum ~~illud~~ enim excludit revelationem sui, quia decernat sui non revelationem: sic namque erit revelabile, et non erit revelabile; sed quia, loquendo de omni revelabili, statuit omnino revelare (nihil): ex quo sequitur, ipsum decretum excludere entitative, et exercite sui ipsius revelationem.

VI. Replicabis. Implicat, quod istud decretum, decerno, nullum verum revelare, ~~[illegible]~~ (terminetur) ad omne verum; aliter, ad ipsum terminaretur. ergo implicat quod istud decretum, ~~decerno~~, nullum revelabile revelare ~~[illegible]~~ (terminetur) ad omne revelabile. Urgetur: potest Deus decernere, nullum decretum liberum concipere; sed implicat, quod istud decretum ~~terminetur~~ ad omne liberum

decretum; ut constat ex terminis: ~~ergo similiter im-~~
~~plicat, quod decretum terminetur ad omne libe-~~
~~rum decretum, ut constat ex terminis:~~ ergo
similiter implicat, quod decretum nichil reve-
landi terminetur ad omne revelabile. Adde:
potest Deus revelare, se nichil revelaturum;
et potest promittere, se nichil promissurum: quin
ejusmodi revelatio, et promissio se ipsas excludant.
ergo potest Deus decernere, nichil revelare,
quin istud decretum excludat suam revelationem.

182 13. Concesso antecedente
nego consequentiam; quæ à paritate non tenet. 1°:
quia cum possibile sit veritas irrevelabilis, stultum
esset decretum de non revelando omnino vero, inclusa
illa veritate; neque decerni prudenter potest, non
revelare id, quod est irrevelabile. 2° quia evidenter
ostenditur, omne decretum habere rationem veri:
quapropter decretum nichil revelandi non potest
terminari ad omne verum; sic terminare-
tur ad se ipsum, ac proinde erit revelabile, et

omni
enim
enim

non erit revelabile. Probo, omne decretum possibile esse revelabile quoad existentiam, aut aliquod revelabile esse irrevelabile: et tunc habebis quod loquendo de omni revelabili non possit Deus decernere, nichil omnino revelare; tunc ~~non~~ enim habebis, istud decretum fore stultum, et fore revelabile, simul et irrevelabile. Ad Urgentiam: istud decretum, decerno nullum decretum liberum concipere, terminaretur ad omne decretum liberum imperabile; ipsum autem decretum non erit imperabile per aliud decretum: si ~~enim~~ enim ~~da~~ procederetur in infinitum decretorum imperantium: unde illud decretum non terminaretur ad seipsum, quippè quod imperabile non erit. Hinc paritas ista pro nobis est: nam Deus loquendo de omni decreto imperabili potest statuere, nullum ejusmodi decretum concipiam; et istud decretum erit in imperabile: ergo Deus loquendo de omni objecto revelabili potest statuere, nichil omnino revelabo; et istud decretum erit

D.1., C.2. - 7

irrevelabile. Additamentum non urget: nam revelatio de nihil revelando est evidenter revelatio; et promissio de nihil promittendo est evidenter promissio: quapropter se ipsas non excludunt; neque Deus est liber ad nihil revelandum, revelando se nihil revelaturum; neque est liber ad nihil promittendum, promittendo se nihil revelaturum. At est liber ad nihil revelabile revelandum: unde potest, loquendo de omni revelabili, decernere, se nihil revelaturum; quod decretum excludit essentialiter suam revelationem.

XXX 14. Objicitur 3.º Contra 2.um assertum. Hoc ipso quod aliquid à Deo reveletur creaturæ, illud est à creatura credibile: ergo non est possibilis veritas revelabilis à Deo, et incredibilis à creatura. Probatur antecedens: hoc ipso, quod aliquid à Deo reveletur creaturæ, illud est à creatura audibile; sed esse audibile est esse Credibile: ergo. — 4.º revelabile est ostendibile

8

per locutionem; sed implicat, quod Deus loquatur, et quod creatura non possit credere: ergo. Probatur minor: loqui est saltem virtualiter, et implicitè sic decernere: volo, ut creatura sciat ex me, hoc objectum ita esse; sed cum hac Dei voluntate implicat, quod objectum sit à Creatura incredibile: ergo. Accedit 1º Deus non potest sic statuere, nolo, ut Petrus ullum intellectus actum eliciat; et istud decretum Petro revelare: ergo nec potest sic statuere, nolo ad ullum fidei actum cum Petro concurrere; et hujusmodi decretum Petro revelare. 2º istud decretum, nihil statuit de fide non prestanda ipsi decreto: ergo non excludit actum, quo credatur: ergo non est incredibile à creatura.

15. Ad 3um nego antecedens: et distinguo majorem probationis: hoc ipso, quod aliquid creaturæ à Deo reveletur, illud est à creatura audibile, per apprehensionem, concedo; est audibile per assensum, nego majorem: et distinctà similiter minore, nego.

D. 1, C. 2.

nego consequentiam. Multa audimus, quae non credimus: ut cum audimus haereticas propositiones; quapropter audire non est credere: atque proinde non hoc ipso, quod aliquid sit audibile, est credibile. Igitur illa revelatio, illudque objectum, volo ad ullum creaturae actum fidei concurrere, audiretur per apprehensionem; et non poterit audiri per assensum, etiam fidei naturalis: nam hunc etiam assensum potest decretum illud comprehendere.

Contra ~~[illegible]~~ 16. Ad 2um omitto maiorem: neque ~~[illegible]~~ possum loqui cum excomunicato vitando, sed possum cum aliis loqui coram ipso; quo casu illi revelarem, et non ipsi loquerer. Nego minorem; et maiorem probationis. Ratio: nam ad rationem locutionis sufficit iste voluntatis actus: volo creaturae manifestare hoc objectum, et meum conceptum; qui quidem actus potest terminari ad objectum, et conceptum, quae credi non possunt. Si ~~[illegible]~~ Deus potest efficaciter velle

Contra 3o

loqui,

quin vellit efficaciter, quod audiens ex ipso sciat, rem ita esse; cur non poterit velle efficaciter loqui, quin vel inefficaciter velit, quod audiens credat? Tunc, cum locutio est de objecto credibili, dabitur voluntas illa, saltem interpretativa, quâ Deus velit, quod audiens credat: nam tunc est locutio causa per se inducens ad assensum.

17. Ad 1.um additamentum.

Potest quidem Deus concipere decretum illud: *nolo cum Petro concurrere ad ullum intellectus actum*; sed non potest tale decretum Petro revelare: esset enim loqui cum incapaci audiendi, quod est contra conceptum locutionis rationalis. Ad 2.um, concesso antecedente, distinguo consequens: ergo non excludit imperativè, et signatè actum, quo credatur, concedo; non excludit entitativè, et exercitè, nego hanc, et alteram consequentias. Quoniam ejusmodi decretum imperativè, et signatè excludit omnium credibilium assensum; excludit entitativè, et exercitè assensum ad ipsum decretum terminatum:

ut de illo alio decreto, quo Deus statueret, nihil illi omnino revelare, dictum est supra, quoad excludendam hujusmodi revelationem. — Ad extremum nota: omne verum quoad possibilitatem est à Deo revelabile, et à creatura credibile. Est dicere: possibilitas decreti essentialiter irrebelabilis est revelabilis à Deo; et similiter, possibilitas decreti revelabilis, et essentialiter incredibilis, est credibilis à creatura, si ea possibilitas reveletur. Igitur solum admittimus verum irrebelabile, quoad existentiam; et irrevelabile incredibile, quoad existentiam.

Sectio 2.ª

Fidei objectum materiale proximum exponitur

18. Conclusio. Omne revelatum à Deo est objectum materiale proximum fidei. Probatur: quod de se potest proximè terminare assensum, quo Deo dicenti creditur, est objectum materiale proximum fidei; sed omne revelatum à Deo est tale, ut de se possit proximè terminare assensum, quo Deo dicenti

creditur: ergo omne revelatum à Deo est objectum materiale proximum fidei. Constat major; et minor negari nequit: nichil ~~enim~~ à Deo revelatum est, quod credibile de se non sit; revelatum autem ideo non poterit de se proximè ~~non~~ terminare assensum, quatenus de se non erit credibile. Vides, conclusionem procedere de proximitate objectiva; non de subjectiva: nam si revelatio, aut revelationis sensus, non constet nobis sufficienter, tunc objectum de se est proximè credibile, sed non est proximè subjectivè credibile quoad nos. Inter objecta materialia fidei primarium est Deus, in quem cetera ordinantur; que proinde secundaria sunt. Ex his eminentius objectum est Christus Dominus; postea succedunt Sacramenta, et reliqua omnia revelata. Verum, ut Deum, et non ut glorificatorem, esse objectum primarium fidei, est comunis Theologorum sensus: tum quia nobiliora sunt predicata, quibus Deus est necessariò Deus,

enim

citiva

D. 1., C. 2.

quam prædicata contingentia, quibus est hominum Salvator, et Glorificator; tunc quia lumen gloriæ datur primario ad videndam Dei essentiam, et pro eo lumine substituitur modo lumen fidei.

19. Consectarium.

Denique revelabilia sunt, aut quæ revelanda supponantur, sed quæ à Deo revelata sunt, pertinent ad objectum materiale proximum fidei. Hæc est omnium Theologorum sententia, apud Arriagam, disp. 3, sect. ~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~ ipse, ~~[illegible]~~ supponitur, quod facta à Deo revelatione, qua testaretur, se posse aliquid revelare, vel aliquid postea revelaturum, illud poterit jam credi. Ratio: nam Deus revelans, se aliquid posse revelare, aut revelaturum postea, revelat, illud esse verum: de essentia enim objecti revelabilis, aut revelandi à Deo, est, esse verum: ergo in vi revelationis jam factæ de possibilitate revelationis, aut de hujus futuritione, objectum revelabile, aut revelandum

potest jam credi; nimirum ea ratione, qua revelatur, esse revelabile, aut revelandum. Devolvitur dubium ad revelationem possibilem, aut futuram, de qua nobis aliunde, quam ex Dei revelatione, constare, supponatur; et in hoc sensu,

2p. Probatur doctrina nostra: nam fides ex auditu, ita ut ei non possimus credere, quem non audierimus; juxta illud Apostoli ad Romanos 10: quomodo credent ei, quem non audierunt? Sed, Deo non revelante, ipsum non audimus: neque enim audimus, nisi loquentem: ergo, Deo non revelante, ipsi non credimus: ergo non quae revelabilia sunt, aut quae revelanda supponantur, sed quae à Deo revelata sunt, pertinent ad objectum materiale proximum fidei: Accedit ratio: assensus fidei est ex hoc motivo, quia Deus interponit suam authoritatem in dicendo; sed hanc Deus non interponit, per revelationem futuram, multoque minus per possibilem: ergo ad actum fidei non sufficit revelatio possibilis, aut

etiam futura, ac proinde solum quae revelata sunt pertinent ad objectum materiale proximum fidei. Praemissae constant ab exemplis. 1°: motivum obedientiae est, quia Deus interponit suam authoritatem praeceptivam; et hanc non interponit per praeceptum possibile, aut futurum. 2°: Motivum spei est quia Deus interponit suam fidelitatem; et hanc non interponit per promissionem possibilem, aut futuram. Ergo similiter in re nostra, fidei motivum est, quia Deus interponit

non suam authoritatem in dicendo, et hanc interponit per revelationem possibilem, aut futuram.

Dices 1°. Eadem

196 21.

est revelatio possibilis, futura, et facta, sistente tota diversitate penes status: sed statuum diversitas non diversificat virtutes: et sic ad eandem misericordiam pertinet sublevare a praesenti miseria, impedire possibilem, et occurrere futurae: ergo ad eandem fidei, ad quam pertinet assensus propter revelationem factam, pertinet assensus exhibitus propter revelationem possibilem, aut futuram. — Concessa majore, nego minorem universaliter sumptam, quae exemplo adducto il-

non probatur: eo siquidem convincitur, quod aliquando diversitas statuum objecti motivi non obsit rationi formali virtutis; non autem, ~~quod nunquam~~, quod numquam obsit: Constat hoc in exemplis pro nostra doctrina adductis: obedientia namque postulat preceptum in statu exercito; et spes postulat promissionem factam. Atqui sicut obedientia movetur ex hoc, quod res est precepta, et spes ex hoc, quod res est promissa, sic fides move~~tur~~ ex hoc, quod res est dicta à Deo: ergo.

22. Dices 2º. instando. Voluntas hodierna faciendi cras rem illam, que precipietur, est actus obedientie; similiter, qui certus erit, cras promittendum esse à Deo aliquod bonum, poterit hodie illud sperare: ergo à pari, ~~ad~~ actum fidei non requiritur, quod revelatio sit facta. Nego 1am. antecedentis partem de obedientia formali: neque ~~enim~~ est formalis obedientia actus, qui non precipitur; voluntas autem illa hodierna faciendi cras, quod precipietur, nec precipitur hodie, nec cadit sub preceptum crastinum. Distinguo 2am. partem

antecedentis: illud concedo, de spe innixa misericordiæ Dei, aut alij perfectioni, ex qua moveretur Deus ad promitendam postea; et illud nego de spe innixa fidelitati divinæ. Ratio: nam ut spes nitatur fidelitati, requiritur, quod a fidelitate sperem, Deum esse promissurum cras; at quandoquidem Deus non promisserit esse promissurum cras, consequens est, ut quamvis sim certissimus de promissione crastina, non innitar fidelitati ad spem promissionis crastinæ, ac per consequens ad spem boni futuri. Ex dictis neganda est consequentia; et retorquenda paritas: nam obedientia non potest esse circa materiam prout subest præcepto tantum possibili; et spes non potest respicere bonum quod promitti potest: ergo nec fides potest esse circa objectum prout subest revelationi tantum possibili.

23. Dices 3º. Revelatio futura est moraliter præsens quoad movendum assensum fidei:

Ergo objectum revelandum est objectum materiale proximum fidei. Antecedens probatur 1°: nam meritum movet, quia est; et ~~tamen~~ × dum est futurum, et praevisum, est moraliter praesens quoad movendam voluntatem collativam praemii: ergo similiter revelatio futura est moraliter praesens ~~[illegible] moraliter~~ × movendum assensum; * ergo a pari revelatio futura est moralis praesens ad movendum assensum fidei — Nego antecedens. Ad 1am probationem: utraque pars antecedentis est vera; sed tamen meritis praevisis, non debetur illa voluntas collativa praemii: et quod in Deo detur ab aeterno, provenit ex Dei immutabilitate. Igitur proprie loquendo merita futura, et praevisa movent ad voluntatem collativam praemii quae erit debita, non autem ad voluntatem, quae jam sit debita. Nego consequentiam: nam ad assensum, qui sit fidei, non sufficit moralis existentia revelationis; cum iste assensus habeat esse ex hoc motivo, quia Deus dicit: et Deus, dum actu non

× tamen

× quoad

* 2°, et immediatius: revelatio praeterita est praesens moraliter ad movendum assensum: ergo a pari K.

non loquitur, nichil dicit. Ad 2.^{um} ejusdem antecedentis probationem, concedo antecedens, et nego consequentiam. Disparitas est: revelatio preterita supponit interpositam Dei authoritatem in dicendo; et voluntas, qua Deus imperavit locutionem, est, ut propter locutionem preteritam credamus. At per revelationem futuram non est interposita Dei authoritas in dicendo; nec Deus per voluntatem loquendi de futuro vult, ut credamus propter locutionem futuram. Hinc est, quod Deus locutus preterita nobis de presenti moraliter loquitur; non autem nobis de presenti moraliter loquitur per revelationem futuram.

22. Dices 4.º instando.

Jam infallibile est, verum esse quod Deus revelatur; et quod potest revelare, quam quod actu revelabit: ergo revelatio possibilis, et futura sufficiunt ad assensum infallibilem. Rursus: iste assensus erit intelectuale obsequium exhibitum divine authoritati:

Ergo iste assensus propter revelationem possibilem, aut futuram erit assensus fidei. — Concedo consequentiam: neque ~~enim~~ enim motivum sufficiens ad hoc, ut assensus sit infallibilis, sufficit, ut assensus sit fidei; ut constat in Visione beatifica, et in actu scientiae infusae. Distinguo antecedens subjunctum: iste assensus erit intelectuale obsequium divinae authoritati non interpositae, concedo; interpositae, nego antecedens, et consequentiam. Itaque per revelationem possibilem potest interponi divina authoritas; per futuram interponetur: quapropter intelectuale obsequium praestitum divinae authoritati circa revelabila, aut revelandum, non erit fides formalis; sicut non erit formalis obedientia executio rei prout illa subest praecepto possibili; aut futuro.

25. — Replicabis.

Assensus propter revelationem possibilem, aut futuram pertinet ad aliquem habitum intelectualem; non est alius assignabilis, nisi habitus fidei: sed ad istum pertinet: ergo ille assensus est actus fidei.

De Virt. Theol. C.º 13.

D.1., C.2.-

Obijcitur: dissensus negans, esse verum, quod Deus revelabit, aut revelare potest, erit heresis: ergo assensus credens, esse verum, quod Deus revelabit, et potest revelare, est assensus fidei.

~~1811~~ 26. Ad Replicam

poterit trasmitti integer silogismus, et negari sub illata consequentia. Notatum est supra, n. 437, ab habitu fidei elici actum, qui non sit fides formalis: cum videlicet intelectus assentitur divinæ authoritati seorsim ab assensu, quo propter divinam authoritatem revelantem credatur obiectum revelatum. Hinc non improbabiliter dici poterit, assensus propter revelationem possibilem, aut futuram elici ab habitu fidei: nam, quamvis ille assensus non sit fides formalis, est tamen assensus, quo intelectus bene se habet ergo principia fidei formalis, nempe erga Dei authoritatem, et testimonium. Hac responsione omissa, Concedo maiorem, et nego minorem: assensus namque

ille pertineret ad habitum vel Methaphysicae, vel theologiae: ad istum, si intellectus assentiatur propter Dei testimonium, huic universali: quidquid Deus revelat, aut revelare potest, verum est: ad illum, si eidem universali assentiatur propter veritatem objectivam evidenter notam. — Ad Urgentiam: aut Deus revelavit, esse verum quidquid revelaturus est, et revelare potest; aut non? Si hoc: dissensus ille non esset haeresis. Si illud: erit haeresis: quia oppositus revelationi actuali; non quia oppositus revelationi possibili, aut futurae. Transmisso itaque antecedente, distinguo consequens: ergo assensus, quo credatur, esse verum, quod Deus revelabit, aut potest revelare, est assensus fidei, si nitatur revelationi actuali, admitto; si innitatur revelationi possibili, aut futurae, nego consequentiam. Solutio explicatione non indiget.

27. Quaeres hic: qua ratione se habeant ad fidem, et ejus materiale objectum, falsitates

objectivè oppositæ veritatibus revelatis? Dicendum, se habere ut objecta materialia fidei dissentientis, sive fidei in ordine ad dissensum. Ratio: nam eadem Dei authoritas, et revelatio, quæ movent ad assensum veritatis revelatæ, movent ad dissensum oppositæ falsitatis; et sic ad eamdem fidem, ad quam pertinet iste assensus, Deus est unus, pertinet dissensus iste, Deus non est multiplex.

Sectio 3.ª

An Dei authoritas sit objectum materiale fidei

[redacted] 28. Hæc difficultas ex eo nascitur, quod Dei authoritas sit objectum formale fidei, et fidei objectivum principium movens ad credendum. Ex hac doctrina, in antea dictis stabilita, duo hæc suppono. 1.um divina authoritas prout est ultimum fidei resolutivum non potest esse objectum materiale fidei. 2.um assensus primo exhibitus divinæ authoritati non potest esse fidei formalis. Id sic intellige, ut ~~xxxxxx~~ debeat prius credi divina

x Succes-sione re-ati

authoritas, aut saltem prioritate causalitatis, et natura, ante omnem assensum, quo aliquid per fidei formalis assensum creditur. In quaestione communior sententia docet, Dei authoritatem esse objectum materiale proximum fidei; et sic tenet Card. Lugo, d. 3, s. 3. n. 54. Dissentiunt aliqui, quibus adheret Aversa, tr. 1., controv. 3ª.

29. Conclusio. Dei authoritas in dicendo est objectum materiale proximum fidei. Probatur: omne, quod à Deo simpliciter revelatum est, est objectum materiale proximum fidei; sed Dei authoritas in dicendo, revelata simpliciter à Deo est: ergo Dei authoritas est objectum materiale proximum fidei. Supponitur maior: nam quidquid Deus enunciat, asserit, et testatur, potest propter ipsius authoritatem, et testimonium credi: ad quid enim Deus diceret aliquid, si id propter ipsius authoritatem, et testimonium non poterit credi? Minor constat ex testimonijs datis, cap. 1., n. 19., in quibus Deus suam in dicendo authoritatem apertè, et formaliter revelat. Adde illud

Apri.

D. 1, C. 2. —

» Christi Domini, Joann. 8: qui misit me verax est, et illud
» Apostoli ad Rom., 3: Est Deus verax. Praeterea: Deus
revelando mysterium, revelat etiam suam authorita-
tem ut rationem formalem assentiendi mysterio: nam
Deus loquens ad creaturas, vult, ut credant propter
ipsius dictum idque ipsis intimat; quia propter signate
revelando mysterium, revelat exercite suam autho-
ritatem, qua dictum infallibilizatur. Explicatur
Deus revelando mysterium, illud testatur: hoc est, vult,
quod ipsi Deo credatur, et offert suam authoritatem,
ut exhibeatur assensus. Id michi probant Scripturae:
» illud precipue Isaie, Cap. 43, V. 10: Vos testes mei, dicit
» dominus, et servus meus, quem elegi; ut sciatis, et credatis
» michi, et intelligatis, quia ego ipse sum. Simile est illud
» Apti. Domini, Joann., cap. 10, v. 38: Si michi non
» vultis credere, operibus credite; ut cognoscatis, et
» credatis, quia pater in me est, et ego in patre. Atqui
revelatione testari mysterium, ut credatur propter di-
centis authoritatem, est exercite revelare authorita-
tem, ut rationem formalem assentiendi mysterio:

ergo Deus sic revelat exercite suam authoritatem, dum signate revelat mysterium.

Opponitur 1.°

3o.

Omnis revelatio Dei est utilis ad nostram doctrinam, et ad expelendam nostram ignorantiam; sed revelatio, quâ Deus testetur suam authoritatem, non est utilis ad eum finem: cum per prius debeamus assentiri divinae authoritati, quam revelationi, et sic jam revelatio authoritatis nullam doctrinam nobis afferret, nullam nec à nobis expelleret ignorantiam: ergo. Constat minor ex probatione adjuncta; et major desumitur ex illo Apostoli 2. ad Timot. 3: omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum.— Opponitur 2.° ut Dei authoritas in dicendo sit objectum materiale fidei, deberet credi ipsa authoritas propter seipsam; sed hoc est propriissimè esse objectum formale fidei: ergo implicat in terminis, quod authoritas Dei sit objectum materiale fidei.— Opponitur 3.° assensus fidei est, saltem virtualiter discursivus; sed hoc assensus generi credi non potest divina authoritas: ergo hoc è non

D.V., C.2.—

potest credi assensu fidei: ac proinde non potest esse fidei
objectum materiale. Probatur minor: [crossed out] simpli-
citer necessarium ad assensum discursivum fidei est
divina authoritas; sed hæc non potest esse [crossed out] ad assen-
sum, qui eidem authoritati exhibeatur: sic [crossed out] enim
intellectus non transiret mentaliter ab una veri-
tate ad aliam, sed in eadem omnino veritate per
sisteret: ergo.

31. Ad 1. distinguo maiorem: omnis reve-
latio Dei est utilis practicè ad nostram doctrinam, et
ad expellendam nostram ignorantiam, stantem in privatio-
ne alicuius cognitionis perfectæ, concedo; est utilis ad
nostram doctrinam speculativè, et ad expellendam nos-
tram ignorantiam, consistentem in privatione omnis cog-
nitionis, nego maiorem: et constat ad reliqua.

Adductum Apostoli testimonium benè concilia-
tur cum illis testimoniis, quibus ostensum est, Deum
expressè, et signatè revelasse in divinis Scripturis
suam ipsius in dicendo veracitatem: ut jam ex-
pono, explico distinctionem datam. Superflua.

antece-
dens

antece-
dens

erit divina revelatio de authoritate, si aliud non ad aliud
esset, nisi ad assensum divinae authoritatis: nam iste
assensus haberi potest ex naturali evidentia; et habetur
ex superna illustratione, quoties propter authorita-
tem ~~fidei~~ creditur mysterium revelatum. Hinc fide
ista revelatio de authoritate non requiritur, ut doce-
amur speculativè de eadem authoritate, nec requiri-
tur, ut eandem authoritatem non ignoremus prorsus.
Est itaque utilis, et requiritur hujusmodi revelatio,
ut doceamur practicè; et ut non laboremus ignoran-
tia, consistente in privatione alicujus perfectae cogni-
tionis, cujus capax est intellectus, et qua rectè ordi-
natur erga Deum. Ista autem cognitio est assensus,
quo propter authoritatem Dei loquentis praestando
intentionale obsequium, credimus, ipsum esse divinae
authoritatis; sicuti propter authoritatem Dei
loquentis, praestando intentionale obsequium, credimus
quodcumque aliud mysterium à Deo revelatum.
Quod verò in praedicto assensu exhibito divinae autho-
ritati sit motivum sufficiens ex parte intellectus,

D. 1., C. 2. – cap. 1.,

et etiam motivum honestissimum ex parte voluntatis ad illum imperandum, probatum habes, n. 28.

32. Ad 2.^um distinguo majorem: ut divina authoritas esset objectum materiale fidei, deberet credi ipsa authoritas propter se ipsam praecise ex terminis authoritatis, nego; propter se ipsam, et revelationem, concedo: sed in hoc sensu, nego minorem, et consequentiam. Assensus exhibitus authoritati praecise formaliter ex terminis authoritatis, et propter ipsius veritatem intrinsecam objectivam, non est praecise talis assensus fidei: cum non sit ex hoc motivo, quia Deus dicit; et per oppositum, assensus exhibitus authoritati propter ipsam, et propter revelationem, est formaliter fidei assensus: et sic eadem authoritas, quae ex parte antecedentis in assensu causali fidei est praecise objectum formale, ex parte termini est objectum materiale.

33. Ad 3.^um concessa majore, nego minorem. Ad probationem respondent aliqui: evidens est, Deum non posse de se ipso affirmare, quod sibi non

convenit: nam si Deus sibi tribueret imperfectionem; quidquid ~~in~~ [enim] Deo non convenit est imperfectio. Hinc, cum Deus de se ipso affirmaret, esse universaliter veracem, recte infertur Deum esse universaliter veracem, sive esse verum omne ~~ipsum~~ [ipsius] dictum. ~~In~~ isto autem casu ali assensi non est idem antecedens, atque consequens: nam consequens est universalis determinatio Dei ad locutionem veram; et antecedens est illa Dei determinatio ad non affirmandum de se ipso, quod sibi non convenit: ne videlicet in seipsum sit injurius. — Contra: nam quamvis solutio isto principijs veris innitatur, et bene colligat, quidquid ex ipsis colligit, non tamen difficultati satisfacit. Ratio: quia res est de assensu fidei, quo creditur authoritas: aliter hæc non esset objectum materiale fidei. Atqui assensus ille colligens authoritatem Dei in dicendo, ex impotentia Dei ad affirmandum de se ipso, quod sibi non convenit, non est assensus fidei: ergo. Probatur minor: assensus ille non crederet Deo, quia ipse dicit: neque ~~enim~~ [enim] ejus motivum sufficit ad credendum Deo, si dicat, ut dicit, Verbum

D. 1, C. 2.

Verbum esse incarnatum; sed creaeret Deo quia tale determinatum objectum dicit. Atqui assensus, quo non creditur Deo, quia ipse dicit, non est assensus fidei: ergo

34. Respondent aliqui: ex authoritate divina cognita conditionate, adjuncta revelatione, transit intellectus ad assensum absolutum exhibendum eidem authoritati; et sic assensus fidei exhibitus divinae authoritati correspondet huic discursui. Si Deus est, summa veritas in dicendo est, sed Deus dicit, se esse summam veritatem in dicendo: ergo Deus est summa veritas in dicendo. Impugnatur solutio: nam assignatus discursus est illegitimus: ut enim propositio conditionata inferat absolutam, necessarium omnino est, quod purificetur conditio; conditio autem adductae conditionalis est Dei existentia; unde totum antecedens, ex quo determinatur intellectus ad assensum absolutum authoritatis divinae est Dei absoluta existentia. Hucusque non habetur assensio fidei exhibitus authoritati. Superest, ut ulterius progrediatur intellectus ex authoritate

absoluté praecognitā, et ex revelatione adjuncta, ad alium absolutum assensum ejusdem authoritatis; et sic manet insoluta difficultas: quod nempè intelectus non transeat ex unā veritate ad aliam, sed in eadem omnino veritate immotus persistat.—

35. Respondent alij: servatur discursus, dum intelectus propter authoritatem divinam et revelationem, assentitur authoritati: nam ex parte antecedentis authoritas affirmatur directè, et eadem ex parte consequentis affirmatur reflexè; ut exponitur per hunc discursum. Quidquid Deus dicit, est verum; sed Deus dicit, quod, quidquid Deus dicit, est verum. ergo verum est, quod quidquid Deus dicit est verum. Contra: nam propter authoritatem, et revelationem directè assentitur intelectus alijs mysterijs revelatis: ergo similiter propter authoritatem, et revelationem potest directè assentiri ipsi authoritati revelatae. Supponitur antecedens, et consequentia probatur: nam sicut Deus directè, et impliciter affirmat alia mysteria revelata,

D. 1, C. 2. —

Sic simpliciter, et directe affirmat, etiam ipsius authoritatem: assensus autem ~~[illegible]~~, quo Deo credimus, est per correspondentiam ad revelationem, qua Deus affirmat. Itemque in hac reflexione, verum est ~~[illegible]~~ quod, quidquid Deus dicit, est verum, formalissimè assentitur intellectus huic directè, quidquid Deus dicit, est verum. Atqui hæc ipsa directa propositio fuit posita ut antecedens in allato discursu, in quo erat propositio maior: ergo eo discursu transit intellectus ab eadem veritate directè assensa ad eamdem directè assensam veritatem; quod est non discurrere, sed sine motu intentionali per se ~~[illegible]~~; ac per consequens difficultas inexplicata manet.

Major constare debet: nam seclusis vocibus, nil aliud est dicere, Verbum incarnatum esse, verum est, atque dicere assentiendo Verbum incarnatum est. Ergo in hac reflexione, verum est, quod dicta ~~[illegible]~~

36. Igitur ad probationem minoris negatæ concedenda est maior: nempè quod antecedens necessarium ad assensum discursivum fidei est divina authoritas. ~~[illegible]~~;

P. V, C. 2. 128

distinguenda est minor: sed divina authoritas secundum se, et seorsim à revelatione non potest esse ~~[illegible]~~ autecedens ad assensum, qui eidem authoritati exhibeatur, concedo; divina authoritas, simul cum revelatione, nego minorem. Probatio adjuncta convincit, quod concedimus; non autem quod negamus. Si intellectus ex authoritate secundum se praecise, et specificativè colligeret authoritatem secundum se praecise, et specificativè, nichil colligeret, et nec virtualiter discurreret, sed immotus in eodem assensu persisteret. At non sic se habet intellectus, cum fide credit divinam authoritatem: nam pro antecedente assumit authoritatem simul, et revelationem; et in consequenti colligit authoritatem secundum se praecise, et specificativè sumptam. Alijs terminis: pro antecedente ponitur authoritas ut exercita; et in consequenti infertur authoritas ut potens exerceri. Quod autem hoc sufficiat ad assensum causalem, sivè ad discursum, probatur ab exemplo, et à ratione. Exemplum sit exacta argumentatio à toto ad partem, sive in physicis, sivè in methaphysicis; rectè ~~[illegible]~~ arguimus: Existit homo: Ergo

~~[illegible]~~ 37.

P. 1, C. 2. –

Ergo existit anima rationalis; et: est homo: ergo est animal. Ratio est: nam intelectus discurrere est determinari ab uno ad alium assensum; sed ab assensu complexo, vel à complexo assensuum authoritatis secundum se, et revelationis de ipsa determinatur intellectus ad simplicem assensum authoritatis secundum se, et specificativè receptae: ergo hac serie assensuum, vel formalitatum assensuum discurret intelectus. Constat major; et minor suadetur: nam hec principia; Deus est prima veritas in dicendo, vi cujus, quidquid ipse dicit, ita est; et: Deus dicit, se esse primam veritatem in dicendo: determinant intellectum ad assensum istum: Deus est prima veritas in dicendo. Considera hanc formalem argumentationem, ad cujus correspondentiam assensus fidei exhibitus authoritati, est virtualis discursus: Deus est prima veritas in dicendo: ergo quidquid dicit, est; sed dicit, se esse primam veritatem in dicendo: ergo Deus est prima veritas in dicendo. Vides in hac argumentatione

consequens esse formaliter, et explicite idem cum parte antecedentis; sed quoniam adiungitur alia pars, ex utraque completur integrum antecedens [et] ubi est discursus: et eadem veritas est consequens, et antecedentis pars. Ideo, ut antecedentis potest esse evidens: et ut consequens collectum a toto antecedente, cuius altera pars est obscura, potest esse obscura; ut allatam per evidentiam [argumentationem] constat.

Sectio 4.ª

An divina revelatio sit objectum materiale Fidei

De revelatione divina sciri possunt haec duo: 1.ᵘˢ quod vere est divina revelatio: 2.ᵘˢ quod est infallibiliter vera. Suppono, revelationem divinam quoad existentiam, et quoad infallibilitatem, esse objectum materiale fidei in quantum reflexe ista duo sunt a Deo revelata. Constat multis Scripturae testimoniis. Habes reflexam revelationem de revelatione mysteriorum nostrae religionis. Joann. 1: 18

„ Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit;

„ et ad Galat., c. 1: notum vobis facio evangelium, quod

„ non est secundum hominem: neque [enim] ego ab homine

D. 1, C. 2. —

didici; „ accepi illud, neque ~~didici~~, sed per revelationem Jesu Christi. Habes reflexam revelationem de infallibilitate revelationis divinæ. Ps. 116: veritas Domini manet in æternum; et Math. C. 24: Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Devolvitur itaque difficultas ad revelationem directam, ut est signum, per quod Deus aliquid enunciat; et hoc semel extenditur idem dubium ad revelationem ipsam reflexam.

39. Conclusio. Revelatio divina, et quoad existentiam, et quoad infallibilitatem, est objectum materiale fidei. Sic docent Suarius, et Vazquius, quos citatos sequitur Oviedo, Controv. 2, punct. 7. Oppositum docent aliqui, quos ~~[illegible]~~ [illegible] ~~[illegible]~~ Probatur Conclusio: omne implicite revelatum a Deo est objectum materiale fidei; sed revelatio divina (directa nempe, et spectando in ipsa) est simpliciter revelata a Deo, tam quoad existentiam, quam quoad infallibilitatem; ergo divina revelatio, et quoad existentiam, et quoad infallibilitatem, est objectum materiale fidei. Probatur 1.a minoris pars: revelatio notificando seipsam, notificat objectum; notificare autem,

et revelatæ pariter se habent: ita propter Deus reve-
lando formaliter objectum, revelat in actu exercito ipsam
revelationem. Rursus: per revelationem exter-
nam revelat Deus suum internum conceptum
et voluntatem, qua intendit objectum manife-
stare, et esse fide dignum: hæc ~~enim~~ omnia enim
manifestantur per revelationem externam, quæ
est rationalis locutio, ad hoc directa, ut aliquid
fide credatur. Ideo si Petro asserenti se sacrum
audivisse, dicam: tu non loqueris formaliter,
quia id, quod verbis profers, indicare non intendis;
aut si dicam: tu non judicas rem modo, quo verbis illam
profers: si, inquam, hoc Petro asserenti opponerem,
mendacem ipsum facerem. Nunc sic: revelatio divina
quoad existentiam dicit, et revelationem externam
et internos Dei actus: nempe quibus vult manifestare
rem, et conceptum; sed Deus directe, et formaliter reve-
lando mysterium, revelat in actu exercito revelatio-
nem externam, et ipsos per internos illos actus: ergo
in actu exercito revelat ipsam revelationem quoad
existentiam: ergo revelatio divina quoad existentiam

est simpliciter revelata à Deo. Probatur jam 2.ª pars minoris: Deus signate revelando mysterium, revelat exercitè suam infallibilem authoritatem: sed revelare suam infallibilem authoritatem est revelare, quod omnis revelatio à Deo facta, est infallibilis: ergo Deus signatè revelando mysterium revelat exercitè, quod omnis revelatio à se facta est infallibilis: ergo exercitè revelat infallibilitatem ipsius revelationis, qua signatè revelat mysterium: ergo divina revelatio quoad infallibilitatem est simpliciter à Deo revelata. Maior discursus constat ex dictis, num. 29, hoc capite.

40. Objicitur 1.º Revelatio divina, ut existens, et ut infallibilis, includitur in objecto formali fidei, qua creditur mysterium revelatum, Trinitas v.g.ª: ergo revelatio divina neque quoad existentiam, neque quoad infallibilitatem, est objectum materiale fidei. Constat consequentia: nam quod includitur in objecto formali habitus, nequit esse objectum materiale ejusdem habitus. Probatur antecedens: objectum formale fidei est quod signatè

per hanc propositionem: Deus ut dicens, veritatis et infallibilis veritatis; sed in significato ejus propositionis includitur revelatio ut existens, et ut infallibilis: sicut in significato hujus homo ut albus est visibilis, includitur albedo ut existens, et ut visibilis: ergo.

XXII

21 Concesso antecedente, distinguo consequens: ergo revelatio divina, necnon quoad existentiam neque non infallibilitatem est objectum materiale fidei, prout praecise versanda circa objectum signate revelatum, Concedo; aliter, nego consequentiam. Ad hujus probationem dico, objectum formale habitus ea ratione qua est objectum formale, non potest esse objectum materiale; potest autem sub alia ratione: et sic divina revelatio prout signata revelata mysterii non est objectum materiale fidei, sed formale, et principium objectum ipsius fidei; sed ~~[illegible]~~ tamen prout est exercita revelatio subjective est fidei objectum materiale. Revelatio itaque divina non solum terminat immediate assensum fidei, inquantum ipsa est ~~[illegible]~~ principium objectivum assensus adhibiti objecto materiali; sed et terminare ef

— De Virt. Theol. C.° 14.

assensum causalem, et virtualiter discursivum, in quo ex fidei principijs ipsa credatur per modum conclusionis illatae ex ipsa tamquam ex antecedente partiali: et ejusmodi assensus sic tendit. Quia Deus revelando trinitatem, simul in actu exercito dicit, se revelare infallibiliter Trinitatem, credo, quod Deus infallibiliter revelat Trinitatem. Sed instando,

244 Objicitur 2°.

92.

Quamvis revelatio seipsam notificet, non tamen se ipsam revelat: neque ~~ante~~ reflectit supra seipsam, affirmando de se ipsa suam existentiam, et infallibilitatem: ergo revelatio divina, intransitive ad aliam reflexam revelationem, non est objectum materiale fidei. Probatur antecedens. cognitio, qua aliquid affirmo, nihil affirmat de seipsa; lux materialis, dum ostendit alia, ostendit seipsam quin supra se reflectat: ergo similiter de revelatione, qua affirmatur, ~~[illegible]~~ mysterium. Confirmatur: nam si Deus exercite revelat signatam mysterij, hæc ipsa exercita revelatio poterit fide credi: ergo opus erit alia exercita revelatione; et in hac ~~affirmatione~~ idem argumentum; et ibitur in infinitum.

Nego antecedens;

245

Margin: erim; et ostenditur ~~[illegible]~~ revelationem, affirmatur

et affirmando aliquam propositionem: exercitè non reflec-
tit sonitus supra se ipsam affirmando de se ipsam suam
existentiam et impossibilitatem, concedo; non reflectit
exercitè, nego subdistinctionem. Sicut, qui dicit, Per
Dominum, jurat, quamvis non dicat signatè,
Juro per Deum; et sicut qui dicit, Deus est unus,
exercitè affirmat suum judicium internum
quamvis non dicat signatè, Judico, Deum esse unum:
sic qui loquitur, exercitè affirmat, se loqui, quamvis
id signatè non affirmet. Atque è nihil per hanc debi-
bitur, interrum sensum illius propositionis Christi
" Domini. Matth. C. 16: Dico tibi, quia tu es Petrus:
con fecisse sermonem, si directè, et simpliciter dixisset:
Tu es Petrus. Ergo per locutionem directam exer-
citè affirmat, qui loquitur, se formaliter loqui;
hoc est: quod adhibet signa externa ad manifestandum
suum conceptum internum, et rem ipsam significa-
tam. Ad probationem antecedentis, transmitto
antecedens, et nego consequentiam; quae ex allatis
exemplis non bene descendit. Probatum est,

D.V., C.2. 1

ex ipsa natura locutionis rationalis, eum, qui loquitur, exercite affirmare, se loqui; eumque de ratione cognitionis, qua affirmatur objectum, non sit, quod aliud de ipsa affirmatur; neque de ratione lucis materialis sit, quod supra se reflectat, illuminando seipsam: hinc constat disparitas.

43. Ad confirmationem distinguo antecedens: si Deus exercite revelat signatam revelationem mysterij, haec ipsa exercita revelatio poterit fide credi, per modum principij fidei concedo; per modum conclusionis, nego antecedens, et consequentiam. Sensus est: locutio rationalis tota consistit, in notificando rem, conceptum internum, et voluntatem manifestandi rem ipsam: qua propter sistendum est, in signata affirmatione rei significatae, et in exercita affirmatione revelationis signatae. Alio modo: eatenus directa mysterij revelatio est exercita revelatio sui, quia est signata revelatio mysterij: sed exercita revelatio prout talis non est signata revelatio directae revelationis: ergo exercita revelatio prout talis non est ulterius

exercita revelatio sui ipsius: quod licet exercite revelat seipsam directam revelationem, credi potest per medium principii primi; non tamen per medium conclusionis. Recole dicta n. 133, capite 1°.

44. Instas. Sequitur quod revelatio, praecise ut revelans, non potest esse objectum formale fidei, qua creditur objectum signate revelatum; hoc dici non debet: cum ad fidem objecti sufficiat, quod ipsum reveletur: ergo. Probatur sequela majoris: revelatio non potest esse objectum formale fidei, nisi quatenus seipsam notificat, et exercite affirmat conceptum internum, et voluntatem manifestandi objectum; sed quatenus seipsam notificat, et exercite affirmat eum conceptum, et eam voluntatem, non est praecise ut revelans: sic enim ipsa est exercite revelata: ergo. Admitti potest maior, et negari minor, et ad probationem adjunctam dicetur: objectum esse revelatum imprescindibile est ab hoc, quod revelatio signata objecti sit exercita revelatio sui; ac proinde non est absurdum, quod revelatio, ut praecise revelans,

D. V. C. 2.

non possit esse objectum formale fidei: cum hoc ipsum, quod est, esse signatam revelationem mysterij, sit in praescindibiliter, esse exercitè revelationem simul ejus. Negetur tamen maior. Ad probationem distinguo majorem: revelatio non potest esse objectum formale fidei, nisi quatenus seipsam notificat, et exercitè affirmat conceptum, internum, et voluntatem manifestandi objectum, et non est opus, quod prout est talis exercita affirmatio accipiatur ad assensum, concedo; et est necessarium, quod prout est talis exercita affirmatio accipiatur, nego majorem: et constat ad reliquum. Est dicere: revelatio externa, prout est signata objecti affirmatio conjuncta cum ijs actibus scientiae divinae, et voluntatis manifestandi objectum, praescindendo ab hoc, quod isti actus exercitè affirmentur per externam revelationem, sufficit, ut objecto exhibeatur assensus; sed revelatio externa ut praescindens ab hoc, quod ejusmodi actus per ipsam affirmentur,

exercite, est revelatio pure revelans, et non sit exercite revelata; ergo

Sectio 5.ª

De objecto implicitè revelato

248

95.

Dicitur objectum implicitè revelatum objectiva conclusio; quæ per discursum theologicum ex veritate objectiva formaliter, expressè, et signate revelatâ, infertur ~~[illegible]~~ infallibiliter. Non quærimus modo: an conclusio hujusmodi formalis habita per formalem discursum sit actus fidei? Quærimus: an ejusmodi conclusio objectiva, detecta, seu explicata per discursum theologicum sit objectum materiale fidei divinæ? Discursus theologicus potest esse multiplex. 1.us: in quo utraque præmissa sit revelata. 2.us: in quo altera præmissa sit revelata; et non altera. 3.us: in quo præcisa revelata sit universalis; et non revelata singularis, aut particularis. 4.us: in quo præmissa non revelata sit universalis; singularis autem, aut particularis sit revelata. 5.us: in quo consequens objectivum sit ~~[illegible]~~ formaliter, essentialiter, et realiter cum præmissa, ~~[illegible]~~ constitutivè idem cum præmissa revelatâ. 6.us: in quo consequens objectivum sit tantum materialiter &

D. 1, C. 2. — × objectiva revelata identificatum. Horum discursuum exempla opportunè dabimus, prout res postulabit.

26. 8XI Assertum 1.um Quod implicitè formaliter revelatum est à Deo, est objectum materiale fidei; implicitè autem formaliter revelatum est, tùm quod est essentialiter, et constitutivè idem cum objecto explicitè revelato; tùm quod ex duabus præmissis objectivè revelatis infertur infallibiliter; tùm etiam veritas singularis, aut particularis, quæ in veritate universali revelata continetur. Doctrina Asserti quoad omnes partes tenent multi quos inter Suar. Vazq. Ripalda, et alii apud [illegible]. Cur dixerimus implicitè formaliter revelari, quæ modo aliquo ex assignatis revelantur, hæc mihi est ratio: quoniam quæ sic revelantur, aut sunt formaliter idem (saltem tamquàm indifferens in includente) cum objecto revelato explicitè, aut nequeunt omnino negari, quin aliqua veritas formaliter revelata negetur: ut perpendenti constabit =

× prymysa

– tollit … … tis

– sum

D. 1., C. 2. 47. - 5.
135

Probatur assertum: quod est propriè, et simpliciter 226 à Deo dictum, est objectum materiale fidei; sed quod implicitè formaliter revelatum est à Deo, est propriè et simpliciter à Deo dictum: ergo quod implicitè formaliter revelatum est à Deo, est objectum materiale fidei. Supponitur major; et probatur minor: quod precisè stando Dei dictis colligitur infallibiliter, est propriè, et simpliciter dictum à Deo; sed quod implicitè formaliter revelatum à Deo est, colligitur infallibiliter, precisè stando Dei dictis: ergo Ambe premisse sunt probande, ex quibus consequentia deducitur legitimè. Probatur maior 1º, exregio D. Nazianzeni discursu, orat. 37., que est 5.ª de Theologia, ubi probans Spirit. S. Divinitatem ex ijs, que in Scripturis sunt expresse revelata, subjungit. Omnino perspicuum est, hec de his sumpta esse, ex quibus colliguntur, tametsi minimè (hoc est expresse) dicantur. Paucis interjectis, hec addit pre oculis habenda. Quod si tu, bis quinque, aut bis septem,

P. 1, C. 2.

» dicenti, decem, aut quatuordecim, ex verbis tuis colli-
» gerem, aut ex eo, quod animal ratione praeditum, et
» mortale, diceres, hominem esse concluderem: an tibi
» nugari viderer? Nequaquam profecto, cum tua
» dicerem. Ergo propriè, et simpliciter est dictum Dei,
quod praecise stando Dei dictis colligitur infallibiliter.
Probatur 2º à ratione majore eadem: quod Deus suis dictis, ita esse confirmat, id propriè, et simpliciter est dictum à Deo; sed quod praecise stando Dei dictis colligitur infallibiliter, id Deus suis dictis, ita esse confirmat: nam istius dei veritas ostenditur per praecisa Dei dicta; aliter, praecise stando Dei dictis, res illa non colligeretur, infallibiliter: ergo quod praecise stando Dei dictis colligitur infallibiliter, id propriè, et simpliciter dictum à Deo est. Probanda est jam minor nostri discursus, haec nempe: quod implicite formaliter à Deo revelatum est, colligitur infallibiliter praecise stando Dei dictis; idque probandum est discurrendo per tres partes asensus nostri.

98. Probatur pars 1ª quod est in conceptu formali,

et quidditativo veritatis revelatę explicitè, colligitur infallibiliter precisè stando Dei dictis; sed quod est essentialiter, et constitutivè idem cum objecto explicitè revelato, est in conceptu formali, et quidditativo veritatis explicitè revelatę: ergo. Minor est certa; et de majori dubitandum non est: illam facile probabis ratione, et exemplis, quibus usus est D. Nazianzenus. Subijcio discursus theologicos, in quibus consequens est de fide, quia est formaliter, et constitutivè idem cum objecto explicitè revelato. 1.^us^: omnis homo est animal rationale; Christus Dominus est homo: ergo Christus Dominus est animal rationale. 2.^us^: omnis homo est substantia; Christus Dominus est homo: ergo Christus Dominus est substantia. Vides in his discursibus unam tantum premissam esse revelatam; sed quia in altero conse- discursu quens est adequatè formaliter idem cum premissa revelata, et in altero consequens includitur forma- discursu liter in premissa revelata: ideo utriusque consequens est objectum materiale fidei. In ejusmodi discursibus premissa non revelata dicitur applicatio, seu ex-

D. 1. C. 2. –

explicatio revelationis: quatenus videlicet ejusmodi præmissa non revelata detrahitur, quod consequens, objectivum est formaliter constitutivè idem cum objecto explicitè revelato. Nota, ut quæstionem de voce fugias: immediata explicita revelatio objecti est immediata implicita revelatio illius, quod formaliter, et constitutivè est idem cum ipso; sed tamen non est immediata explicita illius revelatio: quoniam, ut moveat ad assensum, indiget luce alterius cognitionis, qua revelatio explicetur, et applicetur ad objectum modo illo implicitè formaliter revelatum.

49. Ratio 2.a nostri assertionis probatur: quod omnino negari non potest, nisi negando id, quod dictum est à Deo, colligitur infallibiliter, præcise stando Dei dictis; sed quod ex duabus præmissis objectivis revelatis infertur infallibiliter, negari omnino non potest, nisi negando id, quod dictum est à Deo: ergo. Constat major; et minor est evidens: nam cum à contradictorio consequentis valeat ad contradictorium antecedentis, fieri omnino nequit, quod negetur consequens deductum

ex praemissis revelatis, quin aliqua ex praemissis negetur. Subjicio discursus Theologicos, in quibus consequens est de fide, quia ex duabus praemissis objectivè revelatis infertur infallibiliter. 1.^us^ sit de medio universali: omnis Apostolus accepit Spiritum Sanctum; D. Matheus est Apostolus: ergo D. Matheus accepit Spiritum Sanctum. 2.^us^ Sit expositorius, sive de medio singulari: natura Spiritus Sancti est natura Patris Æterni; sed natura Patris Æterni est vera Deitas: ergo natura Spiritus Sancti est vera Deitas. In utroq. discursu consequens infallibiliter colligitur, praecisè stando Dei dictis; ac proinde est objectum materiale fidei.

XXIII

50. Probatur pars 2.^a^ ejusdem assertii: quod est pars essentialis, et constitutiva totius, quod dictum est à Deo, colligitur infallibiliter, praecisè stando à Dei dictis; sed veritas singularis, aut particularis, quae in veritate universali revelata continetur est pars essentialis, et constitutiva totius, quod à Deo,

D. V., C. 2.

revelatum est: ergo. Maior probata jam est loquendo de objecto, quod essentialiter, et constitutivè est idem cum objecto explicitè revelato; minor autem constat: nam veritas universalis est formaliter, et constitutivè collectio omnium singularium, aut particularium; ideoque ab universali ad singulares propositiones valet descensus, et ascensus à singularibus ad universalem propositionem. Subjicio discursus Theologicos, in quibus consequens est de fide, quia est veritas singularis contenta in veritate universali revelata. 1.us sit affirmativus: omnis homo est redemptus à Christo; ego ipse sum homo: ergo ipse ego à Christo sum redemptus. 2.us sit negativus: nullus parvulus decedens sine baptismo salvatur; sed iste abortivus decedit sine baptismo: ergo iste abortivus non salvatur. In utroque discursu ~~[illegible]~~ praemissa universalis est revelata; et quia in ipsa continetur, ut veritas singularis, consequens deductum: ideo in utrusque discursus consequens objectivum est objectum materiale fidei. In iisdem

discursibus premissa non revelata est applicatio, seu explicatio revelationis: ea data deteguitur, revelationem explicatam veritatis universalis, esse revelationem implicitam veritatis singularis in universali contentæ. *errum*

51. Assertum 2.um Quod implicite virtualiter revelatum est à Deo, est objectum materiale fidei; implicite autem virtualiter revelatum est, tùm quod ex una veritate explicitè revelata adjuncta alia non revelata, infertur infallibiliter ut quid realiter cum veritate revelata identificatum; tùm etiam quod est terminus, cum quo veritas revelata metaphisicè conectitur. Sic docent Suar., Vazq., Faslus, Albertinus, Prepositus, et alij, quibus accesit Esparza hic quæst. 29.

52. Probatur assertum: quod est propriè, et simpliciter à Deo dictum, est objectum materiale fidei; sed quod simpliciter virtualiter à Deo est revelatum, est propriè, et simpliciter dictum à Deo: ergo quod implicitè virtualiter à Deo est revelatum,

est obiectum materiale fidei. Supponitur maior; et probatur minor: Deus, explicitè revelando aliquod objectum, propriè, et simpliciter dicit, verum esse quidquid requiritur, ut illud objectum sit verum; sive, quod idem est, propriè, et simpliciter dicit, falsum esse, quidquid sufficeret, ut illud objectum non esset verum. Atqui veritas objecti implicitè virtualiter à Deo revelati, requiritur, ut sit verum objectum explicitè revelatum: et, quod in idem recedit, falsitas obiecti implicitè virtualiter à Deo revelati, sufficeret, ut obiectum explicitè revelatum non esset verum. Ergo Deus implicitè revelando aliquod obiectum, propriè, et simpliciter dicit, objectum implicitè virtualiter revelatum esse verum, et ejus contradictorium esse falsum: ergo quod implicitè virtualiter à Deo est revelatum, est propriè, et simpliciter dictum à Deo.

53. Probatur maior discursus facti: Deus explicitè revelando aliquod objectum, pro veritate sui dicti interponit summam ipsius authoritatem:

sive, ut ita dicam, tota sua authoritate spondet pro veritate sui dicti. Sed hoc est, proprie, et simpliciter dicere, verum esse quidquid requiritur, ut objectum revelatum explicitè sit verum; falsum que esse, quidquid sufficeret, ut illud objectum non esset verum: ergo. Hæc mihi certa sunt, et ulterius confirmantur. 1º quia si Deus aliquid explicitè revelaret, et revelando diceret: præscindo ab hoc, quod non detur quidquid requiritur, ut illud dictum sit verum; aut ab hoc, quod detur aliquod, quod falsificetur: absque dubio ista revelatio nec sufficeret ad firmam, et infallibilem fidem, nec esset digna Deo. Ergo in revelatione, qua Deus aliquid explicitè testatur, non est ejusmodi præcisio; ac proinde Deus propriè, et simpliciter dicit, verum esse, etc. 2º à paritate fidei humanæ: nam qui aliquid testatur, sic interponit suam authoritatem, et quasi spondet pro veritate sui dicti: quantum in capio, quantum sapio, res ita se habet; et nihil deficit, quod ad rei

veritatem requiritur; nec est aliquid, quod illa reddat falsam. Ergo Deus testificando explicite aliquid, revelat suam infallibilem scienciam de eo, quod datur quidquid requiritur, ut dictum sit verum, ac per consequens proprie et simpliciter dicit, verum esse &c. Quod autem hoc non exprimatur signate per verba, quibus Deus aliquid explicite revelat, non est, quod non dicatur proprie, et simpliciter: nam
" significatio verborum ex causis est sumenda dicendi
" quia non sermoni res, sed rebus sermo subiectus est.
ut fert aurea regula desumpta ex D. Hilario,
× intelli- et habetur in jure canon., Cap. × [illegible]gentia, 6. de verbor. significacione; cujus in concusso veritas comprobatur in omni divina, et humana eruditione, et ipso hominum quotidiano commercio. At qui ex fine, quam Deus intendit, dum aliquid explicite revelat (nempe infallibilitare suum dictum, et movere fidem nostram) ostenditur, sensum et intelligentiam revelationis istam esse, quod

detur quidquid requiritur, ut objectum explicite revelatum sit verum, et quod nil detur, quo illud objectum non est verum: ergo. XXX

54. Jam verò probatur minor nostri discursus. Inprimis: si non esset verum consequens objectivum, quod infertur infallibiliter, ut quid realiter ~~identificatum~~ cum premissa revelata, hæc falsificaretur: supponitur ~~[illegible]~~ enim vera altera premissa non revelata: ergo veritas objecti implicitè virtualiter à Deo revelati, requiritur, ut sit verum objectum explicitè revelatum. Exemplum habes in hoc discursu theologico. Christus est homo; sed omnis homo est risibilis: ergo Christus est risibilis. Vides à contradictoriis consequentis, servata eadem minore, esse legitimam consequentiam ad contradictorium propositionis maioris, quæ est premissa revelata. Deinde: negato termino methaphisicæ conexioni, impossibile est omnino, quod

identificatum
enim

quod detur fundamentum; cùm hæc sit essentia
ejusmodi conexionis, ut sit infrustrabilis insepara
bilitas fundamenti à termino: ergo veritas object
hoc modo implicitè virtualiter à Deo revelati, re
quiritur, ut verum sit objectum explicitè revela-
tum. Exemplum dat discursus iste Theologicus:
dixit Deus, fiat lux: ergo facta est lux. Istud
consequens (quod in se est explicitè revelatum) im
plicitè virtualiter revelatum est in antecedente:
nam Dei voluntas efficax, et omnino absoluta co-
nectitur methaphisicè cum re decreta; quapropter
à contradictorio consequentis in assignato discursu
valeret ad contradictorium antecedentis
formaliter, et explicitè revelati.

Sectio 6.ª

Respondetur contrarijs argumentis

228 / 55. Arguitur 1°. contra utrumque assertum:
non sunt objectum materiale fidei, quæ Deus
non loquitur; sed Deus non loquitur, quæ implicitè

formaliter, aut virtualiter revelantur: ergo. Probatur minor: loqui, est dare signum manifestativum rei ex intentione, ut audiens rem ipsam inteligat; sed Deus non habet intentionem, qua velit, ut audiens revelationem explicitam inteligat ea quæ implicite revelantur: immò potest Deus habere contrariam efficacem intentionem: ergo. 229

56. Respondetur, concessa maiore, negando minorem. Approbationem distinguo maiorem: loqui, est dare signum manifestativum rei ex intentione, saltem conditionatâ, ut audiens rem ipsam intelligat, concedo; ex intentione determinatè absoluta, nego minorem, sumptam universaliter. Distinguo similiter minorem: Deus non habet absolutam intentionem, qua velit ut audiens revelationem explicitam intelligat ea, quæ implicite revelantur, et potest habere contrariam efficacem intentionem, concedo; non habet intentionem

D.V., C.2.

conditionatam, et Dui contrariam intentionem potest habere, nego minorem, et consequentiam. Sensus est: volitio, qua Deus explicitè revelat, est essentialiter volitio, qua Deus vult conditionatè, quod si audienti constet, aliquid esse simul implicitè revelatum, audiens inteligat, illud ita esse. Potest Deus non intendere, quod illud esse implicitè revelatum constet audienti; et potest velle efficaciter, quod id audienti non constet. Hinc unicè probatur, ea, quæ implicitè revelantur, non eo ipso esse ~~objectum~~ objectum materiale proximum fidei extrinsecè, et quoad nos; non autem quod intrinsecè, et quoad se non sint fidei proximum materiale objectum. Si inferas: ergo revelatio Dei implicita est materialis locutio, saltem si fiat cum absoluta intentione, quod audiens rem non inteligat; sicut materialiter loquitur Poeta, dum recitat fabulas cum intentione, quod audientes non assentiantur: nego consequentiam. Ratio: quia revelatio

implicita est intrincese utilis, ut audiens assentiatur; et solum extrincese non est utilis: quatenus audienti non constet. 2°: quia Deus intendit, quod audiens implicite credat objectum implicite revelatum; intendit ~~enim~~ assensum infallibilem enim objecti explicite revelati: et hujusmodi assensus implicite credit, esse quidquid requiritur, ut dictum Dei sit verum, et nichil esse, quo poterit falsificari. Constat ex dictis manifesta disparitas ad alienissimum exemplum adductum pro consequentiæ probatione. 286

57\. Arguitur 2°

contra 1^us^ assertum. Quod implicite formaliter à Deo revelatum est, non est proprie, et simpliciter revelatum: ergo non est objectum materiale fidei. Consequentia constat; et antecedens probatur facta inductione per singulos modos, quibus exponitur formalis et implicita revelatio. Imprimis: revelato definito objectivo, non revelatur

D.1, C.2.

neque

simpliciter objectiva definitio: ~~neque enim est~~ Deus revelans, Christum esse hominem, revelat definitionem hominis, esse animal rationale; et insuper: stante revelatione Dei de rebus ferè innumeris, certi sumus de definitis objectivis, et non de objectivis definitionibus: ergo quod est formaliter, et constitutive idem cum objecto explicitè revelato, non est simpliciter revelatum. Deinde: consequens objectivum infallibiliter illatum ex duabus præmissis revelatis non cognoscitur ex vi revelationis præcisè: nam revelatio præmissarum non enunciat, quod ex præmissis colligitur illud consequens: ergo quod ex duabus præmissis revelatis infertur infallibiliter, non est simpliciter revelatum. Denique: si esset simpliciter revelata veritas singularis, aut particularis, quæ in universali revelata continetur, possemus fide credere quamlibet veritatem determinatam evidentem; hoc est absurdum: ergo. Probatur minor exemplo hujus discursus: quidquid Deus potest revelare, verum est;

Sed Deus potest revelare, totum esse majus sua parte: ergo totum esse majus sua parte, verum est. Major est de fide; et minor, quae continetur in majore, est per se nota: ergo &c.

58. Respondetur negando antecedens. Et probationem elidam, praenotanda sunt ista. 1.us non agimus modo de objecto materiali fidei proximè credibili proximitate subjectiva, sed objectiva: stat enim quod verè, et a parte rei objectum sit revelatum, et quod nobis de illa revelatione non constet sufficienter; quod est idem, atque objectum illud in se, et absolutè esse revelatum; et non extrinsecè, et quoad nos. 2.us revelatio implicita sivè illa sit formalis, sivè virtualis, ut proximè moveat ad actum fidei, indiget aplicatione, sive explicatione; haec autem revelationis applicatio, sivè explicatio stat in cognitione, qua credituro innotescit, revelationem explicatam unius objecti, esse revelationem implicitam alterius. 3.us claritatis gratia, nobis accipienda est cognitio methaphisicè evidens, qua revelatio explicita

unius ad

D. 1., C. 2. —

aliud objectum applicetur: quidquid sit, an sufficiat ad ejusmodi applicationem cognitio minoris certitudinis, ut est evidentia naturalis, aut moralis certitudo; de quo dicemus infra, à n. 289. His praemissis, ad antecedentis probationem ~~descendo~~.

–nes

59. Ad 1.^am inductionis partem nego antecedens: neque ~~enim~~ magis sunt una, et eadem ~~objectiva~~ veritas, bis quinque, et decem, quàm definitum objectivum, et objectiva definitio; ut sunt, homo, et animal mortale ratione praeditum: quae sunt exempla adducta à D. Nazianzeno supra citato. Hinc sicut qui dicit, bis quinque sunt legis praecepta, dicit, simpliciter, illa esse decem; sicque dicit, Petrus est homo, dicit simpliciter, illum esse animal rationale. Igitur revelato explicitè definito, revelatur simpliciter definitio: et vicissim. Probationes antecedenti adjunctae cadunt. 1.^a quia Christum esse Dominem, non est, definitionem hominis esse, animal rationale; sed est, Christum esse animal rationale: homo ~~enim~~, et animal rationale, sunt una formalissima quidditas. Hinc, quin Deus revelet, definitionem

enim, objectiva, enim

hominis esse, animal rationale, revelando explicitè, Christum esse hominem, revelat simpliciter, Christum esse animal rationale. 2ª quia eatenus dum certi sumus de definitis objectivis à Deo revelatis, possumus esse incerti de objectivis definitionibus, quatenus careamus applicatione, seu explicatione revelationis; hinc autem, non habetur, quod revelato definito non sit simpliciter revelata definitio: sed solùm, quod per revelationem definiti possit definitum esse proximè subjectivè credibile, et definitio ~~tantum~~ objectivè proximè credibilis. tantùm

60. Ad 2ᵃᵐ partem facti inductionis, nego antecedens; quod adjuncta probatione non evincitur: perspicuum namque est, ex Scripturis colligi quædam, quamvis non explicitè dicantur, teste D. Nazianzeno: Si autem Scriptura enuntiaret, quod illa ex revelationibus explicitis colliguntur, jam illa eadem explicitè dicerentur. Igitur consequens objectivum infallibiliter illatum ex duabus præmissis revelatis cognoscitur explicitè revelationis præcesse.

D.1., C.2.

Dices: requiritur cognitio de bonitate illationis. Occurro: requiritur cognitio practica, sive exercita; quę alia non est, quàm recta, et penetrativa cognitio premissarum objectivarum: sed non requiritur cognitio signata, et reflexa de bonitate illationis. Demus, quod hęc etiam requiratur: Solùm habebitur, istiusmodi cognitionem requiri ut explicationem, seu aplicationem revelationis; quod non obest, ut consequens objectivum sit simpliciter revelatum.

61. Ad 3.am ejusdem inductionis partem, dicunt aliqui, ~~quibuscum~~ ~~Maur~~, non esse immediatè revelatam hanc universalem propositionem: quidquid Deus potest revelare verum est; sed istam: quidquid Deus revelare potest, et revelat, verum est. Huic responsioni stando, poterit negari sequela majoris. At quoniam revelata est summa Dei authoritas; quoniam revelatum est, Deum neque falli, neque fallere, posse: ~~potest~~: adduci non possum, ut negem, hanc universalem esse revelatam: quidquid Deus potest revelare, verum est.

Concedo itaque maiorem, et nego minorem: neque ~~[struck]~~ est, unde probetur sequelæ ~~xxxx~~ absurditas. Dices: supponitur, aliquas esse veritates non credibiles fide. Respondetur, esse aliquas non credibiles proximè subjectivè; aliquas insuper, quæ, cùm sint proximè subjectivè credibiles, non sunt ex necessitate credendæ actu fidei explicite: hoc utrumque supponitur, et neutro probatur illius sequelæ absurditas. Dices: priùs scitur esse verum, totum esse majus sua parte, quam esse propositionem inclusivam in illa universali revelata: Omne, quod Deus potest revelare, verum est. Respondetur, ex veritate unica illius principij cognoscitur, esse inclusum in universali propositione revelata; quod non obest, ut illud idem principium terminet novum assensum ex motivo revelationis detectæ. Dices: non quod Deus potest revelare, sed quod revelavit, est ipse objectum proximum materiale fidei. Respondetur, non esse objectum materiale proximum fidei, quod Deus revelare

potest

D.1., C.2.-

atentā præcisse revelatione posibili; esse tamen, prout subest revelationi actuali implicite. Vide quæ diximus, ~~XXX~~, hoc cap., n. 26.

XXX 62. Argruitur 3º. Deus, revelando propositionem universalem, non revelat, quod singularis, in universali continetur; sed hoc requiritur, ut Deus, revelando propositionem universalem, simpliciter revelet singularem contentam: ergo Deus, revelando universalem, non revelat singularem propositionem contentam: ac proinde hæc non est objectum materiale fidei. Probatur maior: nam Deus revelando, quod omnis homo descendens ex Adamo, contraxit originale, non revelavit, quod Petrus descendat ex Adamo: ergo. Confirmatur: qui negaret propositionem singularem contineri, in universali revelata, non esset formaliter hæreticus; esset, si Deus, revelando universalem propositionem, revelaret, singularem, in universali esse contentam: ergo.

XXXI 63. Respondetur distinguendo maiorem.

Deus revelando propositionem universalem, non revelat signatè, et explicatè, quod singularis in universali contineatur, concedo; non revelat eiusmodi continentiam exercitè, et confusè, nego maiorem: et distincta similiter minore nego consequentiam. Ad probationem maioris, distinguo antecedens eadem distinctione: et supponimus, quod in illa universali: omnis homo descendens ex Adamo contraxit originale, contineatur ista singularis: Petrus contraxit originale; si ~~enim~~ hoc non supponatur, exemplum non est ad rem. Ratio solutionis, et datæ distinctionis est: nam si constet sufficienter, (per evidentiam methaphysicam saltem, aut per aliam revelationem superadditam) Petrum descendere ab Adamo, constabit, Petrum esse unum de illis multis, de quibus Deus dixit, quod descendentes ab Adamo contraxere originale. Ergo Deus revelando illam universalem, revelat exercitè, et confusè, quod singularis in universali continetur. Ad confirmationem distinguo maiorem: qui negaret, singularem propositionem contineri in universali revelata

enim

non stante sufficiente applicatione, sive explicatione revelationis, nego maiorem: et distincta similiter minore, nego consequentiam. Est formaliter hæreticus (vel infidelis) qui negat revelationem sufficienter propositam, vel illam discredit; supposita revelatione universali, et accedente illius sufficiente applicatione ad propositionem singularem, jam constaret sufficienter, in universali revelata contenta esse singularem: quapropter non aliter negaret tunc aliquis, propositionem singularem in universali revelatâ contineri, nisi negando revelationem sufficienter propositam: ergo sic negans erit formaliter hæreticus.

[margin: non esset formaliter hæreticum, concedo; stante ea aplicatione,]

XX 61. Arguitur 2.º Contra 2.um assertum. Deus revelando explicitè unum prædicatum, non revelat simpliciter aliud realiter identificatum: ergo non est objectum materiale fidei, quod ex una veritate revelata, adjuncta alia non revelata, infallibiliter infertur, ut quid realiter identificatum cum veritate revelata: ergo quod sic implicitè virtualiter revelatum est à

à Deo, non est objectum fidei materiale. Consequentiæ bonæ sunt, et antecedens probatur: id Deus non revelat simpliciter, quod potest esse falsum, retenta veritate revelationis; sed retenta veritate revelationis, qua Deus explicitè revelat unum prædicatum, potest esse falsa propositio, qua aliud prædicatum realiter identificatum affirmaretur: ergo. Patet minor: nam atentâ ista revelatione: Christus est homo; et retenta illius veritate, potest esse hæc propositio: Christus est risibilis: potest ~~enim~~ intelligi, quod aliquis sit verè homo, etiam si fingatur non esse risibilem. Respondetur, falsa enim 238

65. negando antecedens: ad cujus probationem, confessa majore, nego minorem. Ad hujus probationem negatur assumptum: cùm ~~enim~~ sit methaphisica illatio: est homo: ergo est risibilis; pariter est illatio methaphisica: non est risibilis: ergo non est homo. Hinc retenta veritate hujus revelatæ: Christus est homo; falsa non potest esse propositio ista: Christus est risibilis. Adjuncta probatio, nullius est roboris: si ~~enim~~ enim

D.1, C.2.-

fingatur, aliquem non esse risibilem, intelligetur illum esse, et non esse hominem: esse, ut supponis hypotesis; non esse, quia risibilitatis negatio est metaphisicè exclusiva essentiæ hominis. At dissimulemus inutilitatem argumentationis deductæ ex hypotesi impossibili: quid evinces in re præsenti? Habebis 1º revelatio unius prædicati facta in hypotesi impossibili non erit implicita revelatio prædicati, quod in omni hypotesi possibili realiter identificatur cum prædicato revelato. Habebis 2º: Deus, revelando unum prædicatum, non revelat simpliciter quod in hypotesi impossibili daretur illud aliud prædicatum, quod in omni hypotesi possibili cum prædicato revelato identificatur realiter. Ex his inferre non poteris, quod Deus, revelando explicitè unum prædicatum, non revelet simpliciter aliud realiter identificatum: cum revelatio divina non sit de objecto prout in hypotesi impossibili, sed de ipso ut re vera est.

D.1. C.2.

[illegible]

66. 148

Instas: Deus solum revelat, quod significat passiva revelatio; sed hæc, significando formaliter unum prædicatum, non significat aliud realiter identificatum: per hanc vocem, Omnipotentia, non significatur Immensitas: ergo. Concessa maiorae, nego minorem, et probationem adjunctam: cum Omnipotentia sit Immensitas, eadem voce, qua explicitè significetur Omnipotentia, implicitè significatur Immensitas. Insuper: cum Deus revelat, se esse Omnipotentem, dicit simpliciter omne id quod requiritur ad veritatem illius enunciationis: requiritur autem se esse Immensum: ergo. Dices: Deus, revelando omnipotentiam, solum revelat, quod hæc vox, Omnipotentia, significat apud audientes: vox ergo significatio debet esse loquenti, et audienti communis; sed vox Omnipotentia apud audientes non significat immensitatem: sicut, quamvis gradus genericus, et differentialis identificentur realiter, nihilominus vox animal, non significat

enim

enim

enim

differentiam rationalitatis: ergo. Distinguo maiorem: illam concedo de significatione tum implicita, tum explicita; et illam nego de significatione determinatè explicita, et signata. Probatio adjuncta non urget: nam audiens, et percipiens explicitam vocis significationem, potest quidem ignorare significationem implicitam; sed facere non potest, quod vox id tantum significet simpliciter, quod explicite significat. Ad exemplum adductum dices: vox animal, significat confusè differentiam rationalitatis; et sufficit ad afirmandum de subjecto illam differentiam, si accedat explicatio, sive applicatio, hunc in modum. Istud vivens est animal; et non irrationale: omne autem animal est vel irrationale, vel rationale: ergo. istud vivens est rationale.

67. Instas iterum. Actus fidei non potest plus enunciare formaliter, quàm ipsa revelatio; sed revelatio formalis de uno predicato non enunciat aliud realiter identificatum:

ergo revelato formaliter uno predicato, non potest esse actus fidei formaliter enuncians aliud realiter identificatum: ergo. Nego maiorem: nam actus fidei potest formaliter enunciare, quod est simpliciter à Deo revelatum; et sic est revelatum, quod identificatur realiter cum predicato revelato. Hinc quantitas formaliter enunciativa fidei non tam mensuratur per quantitatem formaliter representativam revelationis, sed per quantitatem simpliciter attestativam: Dices: non plus credimus per fidem quam docemur à Deo; sed per revelationem omnipotentiae Deus non docet nos de Immensitate sua: ergo distinguo maiorem: illam concedo de doctrina tum implicita, tum explicita; et illam nego de doctrina determinatè explicita: et distincta similiter minore, nego consequentiam revelatio implicita est simpliciter Dei doctrina; et posita illius applicatione, sive explicatione, possumus assentiri objecto implicite revelato, quia Dei dicto confirmatum est.

D. V, C. 2. — 9.

68. Instas demum. Deus non quidquid Deus revelat de uno prædicato, revelat de alio realiter identificato: et sic de essentia divina, revelat, quod communicatur Filio; et non hoc, sed oppositum, revelat de Paternitate: ergo à pari, potest revelare unum prædicatum, quin revelat aliud realiter identificatum. Confirmatur: propter testimonium hominis asserentis, Petrum esse in foro, nemo credet, esse in foro substantiam immediatè activam actuum supernorum, quamvis constet de identitate reali Petri, et ejusmodi activitatis: ergo similiter propter testimonium Dei dicentis, se esse Omnipotentem, nemo credet, esse Immensum: ergo — Concesso antecedente, nego consequentiam, quæ a paritate non tenet: nam ex revelatione unius prædicati inferri non potest, quod quidquid illi convenit, conveniat etiam alliis prædicatis realiter identificatis; ut constat in adducto exemplo essentiæ divinæ realiter identificatæ cum Paternitate, et ab ipsa virtualiter realiter distinctæ. At ordo identitatis,

realis prestat quod ex revelatione unius predicati, detecto tali ordine, inferatur infallibiliter aliud predicatum realiter identificatum; et sic istud ea ratione, qua est inferibile, est simpliciter revelatum. Ad confirmationem, admisso antecedente, nego consequentiam ob manifestam disparitatem: nam homo revelans, Petrum esse in foro, potest ignorare, aut etiam per errorem negare alia predicata realiter identificata: unde non possum precisse ob ejus dictum alijs predicatis assentiri. At Deus, revelando Omnipotentiam, revelat implicite suum conceptum de Immensitate, et de alijs predicatis realiter identificatis; Conceptum namque Dei de uno predicato est conceptus formalis de alijs realiter identificatis: et iste conceptus implicite revelatus per revelationem Omnipotentie appa[r]et per aplicationem, seu explicationem ejusmodi revelationis: ergo hac supposita applicatione possum propter Dei dictum assentiri Immensitati,

D. V. C. 7.

Et alliis predicatis realiter identificatis cum Omnipotentia explicite revelata.

69. Argueretur 3.° Deus revelando fundamentum conexum methaphisice cum termino, non revelat simpliciter terminum: ergo terminus, cum quo methaphicisse conectitur veritas revelata, non est objectum materiale fidei: ergo non est objectum materiale fidei, quod illo modo virtualiter implicite à Deo revelatum est. Probatur antecedens: revelatio fundamenti methaphisice conexionis est ~~terminus~~ tantùm mediata revelatio termini; sed terminum esse mediate tantùm revelatum, non est, esse revelatum simpliciter: ergo. Maior probatur 1.° existere unionem conexam cum extremis, non est, verè, et propriè, quod ipsa extrema existant: ergo revelari A, conexum cum B, non est, verè, et propriè revelari B. 2.° substantiam mediate videri, quia videntur substantiæ accidentia, non est

quod verè, et propriè videatur ipsa substantia: ergo terminum Conexionis esse mediatè revelatum, non est, quod verè, et propriè sit revelatum per revelationem fundamenti. Confirmatur: sequitur, Deum per revelationem de possibilitate, aut existentia cujuscunque objecti creati, revelare etiam ipsius existentiam, cumquâ [illegible] conectitur methaphisice qualibet creatura, sive ut existens, sive ut possibilis. Sequela est absurda: ergo.

10. Respondetur negando antecedens, et maiorem probationis: nam Deus revelando expresse aliquam veritatem, testatur, esse quidquid requiritur, ut illa revelatio sit vera; ut autem revelatio de fundamento conexo methaphisice cum termino sit vera, requiritur, quod detur terminus ea ratione quâ est terminus: [illegible] unde explicita revelatio immediata fundamenti est implicita immediata revelatio termini. Haec implicita revelatio dicitur virtualis: non quia non afficiat immediate terminum; sed quia hoc modo afficit terminum, ut objectum revelatum

D.1, C.2.

implicitè non sit idem formaliter cum veritate explicitè revelatâ: et quia in discursu Theologico, quo revelatio explicatur, ex negata consequentia non valet ex vi formæ ad negandam determinatè præmissam explicitè revelatam. Quod si nomine revelationis mediatæ accipias revelationem explicitam fundamenti, quod realiter distinguitur à termino, præmissa in hoc sensu maiore, nego minorem. Probationes non urgent: ijsdem namque probabis Deum posse cognoscere fundamentum methaphisice conexionis quin verè, et propriè cognoscat terminum; et terminum mediatè cognitum in fundamento non esse verè, et propriè cognitum: quod utrinque est apertè falsum. Directè Ad 1.am probationem, con-

71.

cesso antecedente, nego consequentiam: nam existentia unionis, solum est conexio cum existentia extremorum; at revelatio unionis est implicita revelatio extremorum, non minùs ac si Deus signatè diceret: existunt ea, sine quibus unio

unio existere non potest: id namque Deus exercite dicit, dum explicitè testatur: existit unio.
Ad 2am, concesso similiter antecedente, nego consequentiam: nam substantiam mediatè videri, non est, quod sit objectum visionis, sed unicè quod sit subjectum accidentium, quæ videntur; at terminum connexionis esse mediatè revelatum (hoc est, mediante objecto distincto explicitè revelato) non est præcisè, quod sit terminus objecti explicitè revelati, sed est, quod sit objectum implicitè revelatum.
Ad Confirmationem, concessa maiore de revelatione implicita, nego minorem: nam Deus per revelationem objecti creati manifestat scientiam, quam de illo habet; hæc autem scientia est de iis omnibus, cum quibus objectum essentialiter connectitur, ante essentialissimè cum existentia ipsius Dei. Quod autem Deus revelet implicitè suam existentiam, quæ nobis aliunde et per rationem naturalem, et per fidem explicitam supponitur cognita, non est absurdum: Quandoquidem in singulis revelationibus non

D. V., C. 2. —

potest Deus ab eo prescindere, quod detur quidquid requiritur ut ipsius dictum sit verum.

Insurgit.

225 72. Ad assensum fidei non sufficit probabilitas de existentia revelationis; sed solum est probabile, quod Deus revelando veritatem aliquam, revelet terminum, cumquo illa methaphisice conectitur: ergo ejusmodi revelatio non sufficit, ut terminus assensu fidei credatur: ergo. Additur: sunt conclusiones theologice, que non sunt objectum materiale fidei, hoc maxime tenet de ijs conclusionibus, que perviam conexionis deducuntur ex Dei revelationibus: ergo ejusmodi conclusiones non sunt objectum materiale fidei: ergo.

226 73. Instantia eque probatur quod per revelationem unius predicati non redditur fide credibile aliud realiter identificatum, etiam si detegatur evidenter realis identitas. Concedenda est maior, damnata ~~[illegible]~~ enim est hec propositio:

ab Innoc. XI., quæ est 21: assensus salutaris, et utilis ad salutem, stat cum notitia solùm probabili revelationis. Distinguo minorem: sed solùm est probabile quod Deus, revelando veritatem aliquam, revelet implicite immediate terminum, cum quo ista methaphicisè conectitur ~~vidum~~; admitto; solùm est probabile, quod eo modo Deus revelet implicitè virtualiter terminum, nego minorem, et consequentiam. Illam eamdem certitudinem, quam habemus de explicita revelatione fundamenti, habemus de implicita virtuali revelatione termini methaphicisè conexionis; et solùm disputatur: an ista revelatio sit sufficiens ad fidei actum? Dicimus probabilissimè, esse sufficientem: quia Deus revelando fundamentum interponit suam authoritatem pro termino; et revelatio afficit implicitè immediatè terminum, sicut explicitè immediate afficit fundamentum. Quid si hoc, ita non sit aparte rei? Assensus exhibitus termino propter revelatorem

D.V., C.T.

fundamenti non erit reipsa actus divinæ fidei;

sed hinc unicè habetur, quod per revelationem

fundamenti terminus non sit certò objectum ma-

teriale fidei: non autem, quod non sit probabiliter.

74. Ad additamentum

concessa maiore, nego minorem de conclusionibus, quæ

per viam conexionis deducuntur infallibiliter

ex Dei revelationibus. Itaque conclusiones theo-

logicè probabiles, in quibus deducendis applicatur

revelatio per probabilem propositionem, non sunt

proximè quoad nos objectum materiale fidei:

etsi possint esse intrinsecè, et in se tale objectum;

nempè si propositio probabilis reipsa sit vera.

De conclusionibus deductis ex premissa revelata

applicata per non revelatam moraliter certam,

modo nichil statuimus; et solùm pro nunc defen-

dimus, conclusiones deductas ex premissa re-

velata, quæ applicetur per non revelatam

methaphisicè certam, esse objectum materiale fidei.

Sectio 7ª

De objecto privatim revelato

Revelationes publica, et privata differunt ex intentione Dei: publica est, quae ex Dei intentione fit, ut toti Ecclesiae proponatur; privata est, qua Deus alicui, vel aliquibus rem aliquam revelat ad propriam utilitatem, quin intendat, quod res eadem ad credendum toti Ecclesiae proponatur. Quaeritur: an res prout subest revelationi privatae sit objectum materiale proximum fidei; sive, quod idem est: an revelatio privata sufficiat ad assensum fidei divinae. 75.

76. Ad assensum fidei sufficere publicam revelationem, est catholica doctrina contra haereticos, tum antiquos, tum noviores, asserentes, omnino requiri, revelationem fieri immediate a Deo unicuique credituro: ut refert C. Bellarm. lib. 3 de verbo Dei, cap. 3. Dogma catholicum constat ex Scripturis clarissimis. De Baptista dicitur, Joann. 1: "Fuit homo missus a Deo..... ut omnes crederent per ipsum." Apostoli

D. 1., C. 2.

" dixit Christus Dominus, Math., Cap. ultimo: pre-
" dicate Evangelium omni creaturæ.... qui crediderit,
" et baptizatus fuerit, salvus erit. Accedit ratio:
nam possum credere propter authoritatem unius
hominis, qui alius referat, ipsum dixisse: ergo possum
credere propter authoritatem Dei, quæ Prophetæ,
Apostoli, et Ecclesia referunt, Deum dixisse; adsunt
× enim ~~rata~~ argumenta credibilitatis; et adest Deus superna
× illustratione ~~illustrans~~ suadens, revelationem alijs esse factam.
" Robur hujus paritatis constat ex dictis, n. 18.
cap. 1., " Exponunt Hæretici aliquos Scripturæ textus.
" Hierem. 31. dabo legem in cordibus eorum, et non
" docebit ultra vir proximum suum..... omnes ~~vide~~
" cognoscent me ex minimo ad maximum. Mathe. 23.
" ne vocemini Magistri: unus est ~~vide~~ Magister
" vester. Joann., canon. 1., c. 2: non necesse habebitis,
" ut quis doceat vos; sed sicut unctio ejus docet
" vos de omnibus. Respondetur. 1.º loco promittitur
lex Evangelica, cujus gratia exundans facit,
ut nemo doceat ultra id, quod Deus in cordibus
scribit,

Sed Deus non scribit in cordibus, nisi ad præsentiam legitimi ministerij ab hominibus præstiti. 2º loco docemur, ab hominibus forinsecus ministeria esse, et admonitiones; Deum autem esse, qui intus corda docet: non semper per revelationem privatam, sed per gratiam illustrantem. 3º loco monet nos Evangelista, ne audiamus eos, qui contraria, aut non conformia Catholicæ doctrinæ docent; sed supponit ibi, Deum regulariter non docere intus per gratiam illustrantem, nisi prævia exteriore doctrina, sic dicens: "quod audistis ab initio, in vobis permaneat." Lege D. Augustinum hac de re subtilissime disputantem, tract. 3. in citatam Canonic. Joannis.

250\. Ut ab errore Hæreticorum quàm longissimè recederent non pauci Theologi docuere, privatam Dei revelationem non esse sufficientem ad assensum fidei Theologicæ. Sic Cajetanus, Sotus, Canus, et Bañez, multique Thomistæ, quibus accedit P. Valenzia. Sententia opposita est communior; et pro illa stant Vega, Catharinus,

D.1, C.2

Corduba, Malderus, et communiter nostri cum
Suario, et Vazquio. Sermo est de revelatione priva-
tâ obscurâ: quod ~~nota~~ sufficiat revelatio privata,
cum evidentia in attestante, ad fidem divinam, si-
cum fide ~~conjungatur~~ evidentia illa, fere ab omnibus
conceditur. Supponitur etiam, privatam revelatio-
nem obscuram sufficere ad actum fidei naturalem,
quo Deo creditur: unde difficultas devolvitur ad actum
fidei divinae supernaturalis, sive infusae. Conclusio.

x, enim

x conga-tiatur

28.

Quae Deus privatim revelat, sunt objectum ma-
teriale fidei, sive, quod idem est: ad actum fidei
divinae infusae sufficit privata Dei revelatio. Pro-
batur ex Tridentino, sess. 6., cap. 12: "nisi ex specia-
"li revelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit;
"et can. 16: Si quis, magnum illud usque in finem per-
"severantiae donum se certo habiturum absoluta,
"et infallibili certitudine dixerit, nisi hoc speciali
"revelatione didicerit, anathema sit. Nec cuj
facta sit specialis, et privata revelatio de sua

praedestinatione, et finali perseverantia, is potest absoluta, et infallibili certitudine Deo ~~credere~~ fidei supernaturali, sive infusae; non autem naturali, seu acquisitae: neque ~~enim~~ Concilium agnoscit aliam fidem simpliciter infallibilem, nisi infusam; qualis est, qua de facto credimus mysteria nostrae Religionis: ergo. credere. Atqui absoluta, et infallibilis certitudo solis convenit

79. Probatur a ratione.

Eadem est Dei authoritas, quando privatim atque quando publice revelat: nam sicut quando publice revelat nec potest falli, nec fallere; sic etiam quando revelat privatim. Ergo privata revelatio sufficit ad assensum fidei infusae; ac proinde quae Deus privatim revelat, sunt objectum materiale fidei. Consequentia probatur. 1°: nam quando Deo loquenti exhibetur assensus, non est, quia revelatio comunicanda sit toti Ecclesiae, vel quia revelatio facta a Deo proponatur per Ecclesiam; sed quia Deus gaudet summa authoritate, et aliquid testatur: quod aeque in revelatione privata, atque in publica reperitur.

D. V., C. 7. —

2°: quia Dei authoritas conjuncta cum revelatione
privata infallibilizat assensum; assensus autem
infallibilis propter testimonium Dei loquentis est
fidei infusae. Confirmatur: ut fide humana credam
Petro, non obest, quod mihi soli loquatur: ergo ut
fide infusa credam Deo, non obest, quod mihi soli
loquatur: ergo ad fidem infusam sufficit revelatio
privata. Urgetur: actus quo credidit B. Virgo,
ut dicitur, Luc. 1: Beata quae credidisti; et
et actus quo credidit Abraham, ut dicitur ad
Galat. 3: credidit Abraham Deo, et reputatum
est illi ad justitiam: actus, in quam isti fuerunt
fidei infusae. Et tamen innitebantur revelationi-
bus privatis, quae postea futurae erant publicae: ergo
assensus innixus revelationi privatae, quamvis
non sit publica futura, est fidei infusae assensus;
quod ~~illa~~ enim revelatio maneat privata, vel transeat
in publicam, est extrinseca denominatio. Et prae-
supponit, revelationem esse Dei testimonium.

XXX 80. Apendix.

An eodem habitu infuso divinae fidei

C.XL.
157

Dicitur actus innixus revelationi privatæ a quo elicitur actus innixus publicæ revelationi. Ratio: actus, qui habetur ex motivo formali habitus, ab hoc elicitur; sed assensio privatæ revelationi innixus habetur ex motivo habitus infusi divinæ Fidei: nam istius habitus motivum formale est Deus ut summa veritas in dicendo; et ex hoc motivo elicitur actus ille: ergo. Confirmatur: per eundem obedientiæ habitum obedio homo Deo privatim, ac publice præcipienti; et insuper: per eundem habitum Gratitudinis Deo agimus gratias pro specialibus, ac pro communibus beneficiis: ergo per eundem fidei divinæ habitum infusum credimus Deo, sive privatim, sive publice revelanti. Consequentiæ, et paritatis ratio est: quia sicut actus, de quibus in antecedente, habent idem objectum formale; sicut et actus, de quibus in consequenti: ergo. = Respondebis: Habitus fidei infusus est ad actus fidei Catholicæ; actus autem innitens revelationi privatæ non est fidei Catholicæ: 81.

hoc est, universalis. Id desumitur ex D. Thoma,
„ varijs in locis, praecipue hic, q. 5., a. 3., dicens: Objectum
„ formale fidei est veritas prima, secundum quod mani-
„ festatur in scripturis, et doctrina Ecclesiae. Hinc
assensus innixus revelationi privatae pertinebit ad spi-
ritum prophetiae, vel ad prudentiae virtutem, vel ad
ad consilij donum. — Contra: nam probatum est
ab authoritate, a ratione, et ab exemplis, assensum
nitentem revelationi privatae, esse fidei infusae, et
haberi ex formali motivo habitus fidei. Ratio,
enim cui nititur responsio, non est efficax: fides infusa
non habet ex sua intrinseca ratione, quod sit catholica,
seu universalis; sed hoc est illi extrinsecum, et objecto
est per accidens: nimirum quod objectum proponatur
credendum toti Ecclesiae, aut quod per doctrinam
Ecclesiae proponatur singulis fidelibus credendum.
Ad authoritatem D. Thomae, dicendum: sensus est
haec fides de fide pariter Catholica, juxta Apostolum, facit,
„ ut superaedificemur super fundamentum Apostolorum,

et Prophetarum: et quae non innititur revelationi, siqua fuit alijs Doctoribus facta; ut explicat idem Angelicus 1. pt., q. 1., à 8. Oppones 1°: ad fidem
82.
infusam, seu simpliciter theologicam, requiritur, quod objectum materiale sit subordinatum Deo tanquam objecto primario, et attributioni; sed solum quae manifestantur in Scripturis, et in doctrina Ecclesiae praedictam subordinationem habent: ergo ad fidem infusam non sufficit privata Dei revelatio. Oppones 2°: siquis revelationi privatae dissentiret, non esset hereticus, nec amitteret fidei habitum; et insuper: infidelis, cui Deus privatim aliquid revelaret, non poterit credere fide infusa; neque inde haberet cum habitum fidei: ergo assensus innitens revelationi privatae non erit fidei infusae; et ad ejusmodi revelationem privatam habitus fidei non extenditur.
Oppones 3°: assensus innitens revelationi privatae non potest esse absolutè certus, nisi detur evidentia de revelatione; sed cum ista evidentia non componitur fides:

D. 1, C. 8. —

ergo. Confirmatur: aperitur via Spiritui privato, quoquisque fingat sibi speciales revelationes, et dicat, suam privatam fidem esse veram; sed opportet viam illam pravitati omnino precludere: ergo. Ad 1.^us

83.

~~XXX~~ × enim

confessa majore, nego minorem: ~~rer.~~ ~~vera~~ que Deus privatim revelet (ut multis Sanctis suam ipsorum predestinationem) non subordinata dicantur ipsi Deo ut objecto primario, et atributioni? Subordinantur, quia ex eodem motivo formali creduntur, ac creduntur ea, que de seipso revelavit Deus. Subordinantur, quia rerum privatim revelatarum contationes ad perfectiorem cognitionem Dei conducere possunt. — Ad 2.^um nego 1. antecedentis partem; erit inde hereticus, qui dissentiret revelationi private, et habitum fidei amitteret: nam quantum est ex natura illius dissensus mendacem faceret Deum. Sed quoniam Ecclesia in hereticis punit pertinaciam, et inobedientiam contra ipsam Ecclesiam, ille

ille qui revelationi privatæ dissentiret, non subjaceret pœnis Ecclesiasticis. Nego 2.am ejusdem antecedentis partem: ille infidelis, illuminatus de summa authoritate Dei poterit fide infusa assentiri privatæ revelationi; ad quod non obest, in illo non esse fidei habitum: tunc enim eliceretur supernus fidei assensus per auxilia actualia, vel ope Omnipotentiæ assistentis specialiter. — Ad 3.um nego maiorem: nam sicut publica revelatio redditur credibilis citra evidentiam; ita et privata revelatio, quin de ipsa constet evidenter, reddi potest credibilis. Non requiritur evidentia de revelatione privata; sed requiritur evidentia de prudente credibilitate ejusmodi revelationis. Ratio: quia actus fidei excludit omnem formidinem, ut imprudentem; quod non præstabit, nisi præcedat evidentia de prudenti credibilitate revelationis, sive ista sit publica, sive privata. Poterit omitti maior argumenti, et negari minor juxta probabilem multorum sententiam, de qua infra redibit sermo.

LXX

89. Ad Confirmationem nego maiorem: neque enim spiritui privato

D. 1., C. 2. — Haereticorum aperuit viam Tridentinum supponens, ex speciali revelatione posse hominem scire se esse praedestinatum, et donandum perseverantia finali. Spiritus privatus contradicens Ecclesiae, quae est Columna, et firmamentum veritatis, convincitur Spiritus mendacij; et nulla revelatio privata potest esse credibilis, nisi sit in primis conformis sensibus Ecclesiae. Dices: requiritur omnino, quod revelatio proponatur ab Ecclesia, ut fide infusa credatur;

enim dicit ~~inde~~ × Augustinus, l. contra Epistol. fundamenti, Cap. 3: "Evangelio non crederem, nisi me
" Catholicae Ecclesiae commoveret authoritas. Addit,
" Enchirid. Cap. 3: quid est credendum, quod ad reli-
" gionem pertineat? Hoc quidem interrogandi modo, supponitur, nil posse credi, quod non pertineat ad religionem catholicam. Respondeo: convincitur, quod regulariter ad fidem mysteriorum pertinentium ad religionem non sunt aliae revelationes nisi publicae; et quod non aliunde istae revelationes fiunt evidenter prudenter credibiles, nisi ex notis Eccle-

cap. 1., siae: ut explicavi, n. 150 ×

Nota: 1º, cui sit facta privata revelatio cum evidentia prudentis credibilitatis, tenetur illam credere positivè; si autem, cui constet cum evidentia prudentis credibilitatis, alteri factam esse privatam revelationem, regulariter non tenetur illam credere, sed tenetur illam non discredere positivè. Quaeres: an possit fide divina credi ab uno, quod alteri privatim à Deo revelatum est. Affirmo pro casu, quo sit evidenter prudenter credibile, revelationem esse factam alteri: nam quidquid à Deo testificatum est, dùm sufficienter constet de testimonio, potest credi propter hoc motivum: quia Deus dicit. Et quidem posse exhiberi fidem revelationi privatae, etiam si facta sit alteri, si tamen miraculo comprobetur, videtur statutum ab Innoc. III., Cap., Cùm ex injuncto, de Haereticis.

Caput 3.us

De praevijs ad actum fidei Theologicae.

Sectio 1.a

Agitur de revelatione purè existimata

Duo sunt, quae ad actum fidei Theologicae requiruntur. N. 1.

D. 1., C. 3. –

~~prævia~~: alterum notitia de divina revelatione; alterum pia credendi affectio. Hæc pertinet ad voluntatem; illa ad intelectum: nemo ~~inde~~ credit, nisi volens; et nemo credere vult, nisi aliqua rerum testificatione tangatur: ut sepissime docet D. Augustinus. De prævia credendi voluntate, agemus postea; de prævia revelationis notitia, incipimus disputare. Quæritur in primis: an ad actum fidei divinæ infusæ requiratur revelatio verè facta; an sufficiat revelatio purè existimata?

×
prævie:

×,
enim

Sententia omnium Doctorum est, de essentia actus fidei infusæ esse, quod feratur in divinam revelationem verè factam; ac proinde implicare, ~~quod~~ in purè existimatam feratur. In contrariam sententiam inclinant Scotus, et Major, apud Oviedo, controv. 3, punct. 2: et pro ea faciunt argumenta, quibus actum supernaturalem posse esse falsum, non esse temerarium dictu, contendit Ripaed., t. 1., d. 59

×
quod

Conclusio. 2.

Ad actum fidei divinæ infusæ, prærequiritur indispensabiliter, quod Deus verè, et simpliciter revelaverit rem credendam: ac proinde implicat, quod habeatur

expressa revelationis existimatione. Conclusio probari potest a paritate, et a ratione. Paritas est ista: qui invincibiliter judicat, aliquas premissas esse evidentes, et evidenter inferre conclusionem, si in alterutro fallatur, habet quidem conclusionem existimative evidentem, et scientificam; sed tamen formaliter, et reipsa neque evidentem, neque scientificam: ergo similiter, qui invincibiliter judicet, Deus aliquid revelasse, si Deus non revelavit, habebit quidem actum fidei existimative, et apparenter talis, non autem actum, qui sit formaliter, et reipsa fidei divinae. Ratio est ista: nam quidditas, et realitas assensus fidei divinae, merè requirit notitiam revelationis; sed non commensuratur positivè per solam notitiam: hoc enim est sufficiens ad actum qui sit apparenter fides; sed non ad actum, qui reverà sit fides divina: sicut conclusionem esse illatam ex principiis, quae apparent evidentia, et non sint, est, quod illa sit apparenter evidens, sed non quod reverà sit evidens: ergo ad actum

D. 1., C. 3.- fidei divinæ præerequiritur indispensabiliter quod Deus verè, et simpliciter revelaverit rem credendam. Probatio ista à paritate, et à ratione nil speciale docet de fide infusa præ naturali: eadem namque convincitur, quod assensus innixus revelationi puræ existimatæ non sit reipsa, sed solùm apparenter naturalis assensus fidei præstitæ Deo. Verum hoc est; sed specialius aliquid, et altius tenendum est de actu fidei infusæ: qui quidam eliciatur ab illo eodem superno habitu, quo Deo verè, et simpliciter revelanti credimus.

3. Probatur conclusio ab authoritate. Fides infusa est essentialiter infallibilis; non esset, si posset ferri in revelationem purè existimatam: ablato enim, quod fidei assensus nitatur vero Dei testimonio, non est, unde reddatur methaphisicè infallibilis: ergo. Major probatur ex Tridentino, sess. 6., cap. 9., ubi supponit, eam esse certitudinem fidei, cui non potest subesse falsum; et can. 16. supponit certitudinem fidei esse absolutam, et infallibilem qualis esset, quæ haberetur de perseverantiæ dono ex speciali revelatione. Dices: sensus est de certitudine naturali.

Contra: nam certitudo absoluta, et infallibilis plus est, quàm certitudo mere naturalis, quę aliquam conditionem subintelectam habet, et est simpliciter fallibilis; sed Concilium attribuit fidei absolutam certitudinem, et infallibilitatem: ergo. Dices: sermo est non de omni actu fidei infusę; sed de illa fide, quę innititur revelationi existenti, qualis est fides mysteriorum Catholicę Religionis. Contra: nam hęc Concilij propositio,
" Nullus scire valet certitudine fidei, cui non potest
" subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum; hunc sensum naturalem habet: nemo potest esse infallibiliter certus de sua justificatione; quia nemo potest id scire certitudine fidei: hęc enim est, cui falsum subesse non potest. Sic autem omnis actus fidei infusę est infallibilis: ergo. Dices: id dictum est à Concilio, non definiendo, sed obiter affirmando. Contra: hinc ad summum inferri potest, quod non sit de fide, omnem actum fidei infusum esse essentialiter infallibilem; sed tamen erit, ut minimum, temerarium, negare id, quod Concilium obiter affirmavit. Probatio secunda. 268

4.

roboratur ex unanimi Patrum, et Doctorum consensu.

D.1., C.3.-

Pro Patribus audiendus est D. Chrysost. hom. 21., in Cap. 11. ad Hebręos: *Fides est argumentum non apparentium; id est: majorem certitudinem de illis faciens, quam de his, quę videntur.* Pro Doctoribus audiatur Angelic., hic, q. 4., art. 8., ubi enumeratis virtutibus intelectualibus, nempe Sapientia, Scientia et Intellectu, concludit: *cum fides innitatur primę veritati, ea est omnium virtutum intelectualium certissima.* Tunc sic: assensus fidei est magis certus, et infallibilis, quam actus scientię; idque, quoniam fides innititur primę veritati. Sed actus scientię (saltem qui appellantur dignitates, et prima principia) sunt methaphisice certi, et infallibiles: ergo actus fidei magis habet methaphisicam certitudinem, et infallibilitatem; et ipsam habet, quia innititur primę veritati: ergo implicat, quod fidei assensus habeatur ex pura existimatione revelationis divinę.

S. - ~~288~~ Probatur conclusio a ratione. Actus fidei infusę pręsupponit essentialiter internam illustrationem, qua Deus suadet, se esse locutum;

Sed implicat, quod Deus interna illustratione suadeat, se esse locutum, si reipsa non est locutus: ergo implicat, quod detur fidei infusae actus, si reipsa Deus non est locutus: ergo implicat, quod fidei infusae actus feratur in revelationem pure existimatam. Consequentiae bonae sunt; et major supponitur. Probatur minor: interna illa illuminatione notificat Deus, se id sentire, quod correspondet locutioni, cujus existentiam suadet; sed si Deus revera non est locutus, potest non sentire id, quod correspondet locutioni, cujus existentiam suadet: ergo illa interna illuminatione poterit notificare Deus, se sentire, quod reipsa non sentiret. Hoc implicat: ergo implicat, quod Deus interna illustratione suadeat, se esse locutum, si reipsa non est locutus. Probatur minor subsumpta: Deum notificare, se aliquid sentire, est formalissime loqui, ac loquendo testari; sed implicat, quod Deus loquendo testetur, quod reipsa non sentit: ut ex terminis videtur evidentissimum; et ut certissimum

×, –nis

et de locutione, et testimonio externo, quibus ~~quibus~~ Deus aliquid revelat: ergo implicat, quod Deus notificet, se sentire id, quod reverà non sentit.

~~XXX~~ 6. Explicatur et confirmatur probatio facta. Interna illa illustratio, qua Deus suadet, se esse locutum, est formalis locutio Dei: ×, enim est ~~ratae~~ notitia à Deo infusa, qua notificando, se esse locutum, pariter notificat se ita sentire, et rem ita se habere. Sed ×, si reipsa non est locutus, potest Deus non ita sentire, et potest res non ita se habere: ergo poterit esse falsa formalis locutio Dei; quod non minus implicat, quàm quod sit falsa instrumentalis locutio Dei: hac quidem Deus externe, et ad aures loquitur; sed illa intus, et in corde docet. Totus discursus desumptus est ex sacra authoritate: ×, enim ex hac ~~ratione~~ constat, actum fidei innixe esse Dei testimonium, tum ex sua ipsius formali ratione, tunc ex illustratione superna praesupposita ad ejus elicientiam. Sic 1. Joann., C. 5. "qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Sic-

„ August. l. de praedest. SS. C. 8: qui credunt intus
„ à Patre audiunt, atque discunt. Ex quibus infertur
et prorsus inseparabilis à Dei locutione, et testimonio:
tum quatenus est infallibilis assensus de existentia
revelationis Divinae; tum quatenus oritur ex interna
illustratione, quâ Deus intus, et in corde dicit credenti,
se esse locutum. Rationem, quâ sumus innixi, tenue-
runt Quiros, tom. 1., disp. 4., sect. 2., et Anton. Perez,
hic disp. 3., Cap. 4. c. D. 1.

Objicitur 1.° Actus virtutum 265
spectantium ad voluntatem feruntur in objectum
formale prout apparens: ergo actus fidei ferri potest
in revelationem purè existimatam. Consequentia
tenet à paritate; et antecedens constat: nam qui
ficto pauperi largitur eleemosynam exercet mise-
ricordiae actum; et qui rem praestat, quam praeceptam
existimat, exercet actum obedientiae. Confirmatur:
si credas aliquid, quia existimas esse dictum à Rege,
cujus authoritatem magnifacis, illi praestas fidei
obsequium: ergo si existimas aliquid dictum à Deo,
cujus authoritatem super omnia apretias, dum
illud credis, praestas Deo obsequium fidei. Iterum:

D.1, C.3.–

eandem facilitatem, aut difficultatem experitur homo in assensu illorum, quæ Deus per se revelavit, ac in assensu illorum, quæ revelasse existimatur: ergo uterque assensus elicitur ab eodem fidei divinæ habitu: ergo.

Resp. R. Respondetur, concesso antecedente de Virtutibus moralibus spectantibus ad Voluntatem; quod bene probatur adductis exemplis actuum misericordiæ, et obedientiæ; et nego consequentiam, quæ non tenet à paritate. Ratio: nam qualitas actuum quoad honestatem, aut inhonestatem, non generica, sed specifica, desumitur ab objecto in esse objecti: hoc est, ut proposito per conscientiæ dictamen practicè rectum, juxta illud Christi Domini: Math. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. At sunt aliquæ qualitates actuum, quæ non desumuntur ab objecto in esse objecti; et sic quod actus virtutis sit de condigno meritorius desumitur ex statu gratiæ sanctificantis.

Ad rem nostram: quod actus fidei infusæ, verè, et realiter, et non existimativè, et apparenter talis, desumitur ex motione divini testimonij, nō præcisè in esse objecti, sed in esse rei: tum quia fidei infusæ actus est essentialiter infallibilis; tum quia est ex interna illustratione, qua Deus testatur, se esse locutum. Concessi, quod actus virtutum moralium possunt ferri in objectum formale prout apparens: nam hoc ipsum non est universaliter verum de actibus virtutum theologicarum pertinentium ad voluntatem. Sic non eliceret actum charitatis theologicæ, siquis errore invincibili judicans simplicitatem oppositam Trinitati esse divinam perfectionem, Deum diligeret propter ejusmodi apparentem perfectionem. Sic non eliceret actum spei Theologicæ, siquis invincibiliter errando judicaret, beatitudinem a Deo præfixam, et promissam consistere in bonis creatis, et hæc bona sibi ipsi fiducialiter expeteret.

9. Ad Confirmationem, concesso antecedente, distinguo consequens: illud concedo

de obsequio fidei prout pertinet ad voluntatem; et illud nego de obsequio fidei prout pertinet ad intellectum. Sensus est: voluntas credendi, quia imperatur assensus revelationi existimatae, habet laudabilitatem, et meritum, sicuti voluntas, qua imperatur assensus revelationi simpliciter factae; ideoque utraque voluntas (seu volitio) provenit ab eodem habitu infuso piae credulitatis. At assensus datus revelationi purè existimatae non habet rationem obsequii fidei prout pertinentis ad intellectum; nec elicitur ab habitu fidei infuso, quo intellectus perficitur. Ad alteram Confirmationem, concesso antecedente, nego consequentiam: stat ~~[illegible]~~ enim, quod duo actus pertineant ad diversas virtutes, et quod in illorum exercitio eamdem facilitatem, aut difficultatem experiamur: ergo et possumus experiri aequalem facilitatem, aut difficultatem in duobus actibus, quin uterque ad eamdem virtutem pertineat: ergo ex assignata ratione non probatur, quod assensus praestitus revelationi existimatae pertineat ad

habitum fidei infusse, ad quem pertinet assensus praestitus revelationi simpliciter factae. 268.

Objicitur 2°

10. Rusticus, cui à suo Parocho proponatur inter mysteria revelata objectum non revelatum, crederet fide infusa objectum non revelatum: ergo ad fidem infusam sufficit revelatio pure existimata. Probatur antecedens: quia crederet illud objectum propter Dei revelationem, quam à Deo esse factam, prudenter judicaret. ~~illud~~ Praeterea: eodem modo illi esset propositum objectum non revelatum, atque mysterium revelatum: ergo eadem esset obligatio credendi utrumque: ergo eadem fide infusa, qua crederet reipsa mysterium revelatum, crederet objectum apparenter revelatum. Denique: si discrederet objectum non revelatum, quod revelatum apparet, peccaret, et haeresim incurreret: ergo è contrario, si illud crederet, eliceret actum fidei verae, et reipsa talis. 269

11. Respondetur, negando antecedens; cujus 1a. probatio non urget: nam sicuti assensus propter Dei revelationem non factam, esset existimative infallibilis, et reipsa fallibilis; sic esset,

existimative assensus fidei infusae, et re ipsa non erit talis.
Quod autem Rusticus in casu adducto judicaret prudenter
revelationem esse factam à Deo, nihil probat: nam pru-
dens illud judicium sufficit, ut voluntas credendi sit honesta
et meritoria; sed non, ut assensus imperatus sit fidei in
fusae. Ad 2.^am probationem, concesso antecedente, nego
1.^am consequentiam: nam obligatio credendi mysterium
revelatum est obligatio per se, et ex lege directa; obliga-
tio autem credendi objectum apparenter revelatum
est obligatio per accidens, et ex lege reflexa: hoc est, ex
suppositione invincibilis erroris, quod existimaretur,
non posse prudenter dubitari de revelatione facta.
admitto Sed loquendo de obligatione hic, et nunc urgente, ~~nego~~ ×
enim consequens, et nego 2.^am consequentiam: fides ~~vero~~ × data
mysterio revelato erit vere divina, et ab habitu infuso;
data autem objecto apparenter revelato erit existima-
tive divina, et non ab ejusmodi habitu. Quod si eodem
actu crederentur, et mysterium revelatum, et
objectum apparenter revelatum? Ejusmodi assen-
sus complexus, sicut non esset infallibilis, ita nec

nec esset fidei infusae. Ad 3.am probationem, dicendum: qui discrederet revelationem, quae invincibiliter existimaretur divina, peccaret: ageret ~~male~~ contra × enim
conscientiam invincibiliter errantem, quam obligandi habet. At ille non incurreret haeresim formalem: deinde non haberet errorem fidei contrarium, nisi existimative; aequivalenter tamen contraheret totam malitiam formalis haeresis: nam voluntas discredendi in iis circunstantiis extenderetur virtualiter ad discredendum veram revelationem modo simili propositam. Quod si discrederet, existimans, revelationem Dei posse esse falsam, jam ille incurreret haeresim formalem: haberet siquidem errorem intellectualem vere contrarium fidei. Excepto itaque antecedente sub data explicatione, nego consequentiam: nam ut assensus sit fidei, requiritur, quod oppositus dissensus, non ~~tanti~~ aequivalenter, sed vere sit haeresis × solum
formalis; dissensus autem revelationis apparentis prout precise talis est tantum aequivalenter, sed non vere, haeresis formalis: ut dictum est.

12. Objicitur 3.º

D.1, c.3.

Assensus fidei theologicae non excludit essentialiter falsitatem: ergo potest ferri in revelationem purè existimatam. Constat consequentia: nam assensus innixus revelationi à Deo factae excludit essentialiter falsitatem, cum implicatorium sit, quod Dei revelatio falsa sit: unde, si assensus fidei theologicae potest esse falsus, ideo erit, quia possit ferri in revelationem purè apparentem. Antecedens probatur: Deus potest causare per se errorem intellectualem; immò potest illum infundere: ergo assensus fidei theologicae non excludit essentialiter falsitatem; ideo namque falsitatem excluderet, quia Deus est causa per se ejusmodi assensus, aut quia Deus illum infundit. Urgetur: nam actus supernaturalis potest esse falsus: ergo neque ex titulo supernaturalitatis fides infusa excludit essentialiter falsitatem.

XXI 13. Respondetur negando antecedens; cujus probatio continet gravissimam difficultatem. Docent multi, Deum posse per se causare (atque etiam infundere) errorem intellectualem

alem

pure physicum, et speculativum; addunt, Deum ex suppositione consequenti posse causare perse errorem oppositum objectivè fidei, aut bonis moribus: ut cum quis invincibiliter judicaret, se esse obligatum ad credendam quaternitatem personarum in Deo; aut ad credendum, esse obligationem mentiendi pro salvanda vita proximi. Pro hac sententiâ stat Acutissimus Vazquez, ~~quem citatis multis sequitur~~ Martin, d.10 ~~q. sect. 2~~. Sententia opposita est communior, et pro illa stat Eximius Suarez, quem cum multis sequitur Muniesa, d.5., q. sect. 5.

Difficultatem non resolvo; et ideo ad probationem antecedentis negati, omisso antecedente, nego consequentiam, et probationem adjunctam. Ratio: quia Deus, ~~ex~~ [illegible] causat per se, et infundit non utcumque enim assensum fidei theologicae: sed infundit illum, docendo, et testando: neque ~~illu~~ praecise notificat rem; sed etiam testificat, seu sentire. Hinc ipse fidei assensus est Dei testimonium; et praevia illustratio, qua Deus suadet assensum, est Dei locutio. Atqui implicat, //

D. 1., C. 3.- Dei testimonium, et locutionem falsitate deturpari: ergò implicat, quod assensus fidei infusae sit falsus.

XXX 14. Ad Urgentiam:

antecedens est falsum, et a nemine conceditur ut absolutè verum; quamvis pauci velint, non esse impossibile, quod actus supernaturalis falsificari possit.

× omissio, Nihilominus, ~~concesso~~ × antecedente, nego consequentiam de supernaturalitate specifica fidei infusae. 1°: quia de fide habemus ex Tridentino, et Patribus esse absolutè certam, et infallibilem, et argumentum firmius, quam quod desumi potest ex evidentia naturali. 2°: nam quod sit possibile actus supernaturalis, qui possit falsificari, non convincit, non esse possibiles actus supernaturales, qui ex sua specifica ratione repugnant essentialiter falsitati; et talem esse actum fidei infusae, probatum est. 3°: quia eatenus actus aliquis supernaturalis poterit esse falsus, quatenus non sit Dei testimonium, neque essentialiter praesupponat illustrationem, qua Deus intus, et in corde loquatur;

D. V., C. 3.

169

Sed fidei infusae assensus est Dei testimonium, et
presuponit essentialiter illustrationem, qua Deus
loquitur, et in corde credentis docet, se esse locutum:
ergo. Replicabis. Actus fidei infusae potest ~~XXX~~ 15.
influere in actum falsum: ergo et potest esse falsus.
Constat antecedens in hoc silogismo, in quo premissa
de fide, adjuncta alia naturali, determinat ad
conclusionem falsam: Christus est homo; sed omnis
homo identificat secum humanam ~~substantiam~~: subsisten-
ergo Christus identificat secum humanam substan- tiam:
tiam. — Distinguitur antecedens: actus fidei
potest influere per se in actum falsum, negatur;
potest influere per accidens, conceditur antecedens,
et negatur consequentia: nam falsitas conclusionis
non potest esse per se a premissa fidei; ac proinde
à fortiori assensus fidei non potest esse falsus. Igitur
sicut Deus se habet ad actum peccaminosum, qui
totus tribuitur voluntati create; et sicut tibia
recta se habet ad claudicationem, que tota

De Virt. Theol. Cr. 18.

D.I. C.8. –

tribuitur tibi cuique: sic premissa fidei se habet ad conclusionem falsam, que tota tribuitur premisse falsae naturali. Ratio: nam falsitas conclusionis tribuitur premisse, que cum medio termino coniungit, predicatum repugnans ipsi, aut ab illo separat predicatum ipsi conveniens; sed neutrum prestat premissa fidei, et alterutrum prestat premissa naturalis falsa: ergo. Nec quia ex premissa fidei habeatur conclusio falsa, haec propterea erit supernaturalis: nam eiusmodi conclusio non petit per se premissam supernaturalem; cum aeque bene fieret ex premissa naturali, qua cognosceretur obiectum supernaturale premisse. Adde: ad intrinsecam, et

supernaturalitatem,

entitativam ~~supernaturalem~~ non sufficit quecumque conexio cum ente supernaturali; sed requiritur conexio titulo excelentie, et perfectionis; qualiter non conectitur conclusio falsa cum premissa fidei: unde ad summum erit eiusmodi conclusio presuppositive supernaturalis, sive titulo indecentie

conexa cum supernaturali praesupposito. Pro hac
doctrina, michi verissima, consuli potest Aranda
in 1. 2. ~~XXX~~ 16.

Sed iterum omittamus, actum supernatur-
ralem posse esse falsum, et posse haberi ex actu
fidei infusae per se in ipsum influente; negamus
adhuc, ipsum assensum fidei infusae posse esse falsum:
nam est Dei testimonium, et locutio, qua Deus × non
solum notificat objectum, sed et notificat, se ita
sentire de objecto. Huic rationi, cui hucusque
institimus pro omnimoda fidei infusae infallibili-
tate, hanc aliam adjungo: nam fides infusa est
ab intrinseco, et ex sua ratione formali virtus
intelectualis. Constat: nam possibilis est habitus
intelectualis, qui ab intrinseco, et ex sua formali ra-
tione sit virtus; cumque fides infusa sit participatio
divini luminis in gradu eximiae perfectionis, ut ex
Scriptura, Conciliis, et Patribus, manifestum est:
Sequitur, fidem infusam habere ab intrinseco,
et ex sua formali ratione conceptum virtutis in-

D. 1., C. 3.

intellectualis. Atqui virtus intellectualis, quae ab intrinseco, et ex sua ratione formali sit talis, non potest habere actus falsos; sicuti virtus voluntatis non potest habere actus inhonestos: et est implicatio, quod actus falsus sit virtutis intellectualis; sicut quod actus inhonestus sit virtutis pertinentis ad voluntatem: ergo implicat, quod actus fidei infusae sit falsus. Rationem istam confirmabis ex doctrina Aristotelis circa virtutes intellectuales, cui subscribit Angelicus hic, q. 1., a. 3., sic disserens: nulla virtus perficiens intellectum se habet ad falsum, secundum quod est malum intellectus: ut patet per Philosophum, in 6. Ethic., c. 2; sed fides est quaedam virtus intelectum perficiens: ergo ei non potest subesse falsum. Addit ibidem, ad 1um: verum est bonum intellectus... ideo omnes virtutes, quae perficiunt intellectum, excludunt totaliter falsum: quia de ratione virtutis est, quod se habeat solum ad bonum

De notitia probabili revelationis

Quaeritur: an ad assensum fidei infusae sufficiat notitia probabilis de existentia divinae revelationis? Dubium est universale, comprehendens casum, in quo utrumque sit probabile; et casum, in quo sit probabile, revelationem esse factam, et sit improbabile, revelationem non esse factam: Difficultas clarior apparet in continentia singularis in universali revelata; et explicatur dis exemplis. 1us: omnis hostia rite consecrata continet corpus Christi; haec hostia, quae adoranda exponitur, est rite consecrata: ergo continet Corpus Christi. 2us: omnis parvulus rite baptizatus justificatur; sed iste parvulus, quem video a publico Ecclesiae ministro ablui, rite baptizatus est: ergo iste parvulus justificatur. In utroque discursu continentia singularis propositionis in universali revelata detegitur per judicium probabile; et non est fundamentum

D. 1, C.B.

probabile ad judicium oppositum: quapropter prædicta continentia non potest probabiliter negari. In quæstione docuerunt Canus, et Bañez, in iis, quæ piè, et non ex obligatione creduntur, sufficere, ad actum fidei notitiam probabilem de revelationis existentia; hanc notitiam esse sufficientem ad actus fidei, verè tales, sed minùs perfectos, docuit Ripalda; notitiam ejusmodi esse prorsus insufficientem ad actum fidei infusæ docent cum D. Thoma reliqui theologi: et hæc sententia jam reputatur certa post damnationem hujus propositionis. Assensus fidei supernaturalis et utilis ad salutem stat cum notitia tantùm probabili revelationis, imò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus. Est 22.ª ex damnatis ab Innoc. XI.

XXX 18. Conclusio. Ad actum fidei divinæ infusæ non sufficere judicium tantùm probabile de revelationis existentia. Probatur: actus fidei divinæ infusæ est, quo Deo creditur certò,

et immobiliter; sed ad credendum certo, et im-
mobiliter non sufficit judicium tantum probabi-
le de revelationis existentia: ergo ad actum
fidei divinae infusae non sufficit judicium tan-
tum probabile de revelationis existentia.
Major constare debet: de ratione enim, fidei
infusae est certitudo, non solum infallibilita-
tis, et indefectibilitatis a vero; sed et adhesionis,
et firmitatis. Hoc docet Apostolus
„ supra allato testimonio: fides est argumen-
„ tum non apparentium; juxta supra
etiam allatam Chrysostomi explicationem:
„ majorem de illis certitudinem faciens, quam
„ de his, quae videntur. Ideoque qui fide Deo credit,
sic firmiter credit, ut paratissimus sit assen-
sum tenere contra quascumque naturales
evidentias, authoritates humanas, et etiam
„ si in contrarium Angelus evangelizet

D.1, C.3.

n de coelo: ut addit Apostolus ad Galat., c. 1. 4.

XXX 19. Jam verò probatur minor discursus facti: posse prudenter formidare de revelationis existentia, et credere certò, et immobiliter componi non possunt; sed qui habet judicium tantùm probabile de revelationis existentia, potest de ipsâ prudenter formidare: ergo ille non potest certò et immobiliter credere: ergo ejusmodi judicium non potest sufficere ad credendum certò, et immobiliter. Minor est innegabilis: judicium namque tantùm probabile, et opinativum habet adjunctam prudentem formidinem radicalem; et haec non excluditur, nisi per certitudinem, ut minimùm moralem. Major ostenditur: credere certò, et immobiliter, est non posse prudenter dubitare, nec posse prudenter resilire ab assensu; sed posse prudenter

formidare de revelationis existentia, est posse prudenter dubitare, et posse prudenter resilire ab assensu præstito revelationi, et objecto ex vi revelationis: ergo. Confirmatur, et explicatur: Eda, quod eliciatur assensus fidei infusæ cum notitia tantum probabili revelationis; tunc locus est, ut superveniat prudens formido. Hac superveniente, aut pergis credere, aut non? Si hoc: ergo potest quis prudenter repudiare assensum, quem habeat supernaturalem; quæ est 2.ª propositio damnata ab Innoc.^t Si illud: ergo assensus fidei stat cum formidine, qua quis formidet, nè non sit locutus Deus; quæ est posterior pars propositionis 21.ª damnatæ ab eodem Pontifice. Hinc tenendum est X.I.

Q. 1, C. 3.

priorem partem ejusdem propositionis esse damnatam: nam ex ipsa infertur, aut prudenter esse repudiabilem assensum fidei ~~[illegible]~~ probabilis; aut ipsum stare cum formidine de non existentia revelationis; quod ~~[illegible]~~ utrumque damninatum est. Ergo et falsum, et damnatum est, quod assensus fidei divinae infusae stet cum notitia tantum probabili de revelationis existentia.

20. Dices. Rationes datae bene procederent, si juditio probabili non superadderet Deus supernam illustrationem suasivam; haec autem super addita adjuvat debilitatem probabilis notitiae: et movet voluntatem ad imperandum assensum certum, et immobilem. Contra: nam ejusmodi illustratio quae est lumen suasivum fidei, et quo Deus vocatis ad fidem dat posse credere, et electis ad fidem dat ipsum credere,

hæc, inquam, illustratio non illabitur in corpus nisi ex auditu:
hoc est, nisi ministerio humano proponatur revelatio
ut credibilis certo, et immobiliter. Sed sic non proponitur,
cum ita proponitur, ut sit notitia tantum probabilis de
revelationis existentia: ergo stante hac præcise notitia,
non superadditur illa superna illustratio: ergo sub ejus-
modi probabili notitia non est locus assensui fidei, qui
sine superna illustratione haberi non potest. Vide, quæ
diximus, n. 163. cap. 1. s[e]qq. [illegible] XXX

21. Objicitur 1°. Hæc est propositio 19a.
ex damnatis ab Innoc. XI. Voluntas non potest facere,
ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quam mere-
atur pondus rationum ad assensum impellentium:
ergo subjudicio tantum probabili de revelationis
existentia potest voluntas imperare assensum certum,
et immobilem; ac proinde potest imperare assensum
fidei divinæ. Objicitur 2°. hæc est propositio 4a.
proscripta ab eodem Pontifice: ab infidelitate ex-
cusabitur infidelis, non credens ductus opinione
minus probabili: ergo ad credendum sufficit //

D. 1, C. 3. 7.
×
probabilius;

Iuditium probabile; et a fortiori notitia probabilis de revelatione, quando nulla sit probabilitas in contrarium.

22. Ad 1.ᵘᵐ, negatur consequentia, et sequella, quæ non bene desumuntur ex damnatione propositionis adductæ. Explicatur: rationes impellentes ad assensum fidei sunt motiva credibilitatis; hæc autem solum moraliter connectuntur cum existentia revelationis, aut saltem non est evidens, quod methaphisice connectantur: quapropter si assensus esset propter assumendi motiva non haberet firmitatem methaphisicè infallibilitatis. Voluntas itaque disposita per rationes credibilitatis, et adiuta supernis illustratione, et inspiratione, imperat assensum propter Dei testimonium; et sic ex motivo assensus, et ex habitu fidei infuso, actus elicitus evadit methaphisice infallibilis, et magis in se ipso firmus, quàm merentur rationes ad ipsum impellentes. At voluntas non potest imperare assensum sine prudenti formidine.

exhibendum revelationi, nisi sit secura, quod revelatio est sine prudenti formidine credibilis; de hoc est secura per motiva credibilitatis facientia certitudinem moralem: et non est secura per notitiam tantum probabilem de revelationis existentia: ergo.

93. Dices: rationes credibilitatis, quippe quæ non sunt evidenter methaphisice connexæ cum existentia revelationis, patiuntur hanc reflexionem: forsan non existit revelatio; et tamen est locus fidei firmissimæ: ergo similiter potest esse fides firmissima sub notitia tantum probabili de existentia revelationis. Distinguo 1.am antecedentis partem: patiuntur eæ rationes adductam reflexionem, qua denotetur, non esse methaphisicam impossibilitatem, ut ijs positis non existat revelatio, concedo; qua denotetur posse prudenter negari, dubitari, aut formidari de revelationis existentia, nego; et concessa antecedentis 2.a parte, nego consequentiam. Est disparitas:

nam praevia certitudine morali de existentia revelationis potest voluntas imperare assensum toto corde, et summa affectiva certitudine, quem meretur Dei testimonium, de quo non potest formidari prudenter; et tunc Deus infundit supernam illustrationem ad actum fidei: qui sua certitudine methaphisice infallibilitatis excludit reflexionem illam (nempe deliberatam) forsan non existit revelatio. E contrario: voluntas non potest prudenter imperare assensum toto corde, et summa affectiva certitudine, cum potest prudenter formidare, ne Deus non sit locutus; potest autem sic formidare, cum precise affulget notitia mere probabilis de revelationis existentia: qua propter ista notitia non est occasio, qua Deus effundit lumen suasivum fidei.

282 24. Ad 2um, nego consequentiam et sequelam, quae ex damnatione adductae propositionis non inferuntur. Explicatur: Infidelis

non quiescet sine peccato in opinione probabili: nam hoc ipso, quod affulgeat lux aliqua de vera fide, tenetur inquirere, et investigare diligentissime, et quidem per media extraordinaria; orationis nempè ad Deum, et veræ pœnitentiæ de peccatis: quibus medijs applicatis, credendum est, quod Deus ipsum illuminabit, ut notitiam moraliter certam de revelatione habeat. Quid si ~~[illegible]~~ × apposuisset sufficientem diligentiam? Tunc excusabitur ab ~~infidelitate~~ ×: non quia ducitur opinione probabili; sed quia ex ignorantia invincibili manet in statu, in quo non potest credere. Tunc infidelitas non erit ipsi peccatum; et si in ipsa decedat erit pœna, et effectus peccati: et damnabitur, non propter peccatum infidelitatis, sed propter alia peccata. Vide Vazquezum, in 1.2, d. 120

× ~~[illegible]~~ invincibiliter ignoret obligationem investigandi; aut judicet invincibiliter, se × infidelitate:

75. Objicitur 3°, ~~288~~

in Domino fideli et est fides perfecta, et imperfecta; sed hæc imperfecta non est alia, nisi quæ habeatur ex notitia tantum probabili revelationis:

ergo ex hac notitia potest haberi fides imperfecta. Major constat ex Patribus explicantibus
" illud clamantis ad Christum Dominum, Marc.
" 9: credo, Domine; adjuva incredulitatem meam. —
Objicitur 2º: amor Dei summè diligibilis potest esse in eo perfectionis gradu, quo non excludat peccata venialia: ergo assensus, quo Deo summe authoritatis creditur, potest esse non omninò perfectus; sed sic poterit esse ex notitia probabili revelationis: ergo.

XXX 26. Ad 3um, concessa majore, nego minorem: nam fides, quæ sit infusa, debet esse firmus, et immobilis assensus; qui nec repudiari prudenter possit, nec componi cum formidine: et oppositas qualitates haberet fides eo sensu imperfecta, quatenus habeatur ex probabili tantùm notitia revelationis. Distinctio illa fidei in perfectam, et imperfectam, de quâ Scriptura, et Patres, non facit pro fide formidolosa: cum ex Scriptura et Patribus

Constet, fidem infusam esse adhaesivè certam, firmam, et immobilem. Dicitur itaque fides imperfecta. 1º: quae non est formata Charitate. 2º: quae non est ita fervida, intensa, et actuata, ut non patiatur indeliberatos, atque involuntarios motus Contrarios. Ex dictis negandum est, in pueris, rusticis, et debetibus, esse actus fidei ex notitia tantùm probabili revelationis; dicendum quae, in ipsis praecedere evidentiam, seu certitudinem moralem respectivam: de quo opportunè sermo recurret. Quid de assensu naturali, quo Deo aliquid credatur? Dicendum, sub notitia tantùm probabili revelationis posse imperari prudenter assensum naturalem probabilem, atque opinativum; non autem assensum super omnia firmum, et cum summa affectiva certitudine. Quid si probabiliter judicens aliquod objectum esse certo moraliter revelatum? Dicendum, neque hanc notitiam sufficere: nam quamvis prudenter judices, esse moralem certitudinem de revelatione, potes prudenter formidare

D.1., C.8. - 156

de illa morali certitudine: ergo non poteris prudenter imperare assensum firmissimum; nam potes prudenter formidare de ipsa morali certitudine, quæ ad ejus generis assensum est prærequisitum.

XXI 27. Ad 2.um

Concesso enthimemate, nego minorem subsumptam. Ratio: nam sicut ex eo quod amor Dei super omnia compatiatur cum venialibus, non infertur, quod assensus fidei infusæ compatiatur cum formidine; ut constat ex 2.a parte propositionis damnatæ; itaque neque infertur, quod possit fides stare cum notitia tantum probabili revelationis; quod constare debet ex damnatione 1.æ partis ejusdem propositionis. Igitur assensus fidei admittere potest aliquas imperfectiones, quæ non pugnent cum ipsius substantia; sicuti amor Dei amicabilis potest compati cum venialibus, quæ cum ipsius substantia non pugnant. Et fidei imperfectiones esse poterunt pigritia aliqua in eliciendis actibus fidei; minor fervor, intensio, et actuatio. At sicut cum Dei amicabili amore super omnia pugnat essentialiter

peccatum lethale, quo Deus postponitur bono commutabili; sic cum assensu fidei, quo Deo creditur super omnia, pugnat essentialiter non solum formido deliberata, sed et potentia prudenter formidare: qualiter poterit prudenter formidare, qui solum haberet probabilem revelationis notitiam. Objicitur 5º. posse

28. Per solam probabilitatem, quod Christus sit in hac hostia, quae exponitur, ipsum adoramus super omnia, adoratione latriae: ergo stante sola probabilitate de revelatione, possumus Deo credere super omnia, assensu fidei infusae. — Objicitur 6º. potest credi fide superna, quod Christus Dominus continetur in hac numero hostia, quae exponitur adoranda; sed solum ex notitia probabili de eo, quod in revelatione universali de existentia Christi in hostia consecrata continetur haec singularis: Christus existit in hac numero hostia, quae exponitur adoranda: ergo. Major probatur: nam ex praescripto Ecclesiae Sacerdos communicaturus moribundum, quaerit: Credis, hoc esse verum corpus Domini nostri Jesu Christi? Et moribundus

D.1., C.3.–

respondere debet: Credo.

29.

Ad 2um, concesso antecedente, nego consequentiam. Disparitas est: nam taliter adoramus Christum Dominum in Hostia individua, ut parati simus ab illa adoratione desistere, quandocumque appareat ratio prudenter dubitandi de illius hostiæ consecratione. At talia credimus per fidem, ut securissimi simus, quod non possit occurrere ratio prudenter dubitandi, aut formidandi de existentia divinæ revelationis; ad assensum autem eo usque certum, firmum, et immobilem concipiendum non sufficit notitia tantum probabilis de revelatione. Notanda hæc sunt. 1um: non possumus prudenter dubitare, aut suspicari

non de consecratione hostiæ, quæ exponitur: cum nullum sit fundamentum, aut rationale indicium pro non consecratione; et pro consecratione sit prudens fundamentum. Hinc solum habetur certitudo

enim moralis negativa; sed non positiva: neque enim habemus certitudinem de eo, quod non lateat fundamentum, aut rationabile indicium; quod detectum

Sufficeret ad prudenter dubitandum, aut suspicandum de non consecratione. 2.ᵘˢ adoratio exhibita Christo Domino in hostia individua est absoluta: correspondet inde cognitioni, qua prudentissimè judicamus, in illa hostia esse Christum; quae cognitio, non est conditionata, sed absoluta. Si illa hostia revera non esset consecrata, cognitio illa esset falsa, et naturalis; sed voluntas adorandi esset adhuc supernaturalis: supposita namque illa cognitione naturali, daretur auxilium supernaturale, ad adorationem illam hic, et nunc honestam.

288

30\. Ad 6.ᵘᵐ nego maiorem. Audi Angelicum, hic, q. 1., a. 3., ad 2.ᵘᵐ "fides credentis
" non refertur ad has species panis, vel illas;
" sed ad hoc, quod verum corpus Christi sit sub
" speciebus panis sensibilis, quando rectè fuerit
" consecratum. Hinc constat ad probationem maioris; dicendumque à moribundo cui ministratur viaticum, exigi, et dari fidem

quæ fertur ad hoc quod verum corpus Christi sit sub speciebus, si sunt rectè consecratæ; non quia absolutè credatur, Christum esse sub illis individuis speciebus. Igitur exigitur, et datur fides theologica, quæ sit terminativè absoluta circa Eucharistiæ mysterium; et terminativè conditionata respectu illius individuæ hostiæ

Sectio 3.a

De notitia revelationis moraliter certa

281 / 30 – nem

Notitia moraliter certa tunc datur, quando datur tale rationum pondus suadentium aliquam positionem, ut intellectus bene dispositus, iis rationibus rectè expensis, nequeat prudenter negare, aut dubitare, veram esse talem positionem, nec possit prudenter timere aut formidare, falsam esse talem propositionem. Exempla sint. 1.m moraliter certum est, extitisse Ciceronem: nam quamvis nec methaphisicè, nec phisicè repugnet, illum non extitisse, nihilominus

non nisi stulti possumus negare, dubitare, aut formidare de veritate tot hominum per omnes aetates testimoniis confirmata. 2.ius certum morale est, quod nullus umquam projeciet millies talos Choos; hoc est, quatuor talos, qui omnes, et singuli ~~reddant~~ reddant ~~eius~~ senarium numerum: nam licet in hoc nulla sit impossibilitas methaphisica, aut naturalis, est tamen impossibilitas moralis. Hoc exemplo utitur Philosophus, l. 2. de Coelo, c. 11. Queritur jam: an ad actum fidei requiratur; et sufficiat previa notitia moraliter certa de existentia divinae revelationis? Communis Theologorum sententia est affirmativa quoad utramque partem.

31. Conclusio.

Ad actum fidei divinae infusae requiritur et sufficit previa moralis certitudo de existentia revelationis. Constat 1.a pars, ex dictis sectione precedente: neque ~~enim~~ enim ad assensum fidei supernae sufficit notitia tantum probabilis de revelationis existentia; ac proinde requiritur notitia, quae meram ~~pro~~ probabilitatem ~~babilitatem~~ excedat. Sed notitia excedens meram

probabilitatem est, ut minimum, certa moraliter: ergo ad assensum fidei supernæ requiritur, notitia moraliter certa de existentia revelationis. Suadetur pars 2.ª nam evidentia methaphisica, aut phisica revelationis raperet necessario intellectum ad assensum: ac proinde obesset libertati, et merito; cùm tamen assensus fidei sit liber, et meritorius: ergo ad assensum fidei infusæ non requiritur notitia, plusquam moraliter certa: ergo ad ejusmodi assensum sufficit moralis certitudo de existentia revelationis. Argumenta contra conclusionem soluta

sunt sunt sectione precedente; et quæ ulterius possunt objici, solventur conmodius infrà, cùm de credibilitate mysteriorum fidei disputabimus;

32. Emergit hoc dubium: an ad actum fidei infusæ circa objectum implicitè revelatum sufficiat applicatio revelationis per notitiam moraliter certam? Non sufficere, quod revelatio applicetur per notitiam tantum probabilem, supponitur ex dictis; at consirmatur.

" nam ex Tridentino, sess. 6. cap. 9, nullus scire potest cer-
" titudine fidei, cui falsum subesse non potest, se gratiam
" Dei esse consecutum. De fide est, quod omnis perfecte contritus consequitur justificationis gratiam; potest aliquis prudenter judicare, etiam sine rationabili inditio in contrarium, se esse perfecte contritum; et tamen non potest fide scire se esse justificatum: ergo quia non sufficit ad fidem, quod revelatio applicetur per notitiam tantum probabilem. Sufficere, quod revelatio applicetur per notitiam methaphisice certam, contra paucos aliquos docetur a plerisque theologis. Iure quidem: nam id est de fide divina credibile, quod si supponatur falsum arguet infallibiliter, aut Deum non esse veracem, aut non revelasse, quod de facto revelavit. Atqui si supponatur falsum id, ad quod cum methaphysica certitudine applicatur revelatio, sequitur infallibiliter alterum e dictis: nam implicat quod falsitas attribuatur applicationi methaphysice certe: ac proinde

necessario esset atribuenda revelationi; et exinde aut revelatio esset prius existimata, aut Deus in revelatione non fuisset verax: ergo.

398 33. Quid si revelatio applicetur per naturalem evidentiam, cui non implicat subesse falsum. Ex genere evidentiæ sunt certæ istæ propositiones. 1ª: ignis applicatus comburit. 2ª: ubi sunt accidentia propria substantiæ, ibi est ea substantia. Has propositiones posse simpliciter esse falsas, constat: tum ex ~~caso~~ casu ignis Babylonici non comburentis Sanctos pueros; tum ~~tum~~ ex mysterio Eucharistiæ, in qua sunt accidentia propria panis absque hujus substantia. Dicendum: ad assensum fidei divinæ non sufficit, quod revelatio applicetur per naturalem evidentiam, nisi aliqua circumstantia addatur, ratione cujus falsitas objecti, cui applicatur revelatio, arguat infallibiliter, aut Deum non esse veracem, aut non revelasse, quod de facto revelavit. Ratio mihi efficax est: nam à negata conclusione

fidei est infallibilis illatio ad negandum aliquod ex ~~praemissis~~ fidei; hae autem sunt et Dei veracitas, et ipsius dictum: ergo si stante praecise evidentia naturali non sequatur ex falsitate conclusionis cui applicatur revelatio, aut Deum non esse veracem, aut non revelasse aliquod, quod de facto revelavit, tunc ejusmodi evidentia non sufficeret ad actum fidei divinae. Atqui neutrum ex dictis sequitur, stando praecise in terminis evidentiae naturalis: nam conclusionis falsitas posset attribui falsitati evidentiae naturalis: ergo.

34. Conclusio appendix.

Ad actum fidei divinae infusae tunc sufficere certitudo moralis, quia revelatio applicatur objecto non revelato explicite, quando certum moraliter est, ejusmodi applicationem esse revelationis complementum; tum quando ad Dei providentiam pertinet, ne subsit falsum tali applicationi; tum quando Deus ordinat ejusmodi applicationem ad assensum objecti, cui applicatur revelatio.

[margin: praemissis; est autem revelationis complementum,]

Conclusionem tenent sub 1.a explicationis parte
Rhodes, d. 2., quaest. 3., sect. 1., §. 2: et sub 2.a ejus-
dem explicationis parte. Haunoldus, cap. 1.,
Controv. 7., §. 2: Exemplis res declaratur. De
fide est authoritas Concilii Tridentini: quia reve-
latio generalis applicatur per notitiam moraliter
certam de eo, quod fuerit legitime congregatum;
et ad Dei providentiam pertinet, ne subsit falsum
illi notitiae; et Deus illam ordinat ad assensum
istum: Concilium Tridentinum est infallibilis au-
thoritatis. De fide est verum Pontificatum ~~Inno-~~
Benedicti ~~centii~~ XIIII quia revelatio generalis applicatur
per notitiam moraliter certam de eo, quod sit rite
electus; et ad Dei providentiam pertinet, quod ejus no-
titiae non subsit falsum; et Deus illam ordinat
Benedictus XIV. ad istum assensum. ~~Innocentius XIII~~ est verus
Pontifex. Quod exempla allata sint de fide, suppo-
no ex communi Fidelium sensu, et Theologorum
consensu contra Turrecrematam, Canum, Cordu-
bam, et alios. Videri possunt citati Rhod. et Haunold.

Probatur jam doctrina nostra: nam si moraliter est certum, quod applicatio revelationis est hujus complementum, jam moraliter est certum, quod revelatio, et applicatio componant unam intemeratam Dei locutionem infallibiliter conexam cum veritate objecti, cui revelatio applicatur; sed ad fidei actum sufficit moralis certitudo de existentia locutionis divinæ infallibiliter conexæ cum veritate objecti: ergo ad fidei actum sufficere moralis certitudo de eo, quod applicatio revelationis sit hujus complementum: ergo ad actum fidei divinæ infusæ tunc sufficit certitudo moralis, quia revelatio applicatur objecto non revelato explicite, quando certum moraliter est, ejusmodi applicationem revelationis complementum esse. Consequentiæ bonæ sunt, et minor certa; major suadetur. Revelatio generalis est de se talis, ut posito illius complemento, necessarium sit, quod manifestetur particulare: ergo voluntas,

qua Deus generaliter revelat, est voluntas, qua vult, quod per illam revelationem, et per ejus complementum, dum positum est, manifestetur objectum particulare. Hoc autem est, quod revelatio generalis, et ejus complementum componant unam integram Dei locutionem infallibiliter conexam cum veritate objecti, cui applicatur revelatio: ergo si moraliter est certum, quod applicatio revelationis est hujus complementum, jam moraliter est certum, quod revelatio, et applicatio componunt unam integram Dei locutionem infallibiliter conexam cum veritate objecti, cuj applicatur revelatio. Vide quæ revelatione objective conditionata diximus, n. 102, cap. 1.

XXXI 36. Probatur 1. pars nostræ explicationis: nam quando ad Dei providentiam pertinet, ne subsit falsum applicationi revelationis, certum moraliter est, quod Deus aprobat talem aplicationem; sed Deum aprobare//

revelationis aplicationem est, itamesse illius complementum: ergo quando ad Dei providentiam pertinet, ne subsit falsum applicationi revelationis, certum moraliter est, talem applicationem esse revelationis complementum. Consequentia est bona; et minor constare debet: Deus ~~enim~~ enim aprobando applicationem revelationis, aprobat antecedens, ex quo infallibiliter est verum objectum, cui applicatur revelatio: ac proinde vult, quod ex revelatione, et aplicatione objectum cognoscatur: et hoc est applicationem esse revelationis complementum. Maior discursus facti suadetur: nam cum applicatio revelationis sit per notitiam, quam habere debemus, ut digne de Deo, et de ipsius providentia sentiamus, non nisi imprudenter formidare possumus, quod Deus non approbet, quod ita sentiamus. Vides, nostram explicationem procedere de morali certitudine, qua constet,

ad Dei providentiam pertinere, ut subsit falsum notitiæ, quâ applicatur revelatio.

XXXII 37. Probatur 2.a pars ejusdem explicationis: nam quando Deus ordinat applicationem revelationis ad assensum objecti, cui applicatur revelatio, vult, quod determinatè, et in individuo credamus, quod universaliter, et in genere revelavit; sed Deum hoc velle, est, quod applicatio revelationis sit hujus complementum: ergo quando Deus ordinat applicationem revelationis ad assensum objecti, cui applicatur revelatio, tunc applicatio est revelationis complementum. Explicatur: non fuit conveniens, aut non fuit necessarium, quod Deus omnia contenta in revelatione universali revelaret per immediatas, et expressas revelationes; quapropter sufficit, quod Deus in genere revelaverit, et quod aliunde constet Deum ordinare applicationem revelationis ad absolutum assensum objecti particularis, cui applicatur revelatio.

Vides, hic etiam procedere nostram explicationem
de morali certitudine, qua constet, Deum ordina-
re applicationem revelationis ad assensum abso-
lutum objecti, cui revelatio applicatur. XXX

38. Sed unde
constabit, aut ad Dei providentiam pertinere,
ne subsit falsum illi notitiae, qua revelatio appli-
catur; aut Deum ordinare illam applicationem
ad assensum objecti, cui applicatur revelatio? Di-
cendum, id constare posse ex ipsa materia, et ex
circumstantiis. Et quidem in exemplis, quae prae-
misimus, manifesta est res. Ostenditur: nam re-
velationes divinae de infallibilitate Ecclesiae, et de Xpi
Vicario, ostendunt, ut habeamus externam re-
gulam fidei; hanc externam fidei regulam habe-
re non possumus, nisi dependenter a morali
certitudine de legitima congregatione Concilii gene-
ralis, et de rita electione Pontificis. Sequitur
ergo ad Dei providentiam pertinet, quod iis

D.V., C.3.

notitijs non subsit falsum. Sequitur 2°: ergo Deus ordinat ejusmodi notitias, ut credamus, hoc Concilium Tridentinum esse infallibilis authoritatis et hunc Pontificem ~~Innoc. XIII.~~ esse Christi Vicarium

Benedictum XIV.

39. Objicitur 1°. Notitia moraliter certa qua applicatur revelatio etiam cum morali certitudine, quod applicatio sit revelationis complementum, non potest æquare certitudinem actus fidei infusæ; ergo ejusmodi notitia non est sufficiens ut actu fidei infusæ credatur objectum, cui applicatur revelatio. Constat consequentia; et antecedens probatur: nam certitudo fidei infusæ est summa, et excedens etiam certitudinem methaphisicæ evidentiæ naturalis: ergo à fortiori excedit notitiam moraliter certam: ergo hæc non potest æquare certitudinem actus fidei infusæ.

40. Distinguo antecedens: notitia moraliter certa qua applicatur revelatio,

etiam cum morali certitudine, dico, quod sit revelationis complementum, non potest æquare certitudinem actus fidei infusæ, quatenus notitia illa est dispositio subjectiva ad credendum concedo; quatenus pro posteriori simul cum revelatione explicita constituit per modum complementi unam integram Dei locutionem, nego antecedens: et constat ad ejus probationem, si explicetur distinctio. Igitur ante assensum revelationis necessum est, quod ex parte ~~fun~~; ~~et~~ ~~hæc dispositio afferet necessariam notitiam moralem certam de existentia divinæ revelationis assensum~~; et hæc dispositio afferet necessariam notitiam moralem certam de existentia divinæ revelationis: cum nec requiratur irrefragabilis evidentia, nec sufficiat mera probabilitas. Hæc certitudo moralis impar est summæ certitudini, qua gaudet assensus fidei; sed nihilominus est sufficiens, ut voluntas imperet assensum toto

corde

x crediturí præcedat aliqua dispositio, qua inclinetur ad imperandum firmum revelationis assensum; et hæc dispositio

et summa affectiva certitudine: et tunc ex lumine superno illustrantis gratiæ (qua Deus in corde docet) sequitur assensus supernus, quo creditur divina revelatio: et iste assensus æquat certitudinem assensus fidei infusæ, quo propter revelationem creditur objectum revelatum. Discurrimus similiter in re nostra: antequam assentiamur objecto propter revelationem applicabilem, requiritur tamquam dispositio subjectiva certitudo moralis notitiæ applicantis, et certitudo moralis de eo, quod talis notitia sit revelationi complementum. Hæc ~~quidem~~ quidem moralis certitudo est infra certitudinem actus fidei; sufficit tamen, ut voluntas imperet assensum firmissimum: et suasivo lumine divinæ gratiæ (quæ præsto adest) sequitur supernus assensus, qui exhibeatur integræ locutioni Dei, compactæ ex revelatione explicita, et ex hujus complemento: et iste assensus non erit infra certitudinem assensus fidei infusæ, quo propter

revelationem, et applicationem credatur objectum, cujus revelatio applicatur.

41. Objicitur 2°, instando. Nemo potest habere actum fidei, nisi in vi revelationis, quam cognoscat methaphisice certo conexam cum objecto; sed stante notitia ~~moraliter~~ certa applicante revelationem, et certitudine morali, quod ea applicatio sit revelationis complementum, non cognoscitur, revelationem esse certo methaphisice conexam cum objecto, cujus applicatur revelatio: ergo. Probatur minor: nam per certitudinem moralem nemo est methaphisice certus, quod in revelatione universali contineatur objectum particulare. Confirmatur: solum est probabile; quod revelatio generalis, et illius complementum constituant unam integram Dei locutionem conexam cum objecto; sed ad actum fidei superque non sufficit probabilis notitia de revelatione sive de eo, quod Deus sit locutus: ergo nec sufficit

moraliter

revelatio generalis, et illius complementum de quo nempè solùm habeatur moralis certitudo.

Urgetur: nam est probabilis sententia, quæ docuit, non esse de fide authoritatem infallibilem in dividuè Concilij universalis; nec esse de fide verum Pontificatum illius, de cujus legitima electione est moralis certitudo; si hæc sententia est probabilis, jam ad actum fidei non sufficeret certitudo moralis, qua revelatio applicatur, simul cum morali certitudine, quod ea applicatio est revelationis complementum: ergo.

Sol. 42. Concessa majore, nego minorem: est enim certum methaphisicè, quod revelatio, et ejus applicatio in discursu theologico, concludente legitimè, conectantur infallibiliter cum objectivâ conclusione. Ad probationem minoris: per certitudinem moralem nemo est methaphisice certus, quod in revelatione universali contineatur objectum particulare; sicut nec per certitudinem moralem de existentia revelationis ullus est metaphysicè certus

de revelationis existentia. At sicut certitudo moralis previa de existentia revelationis sufficit, ut pro posteriore cum omnimoda infallibilitate credatur; sic moralis previa certitudo de eo, quod completa sit revelatio universalis, sufficit ut pro posteriori cum omnimoda infallibilitate credatur objectum particulare in universali revelatione contentum. Ad confirmationem nego maiorem: nam revelatio universalis, simul cum ipsius complemento, determinat ad assensum objecti, cui illa applicatur; quapropter, si moraliter est certum, quod Deus suam loquendi, et significandi intentionem extendit ad illud complementum: necessarium est, dari tunc moralem certitudinem de eo, quod revelatio, et ejus complementum componant unam integram Dei locutionem connexam cum objecto, cui revelatio applicatur.

13. Ad urgentiam non teneor respondere: supposui namque, esse de fide

x D.1, C.3.

verum Pontificatum Innocentij X III, et infallibilem authoritatem Concilij Tridentini; et hoc ipso supposito, sententiam contrariam esse improbabilem: nam aperte implicat unum esse de fide, et oppositum esse probabile. Igitur nego majorem; et dico, non solum esse moraliter certum, sed esse reflexe de fide, assignatas veritates esse de fide. Ratio: nam est reflexe de fide, definitiones dogmaticas Conciliorum generalium, et Summorum Pontificum esse infallibiles; sed hoc non esset de fide, si assignatae veritates non essent de fide: neque ~~enim~~ est de fide, quod Deus promiserit suam assistentiam Concilio, aut Pontifici non veris, et legitimis, sed falsis, et pure existimatis; quod improbabilissime diceretur: ergo non solum est moraliter certum, sed est reflexe de fide.

x, enim

V.a Nec propterea censura afficitur sententia opposita: neque ~~enim~~ est censura theologica dicere, aliquam sententiam esse improbabilem;

x, enim

dum concedatur, habere prosse aliquas rationes apparentes, ob quas possit bona fide, et invincibili ignorantia defendi. Multo minus dicimus, sententiam illam esse hereticam: nam propter easdem rationes apparentes, permittentes bonam fidem, et invincibilem ignorantiam, defendi, non esse de fide predictas veritates. Dicimus: qui negaret directas illas veritates, non aliter excusaretur ab heresi (non excusandus à schismate) nisi quatenus bona fide, et per invincibilem ignorantiam judicaret, esse probabilem sententiam illam docentem, ejusmodi veritates directas non esse de fide –

44. Nota: applicatio revelationis sufficiens ad actum fidei, pertinet ad fidem, non solum ut quo, et per modum principij, sed etiam ut quod, et per modum objecti credibilis, quando est repressus.

De Virt. Theol. C. 25.

D.1, C.3. — x Benedictus XIV.

ab objecto, cui applicatur revelatio, ad ipsam revelationis applicationem. Sic valet. Innocentius XIII. est verus Pontifex: ergo est rite electus; illâ nempe electione, sine qua non esset verus Pontifex, et de qua constat per Ecclesiæ acceptationem, quæ certò supponit omnia requisita juris divini, et supplet omnes defectus juris humani, casu, quo irrepsissent.

45. Infer ex hucusque dictis: notitia moraliter certa, qua applicatur revelatio, non sufficit ad actum fidei infusæ, nisi moraliter sit certum esse revelationis complementum: aut per hoc, quod ad Dei providentiam pertineat, ne subsit falsum tali notitiæ; aut per hoc, quod Deus illam ordinet ad assensum objecti, cui aplicatur revelatio. Sic non possum fide credere, Ciceronem esse redemptum à Christo: nam licet sit moraliter certum, Ciceronem extitisse, non est moraliter certum,

istam notitiam esse complementum revelationis generalis, qua credo, omnem hominem esse redemptum à Christo. Dices moralis certitudo sufficit, ut moraliter simus certi, quod in revelatione generali continetur illud objectum, cui applicatur revelatio: ergo sufficit, ut illud objectum fide credatur. Contra: nam eam moralem certitudinem habemus de illa continentia, ut simus certi, quod falsitas objecti, cui applicatur revelatio, non argueret, aut Deum non esse veracem, aut non revelasse aliquid, quod de facto revelavit. Sed si illud, ad quod applicatur revelatio per notitiam moraliter certam, sistendo in his terminis, esset de fide, illius falsitas argueret disjunctum assignatum: ergo illud, ad quod applicatur revelatio per notitiam moraliter certam, sistendo in his terminis, non est de fide. Constat major: nam sistendo,

in terminis notitiæ moraliter certæ, falsitas objecti, cui applicatur revelatio posset attribui applicationi. Requiritur itaque, quod moraliter sit certum, ejusmodi notitiam esse complementum revelationis, et cum ipsa componere unam integram locutionem Dei.

Sectio 2ª

Agitur de credibilitate mysteriorum Fidei

N.
26. Fidei mysteria sunt veritates objectivæ, quas ut à Deo revelatas firmiter credit, et profitetur nostra Religio Catholica. Certum est, ad fidem non debere precedere cognitionem evidentem, certam, aut probabilem, de veritate intrinseca rerum fidei in se ipsis. 1º: quia in hoc sensu fides appellatur ab Appostolo argumentum non apparentium; et a Patribus dicitur, quod fides rationem non quærit.

Sed illam sequente. 2º: quia ante fidem non habemus cognitionem evidentem, certam, aut probabilem de Trinitatis mysterio; istud inde est supra, quamvis non contra rationis enim lumen. Hinc argumenta præambula ad fidem extendent, ut appareat divina revelatio, et in revelatione subinde appareant mysteria. Duo sunt, quæ manifestari debent ijs argumentis. 1ius: esse prudenter credibile, quod mysteria sint de facto à Deo revelata. 2ius: esse verum, quod à Deo facta sit mysteriorum revelatio. Circa hoc postremum, habemus ex dictis; ad actum fidei infusæ esse necessariam notitiam moraliter certam de existentia divinæ revelationis; quæritur tamen an sit plusquàm moraliter certum, Deum revelasse mysteria Catholicæ religionis. Pro resolutione hujus difficultatis

Dico 1º: Impossibile methaphisicè est, quod Deus non revelaverit mysteria

Catholicę Religionis, stante tota credibilitate, qua gaudent. Ita multi cum Doctore Eximio, disputatione 3. sect. 13. Probatur: methaphisice impossibile est, quod homo possit rationabiliter conqueri de Deo tamquàm de seductore; posset autem, si Deus non revelasset mysteria Catholicę Religionis, stante tota credibilitate, qua gaudent: ergo hac stante credibilitate, methaphisicè impossibile est, quod Deus non revelaverit mysteria Catholicę Religionis. Minor suadetur ex illa per celebri sententia Ricardi à S. Victore, lib. 4. de Trinitate, cap. 2: Domine, si error est, quod credimus à te,

» decepti sumus: ista enim nobis eis signis confirmata

» sunt, quę non nisi à te fieri potuerunt. Iterum: tanta est Catholicę Religionis credibilitas, ut sub ipsa in omni hypotesi sit obligatio per se credendi: ergo impossibile methaphisicè est, quod stante eâ credebilitate Deus non sit locutus. Consequentia constat. nam si Deus non fuisset locutus, tunc obligatio credendi, non esset per se, sed per accidens;

~~[struck]~~ per accidens, et ex suppositione erroris solum enim potest esse obligatio credendi falsum: ut quando rusticus ex doctrina Parochi crederet articulum falsum, ac si esset à Deo revelatum. Antecedens probatur: nam Deus nullum medium habet obligandi per se ad credendum, nisi confirmando, se esse locutum talibus argumentis, et ijs signis, quæ non nisi à Deo fieri possunt; sed ex his sumitur credibilitas Catholicæ Religionis: ergo.

§ 98. Dico 2.º Non est absolutè, et simpliciter evidens, esse impossibile methaphisicè, quod Deus non revelaverit mysteria Catholicæ Religionis, stante tota credibilitate, qua gaudent. Hæc est communis Theologorum sententia, a qua discedunt pauci. ~~apud Alarcon, Rojas,~~ ~~Sardi~~. Probatur: tota credibilitas Catholicæ Religionis desumitur ex argumentis, quibus confirmatur, Deum esse illius auctorem;

sed ex his argumentis non desumitur evidentia absolutè, et simpliciter talis; qua constat, Deum esse authorem hujus religionis: ergo non est absolutè, et simpliciter evidens, Deum esse catholicæ Religionis authorem: ergo non est absolutè, et simpliciter evidens, esse methaphysicè impossibile, quod Deus non revelaverit mysteria catholicæ Religionis, stante tota credibilitate, qua gaudent. Consequentiæ bonæ sunt, et major certa. Probatur minor: nam quod sint vera principia, et non falsò assumpta, illa, ex quibus desumuntur argumenta credibilitatis, est quidem moraliter evidens; non tamen evidens absolutè, et simpliciter: ut explicui, n. 154. × cap. 1.,

Additur: non est evidens, quod credibilitas nostræ Religionis non sit fundata miraculis solum apparentibus; ut illa erunt, de quibus nos præmonuit Christus Dominus, Math. 24: "surgent pseudochristi, et pseudoprophetæ, et dabunt signa magna, et prodigia." Rursus: neque est evidens, quod Deus

Domini, cui ~~praeconsciens~~ potestatem faciendi vera miracula, non posse permitere, ut ea potestate abutatur in confirmationem falsae doctrinae. Deinum: non est euidens, Deum non posse permitere, homines obligari ad credendum doctrinam falsam, quando ita proponuntur ut vera, ut non esset ulla ratio, ullumve rationabile indicium ad dubitandum prudenter. Subsume: sed nichil horum est evidens, jam non est evidens, quod sit methaphisice impossibile, Deum non esse locutum, stante tota credibilitate nostrae Religionis: ergo.

praeconcessit

si

49. Opponis. Si Deus Religioni falsae permiteret totam credibilitatem, qua gaudet Catholica Religio, esset nobis author erroris in Religione; sed est evidens, quod Deus non potest esse nobis author erroris in Religione: ergo evidens est, Deum falsae Religioni non posse permitere totam credibilitatem, qua gaudet Catholica Religio;

P. 1., C. 3.

evidens proinde est, esse methaphysice impossibile, quod Deus non sit locutus, stante tota credibilitate nostrae Religionis. Confirmatur 1°: iste silogismus est demonstrativus: Religio in mundo reliquis sectis credibilior, est à Deo revelata; sed Religio catholica in mundo est reliquis sectis credibilior: ergo Religio catholica est à Deo revelata. 2°: iste etiam sylogismus est demonstrativus: evidens est, nos non posse à Deo decipi; sed si stante credibilitate Catholicae Religionis Deus non fuisset locutus, à Deo essemus decepti: ut nuper dictum est ex Ricardo: ergo evidens est, Deum esse locutum, stante tota credibilitate Catholicae Religionis.

Ad argumentum 5°.

distinguo maiorem: illam concedo, consequenter et ex suppositione, quod Deus instituerit Religionem specialem, et voluerit, illam esse necessariam, ut homo assequatur finem ultimum,

ad quem ordinaverit ipsum hominem; sed illam nego, antecedenter, et absolutè. Concessa deinde minore, et applicata consequenti distinctione data, nego subsumptam sequellam. Explico solutionem. Deus non est causa per se erroris, quem non tenetur impedire; et vice versa, esset moralis causa erroris, quem non impediret, obligatus ad impediendum. Supposito, quod Deus instituerit specialem Religionem necessariam ad ultimum finem hominis, Deus tenebitur impedire errorem in Religione, qui sit inevitabilis humano generi. Ratio: nam aliter Deus exegisset ab homine, ut suum ultimum finem consequeretur per medium inevitabiliter impossibile. Hoc, quod evidenter implicat, ostenditur: Si Deus in ~~prædicta~~ prædicta suppositione, permitteret falsæ Religioni totam credibilitatem, qua gaudet Religio Catholica, genus humanum obligaretur inevitabiliter ad amplectendam falsam Religionem; sed in hoc ipso est invincibiliter impossibilis amplexus veræ Religionis: ergo si hujus amplexum

L.1, C.3.—

exegisset Deus ab homine ut medium necessarium ad consequendum ultimum finem, jam ab homine exegisset, ut suum ultimum finem consequeretur per medium invincibiliter impossibile.

51. Quod si Deus nullam instituisset specialem Religionem pro medio necessario ad ultimum finem; tunc non esset obligatus ad non permittendum nobis errorem in materia Religionis: ac proinde non esset author, et causa per se ejusmodi erroris, permittendo Religioni falsæ omnimodam credibilitatem. Ratio: nam tunc amplexus religionis falsæ non obesset ad ultimum finem hominis; cum non esset instituta a Deo Religio specialis, ut medium necessarium ad illum finem. Vide modo: incredibilissimum quidem est quod Deus non instituerit specialem Religionem necessariam ad ultimum finem; sed non est absolute et simpliciter evidens: unde non evidenter demonstratur, quod Deus non reliquerit hominum genus in statu puræ naturæ, in quo homo

8

(margin: permittendum; enim)

Sequendo principia juris naturalis circa
Dei cultum, et circa honestatem morum, po-
sset consequi suum ultimum finem. Concludi-
tur: ergo absolute, et antecedenter ad omnem
suppositionem non est evidens, quod Deus non
posset permittere falsae Religioni totam credi
bilitatem, qua gaudet Religio Catholica. XXX

52. Ad 1.am
confirmationem negatur assumptum: major ~~[illegible]~~ enim
adducti silogismi non est absolute et antecedenter
evidens; sed solum ex suppositione, quod Deus
~~[illegible]~~ instituerit specialem Religionem, necessariam ad
ultimum finem: et de hac suppositione non constat
evidenter. Ad 2.am Confirmationem, negatur
similiter assumptum: est quidem evidens, quod
Deus non possit nos decipere, et maxime errore
pernicioso, quo amitteremus ultimum finem.
Sed ~~[illegible]~~ non est evidens absolute, et simpliciter
quod si error est, quod credimus, a Deo simus

decepti: ut dicebat Ricardus; cujus, homine catholico digna, sententia, est probabilissima; sed non demonstrata.

XXX 53. Regrediendum est jam ad credibilitatem mysteriorum fidei. Indubitata catholicorum sententia est, evidens moraliter esse, mysteria nostrae fidei esse dignissima assensu firmissimo, quo credantur tamquàm à Deo revelata. Itaque cum D. Thoma, Subtili Doctore, et Eximio Suario omnes Theologi, uno excepto Capreolo. Addunt non pauci evidens methaphisicè esse, Catholicam Religionem esse credibilem assensu firmissimo tamquàm à Deo institutam. Sic docent ex Thomistis Gomez, Ferre, et Palancus; et ex Nostratibus Oviedo, Muniesa, et ~~Arriaga~~. Conclusio. Evidens

x nonnulli alij.

XXX 54 moraliter est, mysteria Catholicae Religionis esse credibilia firmissimo assensu, quo credantur

esse a Deo revelata. Probatur ab authoritate Scrip-
» turæ. Clarissimum est illud Psal. 92: testimonia tua
» credibilia facta sunt nimis. Non equidem nimia esset
credibilitas testimoniorum Dei, si tantum probabili-
ter, et opinative, non autem certò, et evidenter con-
staret, illa esse credibilia firmissimo assensu: ergo.
Item illud Christi Domini contra Judæos incre-
» dulos, Joannis 15: si non venissem, et locutus eis fuissem
» peccatum non haberent; nunc autem excusationem
». non habent. At haberent excusationem si tantum
probabiliter constaret, et non certò, doctrinam Apli.
esse credibilem assensu firmissimo: cum ad fidei as-
sensum sit insufficiens notitia tantum probabilis de
existentia revelationis divinæ: ergo. Probatur ex con-
sensu Patrum, et Doctorum. Pro Patribus audi-
endus D. Augustinus, lib. de utilitat. credendi cap. 12
» Nolle illi primas dare vel summæ impietatis, vel præ-
». cipitis arrogantiæ est; sequatur, si non evidenter, sed neutrum
probabiliter tantum constet, Religionem catho-
licam esse credibilem: ergo. Pro Doctoribus

8

audiendus Ricardus Victorinus, l. 1. de Trinitate
" Cap 12: genus est dementiæ in his vel aliquantulum
" dubitare; sed mera probabilitas dignitate, et merito nostræ fidei, ut acceptetur, non argueret amentiæ genus in aliquali dubitatione: ergo. Probatur ratione: evidens moraliter est, dari argumenta quæ cum morali certitudine convincunt, mysteria Catholicæ Religionis esse à Deo revelata; sed istiusmodi argumenta dari, est, mysteria Catholicæ Religionis esse ~~[illegible]~~ credibilia assensu firmissimo tamquam de facto à Deo revelata: ergo evidens moraliter est, mysteria catholicæ Religionis esse credibilia assensu firmissimo tamquam de facto à Deo revelata. Minor constat, et maior suadetur producendo argumenta credibilitatis: quod præstabimus sectione sequenti.

55. Consectarium.

Evidens moraliter est, mysteria Catholicæ

Religionis esse ex obligatione credenda firmissimo assensu, tamquam de facto à Deo revelata. Obligatio credendi appellari consuevit, Credentitas. Probatur: evidens est, quod Deo loquenti, et sufficienter probanti, se loqui, ex obligatione prestandus est assensus firmissimus; sed evidens moraliter est quod Deus locutus est mysteria catholicę Religionis, et quod sufficienter probat, se esse locutum: ergo evidens moraliter est, quod ex obligatione prestandus est firmissimus assensus Deo, quod ipsi credamus assentiendo mysterijs catholicę Religionis: ergo evidens moraliter est, mysteria catholicę Religionis ex obligatione credenda esse firmissimo assensu, tamquam revelata à Deo de facto. Consequentię bonę sunt: et minor constat: Deus enim sufficienter probat, se esse locutum, quando ijs argumentis suam locutionem comunit, ut nec dubitari, nec formidari prudenter possit, ne non sit locutus: moraliter autem est evidens, quod Deus ijs argumentis suam communit locutionem. Maior est indubitata:

Constat namque ipso naturæ lumine, quod Deo loquenti, et sufficienter probanti, se esse qui loquitur, exhibenda est ex obligatione reverentia conveniens summæ authoritati interpositæ; hæc autem reverentia summæ Dei authoritati conveniens est assensus firmissimus.

56. Confirmatur: evidens moraliter est, mysteria Catholicæ Religionis esse credibilia firmissimo assensu, tamquàm defacto à Deo revelata: ergo evidens moraliter est, esse ex obligatione credenda. Probatur consequentia: unum ex mysterijs hujus Religionis est, dari obligationem, ut omnia ejus mysteria credantur, totaque ipsa Religio teneatur, ex illo Christi Domini, Marci 16: qui non crediderit, condemnabitur. Ergo evidenter ~~[illegible]~~ moraliter est credibilis ejusmodi obligatio, et non nisi per summam imprudentiam negabilis, aut in dubium revocabilis; sed hoc ipso evidens moraliter est mysteria Catholicæ Religionis esse ex obligatione credenda: ergo. Urgetur: stante evidenti credibilitate hujus articuli, quod Catholica Religio est necessarium medium ad evitandam

æternam damnationem; si non credas, te imprudentissime conjicies in periculum æternæ damnationis; sed est evidentissimum, quod lex propriæ charitatis obligat, ne te imprudentissime conjicias in periculum tanti mali: ergo.

57.

Appendix.

Evidentia credibilitatis, et subinde obligationis credendi mysteria Catholicæ Religionis, non solum est moralis, sed et methaphysica. Sic uberius explicatur adductum illud: testimonia tua facta sunt nimis: hoc est, plusquàm ~~quam~~ quod requiritur, ut possint, et debeant credi; sed ut possint, et debeant credi, requiritur moralis evidentia de eo, quod sint prudenter credibilia; et ex obligatione sint credenda: ergo de hoc ipso datur evidentia plusquàm moralis. Præterea: Patres non nulli, dùm Catholicam Religionem exponunt, atque defendunt, dicunt, illam demonstrari; sed non possunt intendere, quod demonstrentur mysteria in se ipsis, aut quod demonstretur ipsorum revelatio: ergo//

credibilia

D. 1.; C. 3. -

-solum intendunt quod demonstrantur catholicæ Religionis credibilitas, et obligatio illam amplectendi. Atqui demonstratio est plusquam moralis evidentia: ergo evidentia plusquam moralis habetur de credibilitate, et de obligatione credendi mysteria Catholicæ Religionis. Pro maiore, ex qua bene cætera descendunt, sufficiat adduxisse D. Chrysostomum, in oratione, quam inscripserit; adversus Gentiles Demonstratio, quod Christus sit Deus; in eaque

" sic concludit: hinc autem faciemus Demonstra-
" tionem veritatis Christi, ut ostendamus, ipsum
" esse Deum. His, quæ extra rem non sunt prælibatis,

58. Doctrina nostra probatur: nam illud est methaphisice evidenter credibile, et ex obligatione credendum, quod perfecta demonstratione ostenditur, esse credibile, et ex obligatione credendum; sed perfecta demonstratione ostenditur, mysteria Catholicæ Religionis esse credibilia et credenda ex obligatione: ergo evidenter

methaphisicè sunt illa credibilia, et ex obligatione sunt credenda: ergo evidentia credibilitatis, et sublimitate obligationis credendi mysteria catholicæ Religionis, non solùm est moralis, sed et methaphisica. Probatur minor hoc silogismo. Quoties est moraliter certum, dari argumenta, quæ cum morali certitudine suadent aliquam doctrinam, et obligationem credendi illam, toties illa doctrina est credibilis, et ex obligatione est credenda; sed est certum moraliter, dari argumenta, quæ cum morali certitudine suadent doctrinam catholicæ Religionis, et obligationem credendi illam: ergò doctrina Catholicæ Religionis est credibilis, et ex obligatione est credenda. Iste silogismus est perfecta demonstratio, in qua legitimè infertur consequentia; et præmissæ sunt methaphisicè evidentes. Maior: quia continet definitionem credibilitatis, et obligationis credendæ: non minus, atque affertur definitio obsequibilitatis et obligationis obsequendi. Parentibus per Sanc

§ De Virt. Theol. Cᵉ. 21.

propositionem: quoties est moraliter certum, dari argumenta, quae cum morali certitudine suadent, istos homines esse tuos Parentes, toties est obsequibilitas, et obligatio obsequendi ipsis. Minor etiam est methaphisice evidens: nam licet non sit methaphisice evidens, dari illa argumenta, est tamen methaphisice evidens, ~~esse~~, esse certum moraliter, quod illa dentur; sicut quamvis non sit methaphisice evidens, Ciceronem extitisse, est methaphisice evidens, esse certum moraliter, quod ille extiterit.

~~XXI~~ 59. Explicatur, et confirmatur exempli doctrina data. 1.° non magis evidenter est credibile, Ciceronem extitisse, quam est evidenter credibile mysteria nostrae Religionis esse a Deo revelata; sed evidens methaphisice est, Credibile esse, Ciceronem extitisse: ergo evidens methaphisice est, credibile esse, mysteria nostrae Religionis esse a Deo revelata. Constat minor: nemo enim potest etiam imprudenter formidare, quod non sit credibile, Ciceronem

existisse; quamvis possit imprudenter formidare de illius existentia. 2º. Parentes prudentissime diligunt suos filios; et isti illis prudentissime obediunt: et tamen nec filij sciunt evidenter, illos esse suos parentes; nec isti evidenter sciunt, illos esse filios suos. Tunc sic: non est magis evidenter credibile, quod dilectio, et reverentia Parentes inter, et filios, sint prudenter exhibitæ, quàm est evidenter credibile, quod prudenter exhibeatur assensus mysterijs nostræ Religionis, tamquàm de facto à Deo revelatis; sed illud prius est methaphisice evidenter credibile: ergo et hoc posterius. Exemplo, quod adduxi, innuitur D. Augustinus, lib. de utilitate credendi, cap. 12. //

Sectio 5.ª

Indicantur argumenta credibilitatis //

Argumentorum, quibus ostenditur credibilitas Catholicæ Religionis, indicem texo; prolixis, cum tota ipsorum dignitate, exponendis, disputationem non instituo. Adeundi sunt Ecclesiæ Patres, et SXQ. 62.

D.1., C.3.

Theologiae Principes, qui indemonstranda hac evidentia credibilitatis nostrae fidei contra omnes ipsius hostes, invictissime decertant, et gloriosissime triumphant. Iudicium Patrum, et Theologorum, qui maxime in hoc argumento pertractando excellere, dabunt Oviedus, controversia 1., punct. 1., n. 2., et Rhodes, quaest. 2. sect. 1., §. 3. Ad propositum veniamus.

XX. 61. Principio

supponendum est dicendorum inconcussum fundamentum; nempe Deum esse, et esse Unum. Haec veritas est ipso lumine naturae nota: unde Atheismus, et Polytheismus de apertissima falsitate, et de insanissima insipientia convincuntur. „Deum esse, naturae vox est: „dixit Augustinus; si Deus est, aut unus, aut nullus est: dixit Tertullianus. Et has propositiones demonstrant Theologi, agentes de existentia, et unitate Dei. Iam ex suppositis deducitur: ergo aliqua est Religio, in qua divine de Deo homines sentiant, et cuius ductu bene instauantur ad ipsius cultum,

et amorem. Demonstratur: notum est ex terminis, quod si Deus est, de ipso digne sentiendum est, colendus, et amandus: tunc enim erit majus vinculum hominum ad Deum, quam filiorum ad Parentes; et evidentissimum est, quod filii de suis parentibus bene sentire, ipsosque colere, et amare debeant. Atqui certum est, Deum esse: ergo certum est aliquam Religionem esse, in qua de Deo digne sentiamus, et in qua ipsum convenienter colamus, et amemus.

62.- Ecce tibi Phylosophismus revocans totam Religionem ad lumen rationis naturalis, quo credantur, quæ demonstrantur de Deo, et teneantur, quæ sunt juris naturalis circa amplexum boni, et fugam mali. Sed contra: nam incredibile est, Phylosophismum esse veram Religionem: supposita namque promulgatione Catholicæ Religionis, non est evidens, luminis naturæ ductum sufficere ad placendum Deo, et ad obtinendum ultimum finem. Demonstratur: hoc enim ipsum negat Catholica Religio, cujus sunt

8

D.1., C.3.

" hæc principia: sine fide impossibile est placere
" Deo; et: qui non crediderit, condemnabitur. Atqui
Catholica Religio, sicut non est evidenter vera, ita
nec evidenter est falsa: ergo conjecti sumus in necessitatem attendi pro vera Religione doctrinam, de qua non est evidens, quod sit modus placendi Deo, et consequendi ultimum finem supernaturalem: ut ea doctrina admittatur pro vera Religione, quæ sit dignior, ut credatur tamquam à Deo approbata. Atqui nullis argumentis suaderi potest, Philosophismum esse à Deo approbatum; multis autem suadetur, approbatam à Deo esse catholicam Religionem: ergo.

XXX 63. Occurrit modò Deismus asserens, quemlibet in sua fide posse salvari, dummodo credat in Deum, et morum honestatem sectetur. Sed contra: nam si asseratur, Deum esse authorem Religionum, quæ in fidei doctrina sunt oppositæ, evidenter ostenditur, hæc esse falsum: nam vel omnes Religiones sunt falsæ; vel una sola est vera, et reliquæ

sunt falsæ; omnes enim, cum sint oppositæ in doctri-
na, non possunt esse simul veræ: ergo si omnium
Deus est author, consequens est, ut sit author falsæ
doctrinæ: quod evidenter est falsum. Quod, si asseratur,
Deum permittere Religiones falsas, et solùm velle
pro medio ad salutem necessario, et sufficiente,
fidem in ipsum Deum, et morum honestatem, jam
Deismus recedit in Philosophismum. Hunc autem
non posse prudenter acceptari pro vera Religione,
nuper ostensum fuit: ergo.

64. Succedit Judaismus,
cujus est cardo, Messiam non venisse. Judaismo
non esse veram Religionem, ostenditur: nam facit
Deum mendacem, dum contra expressa Dei in ve-
teri testamento data oracula, Messiam non veni-
» se, credit. Genes. 49. Non auferetur sceptrum
» de Judâ, et Dux de fœmore ejus, donec veniat qui
» mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Da-
» niel 9: occidetur Christus; et non erit ejus popu-
» lus, qui eum negaturus est, et Civitatem

D.1., C.3.-

" et Sanctuarium dissipavit populus cum Duce
" venturo: et finis ejus vastitas: et post finem belli
" statuta desolatio: et in dimidio hebdomadis de
" ficiet hostia, et Sacrificium: et usque ad consumma-
" tionem, et finem perseverabit desolatio. Haec Dei
oracula falsa essent, Deusque esset mendax, si
nondum venisset Messias: evidentissimum nam-
que est; nullibi esse Regem, Regnum, aut Judæ-
orum Remplublicam; non esse Sacerdotes, Sacri-
ficium, neque templum, in quo ex lege Sacrificare
liceat; Sanctuarium, et Civitatem dissipata esse;
et jam per tot sæcula perseverare desolationem:
bant quæ omnia debeant contingere post Messiæ ad
ventum, post unctionem Sancti sanctorum, post
Christi necem: ergo -- Comparet demum
XXX 65.
Mahumetismus, qui unum Deum confitetur
ipsumque colere profitetur. Sed in hac Secta
non esse veram Religionem, demonstratur.
Nam eius author Mahumetes nullam habuit autho-
ritatem dignam fide, etiam humana:

Constat enim ex fidei irrefragabilibus historijs, illum fuisse, hominem imperitissimum, et vitijs deditissimum. Atqui omnino incredibile est, esse doctrinam Dei, quae per talem hominem comparatur: ergo. Item: haec doctrina admittit multa rationi contraria, et turpia: ut quod foelicitas consistat in venereis voluptatibus, et ventris indulgentia. Evidentissimum est, non esse Dei doctrinam, quae turpe aliquid, et contra naturalem rationem permittit: ergo. Denique: doctrina haec, quae traditur in Alcorano, multas contradictiones, et inconstantias habet. Sed evidenter falsum est, esse Dei doctrinam, quae inconstantijs, et contradictionibus deturpatur: ergo evidenter falsum est, mahumetismum esse Dei doctrinam. Majorem demonstratam vide apud Medinam, lib. 1. de recta in Deum fide, Cap. 4. Omittendum hic non est, a Mahumete laudatum esse Christum ut Dei Verbum, Prophetam verum, et Dei amicum; et hinc efformatur de-

D.1, C.3.

demonstratio ista. Non, nisi delirando, negari potest, Christum docuisse, se esse filium Dei, et Deum: ergo vel est filius Dei, et Deus; vel non fuit Dei amicus: fuisset namque tam ingenti mendacio hominum seductor, et in Deum blasphemus. Utrumque est contra Mahumetem: ergo.

XX 65. Rejectis evidentissimè Sectis, quæ Christianæ Religioni opponuntur, superestque ea argumenta indicemus, quibus directè, et absolutè demonstratur ejus credibilitas. Desumuntur ejusmodi argumenta ex triplici capite: nempe ex conditionibus doctrinæ; ex personis, quæ illam confirmarunt; ex operibus mirabilibus, quibus comprobata est.

XXI 66. Ad N. jus caput pertinent doctrinæ veritas, sanctitas, et efficacia. In primis constat de veritate: multa enim, quæ docet Christiana Religio, demonstrantur vera; alia probabilissimis rationibus communiuntur; et quæ naturalis rationis lumen superant, non esse

contra idem lumen, efficacissime persuadetur: quin
imo nihil quicquid ab adversariis nostrae Religionis aliquando
objectum contra ipsam sit, quod non fuerit plenissime solutum. De sanctitate doctrinae habetur
evidentia: damnat enim omnia vitia; docet, et
praecipit omnium virtutum perfectionem; et
suis consilijs inducit ad imitandam, quam
perfectissime possimus, ipsam Dei sanctitatem.
Efficacia doctrinae est manifesta: nam cum Christiana Religio multa doceat, quae naturaliter sunt
incredibilia; multa praecipiat, quibus nihil est
appetitionibus connaturalibus hominum magis
contrarium; naturaliter incredibile erat, quod
habitura esset innumeros sectatores. Hanc
naturalem credibilitatis incredibilitatem vicit
sua efficacia Christiana Religio; et evidenter
incredibile est, hoc aliunde evenisse, nisi ex Deo
impellente mentes, et corda hominum ad fidem,
cui intellectus sibi relictus repugnaret, et cui
obsisterent connaturalia carnis desideria.

D.1., C.3.–

Hoc argumentum ex D. Augustino, l. 21. de Civit., c. 5., desumptum expendit optimè P. Esparza q. 18., ab artic. 2. ad 6.um //

~~337~~ 67. Ad 2.um caput pertinet considerare doctrinæ authorem, propagatores, et testes. Doctrinæ author est Christus Dominus, de cujus sapientia, sanctitate, et in patrandis miraculis potentia, non nisi temerè dubitari potest. Ab incunabulis Ecclesiæ magna hominum multitudo, et viri ingeniosi, prudentes, docti, contrarijs Religionibus imbuti, Christi doctrinam suscepere. Quo ~~dd~~ pacto id potuisset accidere, nisi constasset, Apostolorum prædicationem, et Evangelistarum historiam esse luce ipsa clariores, et ita constantes evidentia facti, ut ipsarum fides neque ab Ethnicis, neque à Judæis debilitari ✗ potuisset. Quod si semel constet de sapientia, sanctitate, et Christi miraculis, ut constat quantum humano modo constare potest, evidentissimum est, veram esse prudentem credibilitatem, et obligationem credendi doctrinam, cujus ipse est auctor //

9.- Jam verò primi propagatores, ac testes Religi- 228 105
onis Christianæ Apostoli fuere: homines rudes, 68. 8.
imperiti, et nullis, quæ humanæ prudentiæ sunt
pretio, dotibus commendabiles. Quod à talibus
fuerit doctrina evangelica propagata, incre-
dibile omnino est, nisi credatur, eos fuisse indu-
tos virtute ex alto, eligente Deo contemptibilia
hujus mundi, ut fortia quæque confunderet.
Pro Apostolis, Ecclesiæ Patribus, nati sunt
Ecclesiæ filij: innumeri scilicet Sapientissimi
Doctores; in quibus æqualiter splendent, mo-
rum innocentia, veritatis amor, excelentia
ingenij, atque doctrinæ. Adjungunt se plu-
rimi mirabilis Sanctitatis, qui per omnes Ecle
siæ ætates Christi Religionem sunt secuti; et quibus
nichil antiquius fuit, quàm Deum digne colere, et toto
corde amare. His adde: Martires, quos nume-
rare non poteris; omnis ætatis, et utriusque sexus;
omnis conditionis, et status: in omnibus eluxit fortitu
do

D.1., C.3.-

patientia, et alacritas; in multis aut mirabilis conversio, aut anteactæ vitæ puritas illustrior: et quod
" mirandum prorsus est, mors Martirum fuit seges
" uberrima Christianorum. Ecquis, si bene de providentia Dei sentiat, cogitare poterit, veram non esse illam Religionem, quam tot homines, Deo digni, doctrina, sanctitate, et sanguine testati sunt; aut quis cordatus formidet, illam fidem esse tenendam, quam Deus conspicuam reddidit tot testibus, omni exceptione majoribus?

XXX 69. Ad 3um caput pertinent prophetiæ impletæ, ~~[illegible]~~, et miracula patrata in confirmationem Christianæ fidei. Quoad Prophetias evidentissimum est, prædictiones eventuum pendentium à liberis Dei decretis, vel à libera hominum voluntate, vires naturæ excedere, et non nisi virtute divina fieri potuisse. Impletæ quidem sunt multæ prophetiæ ex ijs, quas continet ~~[illegible]~~ Christiana Religio; et hinc fit evidens, quod ceteræ implebuntur. Duæ sint exemplum. Prædixit

Christus Hierosolymitanum excidium, ita clarè et distinctè, et cum determinatione circumstantiarum, ut per Historiam retulisse videatur; et istud vaticinium quoad omnes sui partes evidentissimè impletum est. Prædixit Christus, prædicationem Evangelij totum terrarum orbem pervasuram, et contra suam Ecclesiam non prævalituras inferi potestates; et istud vaticinium impletum est. De universali Evangelij prædicatione testis est mundus antiquus; testis est mundus denuo inventus. De Ecclesiæ firmitate testes sunt persecutiones Tyranorum superatæ; hæreses prostratæ; Schismata nihil contra Ecclesiam proficientia. Testis est ipsa Roma; ex qua olim persecutionum turbines, et hostium exercitus; in qua tandem Ecclesiæ thronus, Religionis arx, et omnium Christianorum centrum. Argumentum istud desumptum ex Christi prædicationibus optimè expendit P. Hurtado de Mendoza disp. 2. a sect. 2. ad 5.

~~88~~
10. §.

Quantùm ad miracula sciendum est 1º: de Christo, et Apostolis, atque de alijs Propagatoribus, et Sectatoribus Evangelij multa narrantur, quæ veram miraculi rationem habent, et fieri non possunt nisi virtute divina: ut sunt resurrectio Lazari, et curatio Cæci nati. Sciendum 2º: non potest dubitari, quod ea fuerint facta, ut narrantur: neque ~~vere~~ enim est credibile, quod ab initio prædicationis Evangelicæ à tam multis hominibus, inter quos fuere non pauci ingeniosi, prudentes, et ad credendum non faciles, fidem extorserint, nisi de ipsis constasset evidentia facti; ut supra ponderatum est. Sciendum est 3º: miraculum factum in confirmationem doctrinæ, quando aliunde ~~humanitus~~ humanitus fieri non potest, fieri à Deo ex alia intent., reddit doctrinam illam evidenter prudenter credibilem, et ex obligatione credendam: tunc ~~vere~~ enim est moraliter certum, doctrinam illam à Deo esse confirmatam. Manifestum autem est, explicata qualitate gaudere miracula, quibus Christus edixit Evangelium, et quibus Apostoli

illud propagavrunt: quocumque enim te vertas, non invenies, unde sciri possit, illa a Deo fuisse facta ex alia intentione, et non ex intentione confirmandi doctrinam. Ex ijs tribus principijs, quae retulimus, evincitur evidentia credibilitatis Christianae Religionis; cum pro ea habeat miracula, de quibus non nisi impudentissime dubitari potest, aut fuisse facta, aut fuisse vera, aut fuisse a Deo patrata ex intentione ipsam Religionem confirmandi.

§ 9 XI. Audiatur jam D. Augustinus, lib. 21. de Civit., Cap. 5., incredulos sic potentissime stringens, ut ab ipsis evincat, aut credenda esse miracula, quibus Apostoli fidem propagarunt, aut credendum esse aliud miraculum, quod sufficiat ad persuadendam hanc fidem cuivis cordato: nam
» si per Apostolos Christi, ut eis crederetur.... miracu-
» la facta esse, non credunt; hoc nobis unum grande
» miraculum sufficit, quod ea (Christi resurrectionem
» et Ascensionem) terrarum orbis sine ullis miraculis
credidit.

Audiendus est etiam D. Thomas, lib. 1. contra Gent., cap. 6., idem argumentum premens efficacissime: hæc tam admirabilis mundi conversio ad fidem Christianam, indicium certissimum est præteritorum signorum, ut ea ulterius iterari non sit necesse, cum in suo effectu appareant evidenter; esset omnibus signis mirabilius, si ad credendum tam ardua, et ad operandum tam difficilia, et ad sperandum tam alta, mundus absque mirabilibus signis inductus fuisset a simplicibus, et ignobilibus hominibus.

888 12. Demonstrata Credibilitate Christianæ Fidei, demonstrandum supererat, inter Religiones Christianas solam Catholicam Romanam esse veram Christi Religionem, atque Ecclesiam. Pro omni demonstratione sufficiunt duæ observationes. 1.ª: omnes Sectæ, quæ Fidem Ecclesiæ Catholicæ Romanæ impugnarunt, aut ~~pugnarunt~~, in manifestissimos, et crassissimos errores prolapsæ sunt. Tales sunt isti, Lutherani, et Calvinistæ.

impugnant

communes: in homine non esse liberum arbitrium; Deum impossibilia praecipere; Deum efficacia sui decreti impellere hominem ad peccatum; ad obtinendam salutem non requiri bona opera, sed solam fidem sufficere. 2a: omnes Sectarii, qui sub praetextu reformationis ab Ecclesia Catholica Romana defecerunt, deformatissimi ipsi fuere, et dogmata docuere, quibus honestas corrumpitur. Talis fuit Lutherus, Monachus Apostata, qui abjecta Religiosa professione Monialem Professam sibi matrimonio copulavit, et usque ad mortem cum ea vixit. Talis fuit Calvinus, Presbiter ambitiosus, superbia, et maledicentia plenus, qui sacrilegas etiam nuptias contraxit. Igitur eadem veritate, et certitudine, qua olim D. Hieronymus scripsit ad Damasum (episto. 57) nunc etiam qui Catholici Romani nomine censetur ad Summum Ecclesiae Pastorem dicit. " Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudine tuae, id est, Cathedrae Petri communione consocior:

" Super hanc petram ædificatam Ecclesiam Sere Qui-
" cumque extra hanc domum agnum comederit,
" profanus est; siquis in arca Noë non fuerit, peri-
" bit, regnante diluvio.

Sectio 6.a

Argumenta Contraria solvuntur

§§§ 73. Arguitur 1.° Non est evidenter credibile, quod non esse credibile, est probabile; sed probabile est, non esse credibilia mysteria fidei: ergo hæc non sunt evidenter ~~credibilia~~ [× credibilia.] Probatur minor. 1.°: quia mysterium Trinitatis non esse credibile suadetur ex illo principio: quæ sunt [✳ eadem] uni tertio, sunt eadem inter se; cui principio mysterium illud repugnat. 2.°: quia mysterio Eucharistiæ repugnat evidentia physica, qua constat, accidentia esse non posse ~~[illegible]~~ absque subjecto; ac proinde hæc evidentia suadet, mysterium illud non esse credibile. Respon-

§§§ 74. [+ Principium]

detur, concessa majore, negando minorem. Ad 1.am probationem: ~~[illegible]~~ [+] illud de ~~[illegible]~~ [× identitate]

Extre-

extremorum mere ex identitate ipsorum cum medio, debilitatur, interveniente distinctione virtuali reali, aut equivalenti alia; intellectus est constitutus in statu, in quo sibi non apparet evidenter, implicare ejusmodi virtualem distinctionem in Deo. Ratio: nam paritas à creatis ad Deum evidentissimè enervatur, data pro disparitate infinitate, et illimitatione que evidentissimè convenit Deo. Deinde argumenta quibus creatus intellectus potest agere, habentur intervenientibus speciebus rerum finitarum; iste autem representant imperfectissimè, imò cum infinita distantia, amplitudinem, et illimitationem Dei: unde intellectus non potest evidenter statuere, nihil latere, ratione cujus, non ~~con-vincat~~ convincat in divinis principium, quod concludit in creatis. Hac supposita inevidentia, succedunt motiva credibilitatis: que uno ictu ostendunt, et esse credibile ~~Triplicitatis~~ Trinitatis mysterium, et non posse probabiliter impugnari principio adducto; ac deinde ex illustrante gratia afficitur intellectus ad credendum

De Trin. Theol., C. 22.

D.1., C.3.

» assensum: nam humanae mentis acies invalida in
» tam excellenti luce non figitur, nisi per justitiam
» fidei nutrita vegetur: inquit Augustinus l. 1. de Tri-
nitate, C. 2. Ad 2.um negatam minoris probationem:
quoties certitudo moralis supponit, esse victam, aut
vincendam exigentiam rerum naturalium, toties
evidentia physica infringitur, ut non generet pro-
babilitatem pro parte opposita. Evidens est, Deum
posse superare omnem exigentiam, et repugnantiam
physicam naturae; jam si moraliter certum sit a
Deo factum sic fuisse, evidentia physica cedit. Sic attes-
tantibus multis fide dignissimis, ab aliquo Sancto su-
scitatum esse mortuum, non possem prudenter dissen-
tire eo ductus fundamento, quod mortui resurrectio
sit naturaliter impossibilis: hanc ~~enim~~ impossibilita- ×enim
tem victam esse divinitus morali ~~certitudine~~
certitudine constaret. Loquendo itaque de Eucha-
ristiae mysterio, argumenta, quae probant eadem × ×Deus illud revelasse, probant etiam,
certitudine, victam divinitus esse naturalem repu-
gnantiam, ut accidentia sint sine subiecto: ac
S

ac proinde evidentia physica de opposito in[?]ducitur de omnino. Arguitur 2°. Quod est credibile, et actu fidei credibile: ergo quod est evidenter credibile, ~~[illegible]~~ ~~credibile~~, est actu evidenti fidei credibile; sed actus evidens fidei aut est impossibilis, aut saltem non est liber, et meritorius: ergo res fidei non sunt evidenter credibiles, aut saltem non sunt credibiles fide libera, et meritoria. Confirmatur: sequitur, quod res fidei sunt evidenter possibiles; quod dici non potest. Probatur sequela: bona est haec illatio ex terminis: hoc est evidenter impossibile: ergo hoc non est evidenter credibile. Atqui a ~~[illegible]~~ consequentis valet ad contradictorium antecedentis: ergo et haec ex terminis est bona illatio: hoc est evidenter credibile: ergo hoc est evidenter possibile. ~~[illegible]~~ quod est evidenter credibile, vel potest revera esse falsum, vel non? Si 1^us: ergo quod est falsum potest credi fide divina; ac proinde: haec potest esse falsa: quod implicat. Si 2^us: ergo illud judicium, quo proponuntur res fidei ut evidenter credibiles, eamdem proponit ut

Margin notes: ~~[illegible]~~ — contradictorio — urgetur:

D. 1, C. B.

evidenter veram; ac proinde erit evidentia de veritate rerum fidei: quod dici non potest. Respondetur

16

concesso antecedente nego consequentiam. Ratio: nam denominatio rei credibilis desumitur tamquam a forma ab actu fidei, quem terminare potest, sicuti denominatio crediti desumitur ab actu fidei, quem terminat. At denominatio rei evidenter credibilis desumitur ab actu fidei, quo res credi potest, et à judicio enunciante credibilitatem: totaque evidentia sistit in judicio credibilitatis, quin transeat ad actum, quo res creditur, aut potest credi. Ad confirmationem nego sequelam; concessis premissis, nego consequentiam: neque ibi arguitur à contrario consequentis ad contradictorium antecedentis. Ratio: nam istae propositiones non sunt contradictoriae: hoc est evidenter impossibile; et hoc est evidenter possibile: possunt esse simul falsae. Istae sunt in exemplum. Substantia supernaturalis creata est evidenter impossibilis; et: eadem haec substantia est evidenter possibilis: utraque propositio est falsa; cùm probabiliter adstruatur tùm possibilitas ab aliis,

× denominatio

× ad hujus probationem,

turalis

tum impossibilitas ab alijs. Igitur huic propositioni, quae erat consequens in 1a argumentatione; hoc non est evidenter credibile; opponitur contradictoriè huic, quae in 2a argumentatione est antecedens: hoc est evidenter credibile. At isto propositio, quae in 2a argumentatione est consequens: hoc est evidenter possibile; non opponitur contradictoriè huic, quae in 1a argumentatione erat antecedens: hoc est evidenter impossibile. Bona argumentatio haec erit: hoc est evidenter credibile: ergo hoc non est evidenter impossibile. Hinc autem nichil absurdi.

XVII

77. Aduergentiam: de evidenter per accidens credibili dicemus postea; de evidenter per se credibili, modo discurrimus. ~~Fatemur~~, quod huic evidenti credibilitati, qua gaudet nostra Religio, non potest subs-tare falsa doctrina; sed addimus, hoc non esse absolutè, et impliciter evidens: ut probatum est ân. ~~...~~ Infertur, nichil falsum posse credi fide divina, nempe infusa: ac proinde stat, hanc

timemus.

48 ad 52.

D.1, C.3.

fidem esse infallibilem. Infertur, non esse absolute, et simpliciter evidens, quod sit actus fidei divinæ infusæ ille, quo sunt evidenter dignæ res nostræ fidei: ac proinde stat, quod evidentia de credibilitate non arguat evidentiam de veritate rerum nostræ fidei. In forma, rejecta 1.a disjuncti parte, distinguo 2.am: et non constat evidenter, quod evidenti credibilitate non possit substare doctrina non divina, concedo; et de ista impossibilitate constat evidenter, nego hanc partem, consequentiam ex ea illatam, et sequelam.

18\. Arguitur 3.o Res fidei vel sunt evidenter credibiles fide divina infusa, et infallibili, vel fide fallibili, et acquisita; dici potest: ergo. Probatur minor quoad 1.am partem: nam jam esset evidentia de possibilitate fidei infusæ; hæc autem possibilitas, cum sit articulus fidei, et res supernaturalis, non potest evidenter cognosci, sed tantum obscure. Probatur 2.a pars minoris: nam sequitur, tantum esse

evidens, nos eomodo posse credere, ut decipi possimus: ergo nec possumus, nec tenemur credere fide infusa. Probatur consequentia: non possum, nec teneor credere, nisi ea fide, quam à me ~~possum~~ × habere, cognosco evidenter; sed non cognosco evidenter, me posse habere fidem infusam, sed tantum fidem acquisitam, in qua decipi possumus: ergo.

× posse

Ni. Respondetur distinguendo maiorem: res fidei vel sunt evidenter credibiles fide divina infusa, et infallibili #, et acquisita, ita ut utraque veniat in suppositione disiunctiva confusa, concedo; ita ut utraque fides veniat in suppositione disiunctiva determinata, nego maiorem. Explicatur: evidens est, res fidei esse credibiles, tamquàm à Deo revelatas, fide ex toto corde, et affectivè summa; Certum moraliter est, istam fidem esse infussam, et infallibilem; et est improbabile, quod res fidei sint credibiles.

vel fide fallibili

A.1., C.3. —

assensu tantum naturali, et fallibili. Iam sic: non est evidens, quod fidei, quam merentur mysteria nostrae Religionis, sit infusa; rursus: neque est evidens, quod sit tantum acquisita. Sed hinc non valet consequentia ista: ergo non est evidens, quod mereantur aliquam fidem firmissimam, hanc, vel illam. Igitur in illa disjunctiva propositione; res fidei vel sunt evidenter credibiles fide infusa, vel acquisitâ; utraque pars offertur in suppositione disjunctiva confusa. Distinguo minorem: neutrum dici potest determinatè, concedo; indeterminatè in suppositione disjunctivâ confusa, nego minorem, et consequentiam. Quod offertur contra 1.os minoris partem determinatè sumptam, totum est verum; sed nihil contra nos evincit. Ad probationem autem 2.ae partis, distinguo antecedens: sequitur, tantum esse evidens, nos eo modo posse credere, ut decipi possimus, et

est certum moraliter, quod possumus credere modo, quo non possimus decipi, concedo; et hoc non est moraliter certum, nego antecedens, et consequentiam. Ad hujus probationem nego majorem: nam possum, et teneor credere ea fide ~~firmissima~~, quam à me ~~posse~~ haberi, certo moraliter cognosco; teneor credere fide firmissima; et istam esse posse infusam, scio cum morali certitudine: et istam, quam hic, et nunc habeo esse infusam, prudenter confido, attento fine, quem Deus intendit in praecepto fidei. Iste finis est justificatio nostra, et ultimatè aeterna salus: ad quem finem non conduceret assensus firmissimus, nisi esset supernaturalis; ac proinde prudenter confido, quod Deus superna gratia praeoccupat meum conatum, ut sic credam prout oportet.

86. Arguitur 1.° Evidentia credibilitatis generat hoc judicium: res ista non potest prudenter negari; sed sub hoc judicio non est libertas.

ad dissensum, quo res ipsa negetur: ergo sub evidentia credibilitatis mysteriorum fidei, non est libertas ad assensum, quo ipsa negentur: quod dici non debet. Constat minor: nam quo pacto voluntas flectet intellectum, ut neget, id, quod non ~~possit~~ posse prudenter negari, intellectus ipse firmiter praejudicat? An poterit intellectus ex imperio voluntatis in hunc actum erumpere? Nego rem istam; sed video, non posse prudenter negari? Urgetur: evidentia credibilitatis, aut infert, aut supponit notitiam revelationis, non minus certam, quam est certa haec notitia: Certo existit. Sed hanc rem intellectus non potest negare, quamvis possit assensum suspendere: ergo sub evidentia credibilitatis non potest intellectus negare mysteria fidei esse a Deo revelata, dato, quod possit assensum suspendere. Respondetur,

XXXI 81. distinguendo maiorem: evidentia credibilitatis generat resistibiliter hoc judicium: res ista non

potest prudenter negare, concedo; generat irresistibiliter, nego majorem: et cadit reliquum. Sensus est: ad presentiam actualis evidentiæ de credibilitate, sunt multæ difficultates apparentes contra veritatem mysteriorum; et ex consequenti contra existentiam revelationis: quæ propterea rationes apparentes conantur extinguere evidentiam credibilitatis. Hinc opus est, ut voluntas resistat impulsui earum difficultatum: resistet autem, vel positivè ~~assentiendo~~ assentiendo rebus fidei; vel conservando judicium illud de evidente credibilitate, in cujus sensu composito mens sana negare non potest res fidei. Rursus: quamquàm motiva credibilitatis ~~apta~~ nata sint generare illud judicium enuncians, res fidei non posse prudenter negari; nichilominus aversio voluntatis à rebus fidei, propter vehementes passiones, tanta esse potest, ut judicium illud non resultet; et tunc intellectus ex imperio voluntatis poterit negare res fidei. Dicstis autem,

D. 1., C. 3.

quae voluntarie sufficiant evidentiam credibilitatis, accipitur illud Christi Domini, Mathei 13: videntes non vident, et audientes non ~~audiunt~~ neque intelligunt. Igitur evidentia credibilitatis non est tanta, ~~tamque~~ conspicua, ut rapiat irresistibiliter intellectum, et immobiliter illum firmet in hoc judicio: res ista non potest prudenter negari.

audiunt

82. Ad urgentiam, concessa maiore, et transmissa minore, nego consequentiam: quia non infertur a paritate. Ratio: quia contra veritatem illam de Ciceronis existentia nichil est, quod apparenter reclamet ex parte intellectus; nichil est, quod avertere possit voluntatem ab illa veritate, ut voluntas claudat oculos menti, ne ad illam evidentiam attendat: quapropter intellectus non potest illam veritatem negare. At in rebus fidei, et ex parte intellectus sunt apparentes difficultates contra existentiam revelationis ~~[illegible]~~, et et ex parte voluntatis potest esse aversio a rebus

reclamantes

fidei: unde relinquitur locus, ut revelationis existentia possit imprudenter negari. Propter diatam disparitatem docent multi, notitiam de existentia revelationis esse moraliter certam, sed non moraliter evidentem. Non nulli tenent, ejusmodi de existentia revelationis notitiam esse moraliter certam, et moraliter evidentem. Ratio: quia sicut certo cognoscitur, motiva credibilitatis esse moraliter connexa cum existentia revelationis; ita et clarè hoc ipsum cognoscitur: ergo et certò, et clarè cognoscitur ta moralis connexio; sed hoc est, quod notitia revelationis sit moraliter certa, et moraliter evidens: ergo utramque qualitatem habet notitia de revelationis existentia. Videatur Granadolue, trac. 2. disp. 9.

83. Arguitur 5.º Evidentia credibilitatis non generat ~~irresistibiliter~~ illud judicium: res ista non potest prudenter negari: ergo saltem credibilitatis, et subinde obligationis credendi mysteria Catholicæ Religionis, non est metaphysica, sed ad summum pure moralis. Patet consequentia.

irresistibiliter

evidentia

D.1., C.3.- nam evidentia methaphysica est irresistibilis. Confirmatur: credibilitas fundatur in existentiâ motivorum: miraculorum exempli causa; sed non datur evidentiâ metaphysica, immò nec physica, de existentiâ motivorum: et ideo non est absolutè, et simpliciter evidens, esse methaphisicè impossibile, doctrinam Catholicę Religionis non esse revelatam à Deo: ergo. Additur: evidentius esset, res fidei esse credibiles, si daretur methaphysica evidentia de existentiâ motivorum, et de methaphysica connexione cum existentia revelationis divinę; sed in ista hypotesi evidentiá credibilitatis esset solùm methaphysica: ergo modò hujusmodi evidentia non est methaphysica: ergo.

82. Respondetur, concessa antecedente, distinguo consequens: ergo evidentia credibilitatis non est certè evidentiá methaphysica, concedo; non est probabiliter evidentia methaphysica, nego consequentiam; cujus probatio ob datam distintionem non urget. Dicimus probabiliter,

eum, qui bene expendat credibilitatis motiva per-
venturum ad methaphisicam evidentiam; ratione
cujus sit methaphysice determinatus ad judicium
illud, saltem quoad speciem, sin minus in exerci-
tio concipiendum: res fidei non possunt pruden-
ter negari. Sed hoc non est certum; est tamen
certum, rerum fidei credibilitatem esse moraliter
evidentem. Hinc fit, quod Heretici negant
(temere, et imprudenter) non solum veritatem,
sed et credibilitatem nostre Religionis: quia e-
videntia credibilitatis non immediata, et ex
terminis, sed mediata, et per credibilitatis
motiva: a quibus, et a conducentia ipsorum
quoad inferendam credibilitatem, illi avertunt
mentem. Sic videntes non vident: hoc est;
non vident, que non possunt non videri, si mentis syn-
cere, et dociles oculi in ipsa dirigantur. Id dictum
esto de Hereticis sagacibus, ingeniosis, et doctis:
nam pueri, et rudes non infrequenter excusantur

x est

x quoad

a formali peccato contra fidem propter ignorantiam invincibilem, non habentes rationem dubitandi et sic sine ulteriore inquisitione manentes in suis erroribus.

XXX 85. Ad confirmationem distinguo maiorem: credibilitas fundatur in existentia motivorum prout subest notitiae moraliter certae, concedo; aliter, nego maiorem: et constat ad reliquum. Quamvis non sit methaphysicè evidens, quod existant motiva credibilitatis, est methaphysicè evidens, esse certum moraliter, quod existant illa motiva, et quod cum certitudine morali suadeant divinae revelationis existentiam. Hinc bene desumitur evidentia methaphysica credibilitatis: ut a ratione, et ab exemplis, atque etiam ab au-

57. ad 60. thoritate, probatum est, a n. ~~XX ad XXX~~. — Ad additamentum, concessis premissis, nego consequentiam: nam in genere evidentiae methaphysicae est magis, et minus; et sic magis evidentia sunt prima principia, quam conclusiones per ipsa demonstratae.

Hinc si daretur methaphysica evidentia de existentia motivorum credibilitatis, et de ipsorum essentiali conexione cum existentia revelationis, hec tunc esset methaphysicè evidens, qualiter modo non est. At sicut tunc esset evidenter suadibilis existentia revelationis, modò est evidenter suadibilis revelationis credibilitas; ad modum, quo, sicuti evidenter suadetur, totum esse majus sua parte, ita evidenter suadetur, esse prudenter credibile, extitisse Ciceronem. Adde: si daretur evidentia methaphysica de existentia motivorum, et de ipsorum conexione methaphysica cum existentia revelationis, daretur pariter evidentia methaphysica directa, et reflexa de illius credibilitate; modò autem solum datur probabilitas de methaphysica evidentia directa: manet tamen inconcussa moralis evidentia de credibilitate revelationis.

Sectio 7.ª

Necessitas judicij de evidente credibilitate

D.1., C.3. —

XXIX Conclusio. Ad actum fidei divinæ prærequiritur
§. — 86. judicium de evidente credibilitate revelationis, ita ut
constet, non posse prudenter negari revelationis existentiam, nec de ipsa prudenter dubitari, aut formidari. Sic cum D. Thoma tenent communiter Theologi, quorum multos citat Oviedo, hic, controv. 1., punct. 5. Dissentiunt aliqui, quibuscum Ripalda, disput. 6., sect. 6., censentes, non prærequiri generaliter in omnibus credituris, quod adsit ejusmodi evidentia.

XXX 87). Probatur: actus fidei divinæ est firmus, et immobilis: tum quatenus ex imperio voluntatis intellectus statuat non formidare ad conspectum quarumcumque rationum occurrentium in contrarium; tum quatenus nec pro conservanda vita possit prudenter voluntas non cohibere omnem formidinem deliberatam. Atqui ad assensum eo usque firmum, et immobilem præ-requiritur judicium de evidente credibilitate revelationis: ergo ad actum fidei divinæ præ-requiritur ejusmodi judicium. Probatur minor: nam si quis judicet tantum probabiliter, rem esse credibilem,

in hoc ipso judicat implicite, posse de re ipsa pruden-
ter formidare: ergo non poterit assentiri, statuendo,
rejicere omnem formidinem ut imprudentem: ergo
ad assensum fidei firmum, atque immobilem præ-
requiritur judicium, non tantum de probabili, sed
de evidenti revelationis divinæ credibilitate. Rursus:
non possum vitam laudabiliter prodigere, nisi in Dei
obsequium præcipientis, aut consulentis; sed Deus
nec præcipit, nec consulit, quod rejiciam ut impruden-
tem formidinem, quæ prudenter potest haberi: ergo
ut sim paratus vitam laudabiliter prodigere potius,
quàm formidare deliberatè, requiritur, quod non
possit prudenter admitti deliberata formido: hoc
autem mihi non constat, nisi per evidentiam de
prudenti credibilitate: ergo hæc evidentia prærequi-
ritur ad actum fidei, quo sic firmiter assentior, ut
potius vitam prodigere statuam, quàm formidinem
deliberatè admittere. 328

88. Factam probationem con-
firmabis ex dictis, sect. 2. per totam, ubi probatum est,

ad assensum fidei requiri notitiam revelationis omni pro-
babilitate certiorem; habita autem istiusmodi notitia
resultat evidentia credibilitatis: quod probatum est, à
51. ad 60. n. ~~XXI ad XXV~~. Doctrinam datam exponit Angelicus
Doctor, q. 1., a 1., ad 2.us Quae ~~[illegible]~~ fidei considerantur
subsunt / possunt ~~[illegible]~~ in generali, scilicet sub ratione ~~[illegible]~~ credibilis;
et sic sunt visa ab eo, qui credit; non enim crederet,
nisi videret, ea esse credenda, vel propter evidentiam
signorum, vel propter aliquid hujusmodi. Ergo
credibilitas, et credentitas mysteriorum fidei vi-
dentur; et hae visio requiritur, ut mysteria fide
credantur; atque ea visio habenda est ex eviden
tia motivorum credibilitatis, et credentitatis.

~~XXI~~ 88. Consectarium.

Omnibus, et singulis, ut fide divinâ credant, nece-
ssaria est praedicta evidentia de credibilitate rerum
fidei. Constat: nam omnes, et singuli, ut fide divina
credant, debent habere assensum firmum, atque
immobilem; ad istum autem assensum necessaria est
evidentia de prudente credibilitate rerum fidei,

tanta illa firmitate, atque immobilitate: etc.

Notandum 1°. Evidentia credibilitatis est respectiva ad capacitatem eorum, qui credituri sunt. Sic viris doctis, et ingeniosis, non consurgit credibilitatis evidentia, nisi ex argumentis, quae subtiles, et profundae considerationes sunt. Vice versa: pueri, et rudes illam evidentiam acquirunt ex argumentis facilioribus, quae ipsorum captui sunt accomodata; et Deus in ipsis supplet per internam illustrationem id, quod deest externae propositioni. Notandum 2°. Evidentia actualis de credibilitate requiritur ad illum fidei actum, quo quisquam amplectitur Catholicam Religionem firmiter, et immobiliter; ad ceteros autem actus, quibus in particulari creduntur veritates revelatae, aut quibus semel acceptam fidem exercemus, sufficit habitualitas illius evidentiae: ista vero habitualitas habetur per memoriam illius prius habitae evidentiae.

89. Rogabis: an evidentia credibilitatis praerequirat Catholicae Ecclesiae propositionem? Dicendum: ex natura rei;

D.1., C.3.—

non requiritur, quod propositio nomine, et authoritate Ecclesiæ; sed regulariter hæc propositio requiritur post promulgationem Evangelij. Sermo hic est de authoritate humana Ecclesiæ: nam authoritas divina unum est mysterijs Religionis, quæ proponitur credenda. Constat 2.a responsionis pars: nam post Evangelij promulgatione qui illud prædicat, cum prudenter hoc munere fungatur, fidem divinam proponit, non ut sibi privatam, sed ut communem toti Ecclesiæ florenti notis Sanctitatis, et Sapientiæ. Pars 1.a suadetur: nam ad evidentiam credibilitatis generandam sufficiunt ex natura rei miracula, et prophetiæ: et sic Christus Dominus sua ipsius humanâ authoritate fuit usus; et Apostoli miraculis ostendebant, se per doctrinam immediatam Dei, quæ prædicabant, didicisse. Opponi illud Augustini: non crederem Evangelio, nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoveret authoritas. Confirmas: nisi quæ sunt credenda proponantur nomine, et authoritate Ecclesiæ, fides, si præstetur, non erit catholica. Ad argumentum: authoritas humana Ecclesiæ fuit necessaria Augustino, ut induceretur ad credendum

quia ille pro sui ingenij acumine cetera argumenta credibilitatis, dum in suis erroribus versabatur, eludebat. Hinc non est argumentum, ut in singulis requiratur ex natura rei, quod propositio credendorum fiat nomine, et authoritate Ecclesiæ. Ad confirmationem: ut fides sit catholica, non requiritur quod testimonium Ecclesiæ a credente cognoscatur; sed sufficit, quod credatur id, quod revera creditur ab Ecclesia, et ejus nomine potest proponi.

XIII

9o. Objicitur 1o.

Hæreticis multoties proponuntur errores, quibus adhærent, eodem modo, quo ipsis proponuntur catholicæ veritates; sed errores, quibus adhærent, non subsunt evidentiæ credibilitatis: ergo neque veritates catholicæ ipsis apparent sub evidentia credibilitatis. Atqui possunt, et tenentur, credere catholicas veritates: ergo ad fidem non requiritur judicium de evidente credibilitate. Confirmatur: simplices infideles habent judicium de evidente credibilitate suorum dogmatum; et multoties nequeunt deponere hoc ~~judicium~~: ac proinde nequeunt assurgere ad evidentiam de credibilitate Catholicæ ~~doctrinæ~~ doctrinæ.

judicium:

Sed tamen possunt veram amplecti Religionem: ergo

Objicitur 2.º Fideles simplices, ut sunt pueri, et rustici, firmiter, et immobiliter amplectuntur Catholicam Religionem; sed tamen non habent evidentiam de credibilitate: ergo ad firmum, et immobilem amplexum Catholicæ Religionis illa evidentia non requiritur. Probatur minor: non habet ejusmodi evidentiam, qui non penetrat sufficientiam motivorum; sed simplices Fideles non penetrant motiva credibilitatis: neque vident, illa non posse esse, nisi à Deo confirmante Religionis Catholicæ doctrinam: ergo

91. Proposita argumenta coegerunt Antonium Perez, C. Sforzia, et Esparzam, ut excogitarent quoddam discerniculum objectivum, ratione cujus impossibile sit, quod sub iisdem signis, et argumentis credibilitatis, quibus unicuique credituro proponitur doctrina vera, proponatur unquam doctrina falsa. Fatemur, impossibile esse, quod sub tota credibilitate, qua gaudet Catholica Religio, proponatur falsa doctrina; sed addimus, non constare evidenter de ejusmodi impossibilitate,

Atque quod attinet ad evidentiam respectivam de credibilitate, dicimus, sub iisdem motivis, quae in hominibus simplicioribus inducunt obligationem credendi, posse falsam doctrinam proponi. Suadetur ex illo Christi Domini, Math. 23:
„ Super Cathedram Moysis sederunt Scribae, et Pharisaei: omnia ergo, quaecumque dixerint vobis, facite.
Ergo simplices, quibus Parentes, et Parochus, de quorum pietate, et doctrina illi sunt altissime persuasi, proponunt Trinitatis mysterium, ad hujus fidem obligantur. Atqui ab illis iisdem Instructoribus, commemoratis iisdem credibilitatis, et credentitatis signis (miracula cogitata, prophetias, populorum consensum, et similia) potest simplicibus obtrudi articulus falsus: ergo sub iisdem motivis, quibus in simplicibus generatur evidentia credibilitatis respectiva ad ipsorum captum, articulus falsus potest ~~proponi~~ proponi. Consule discernicubum objectioi impugnatores acerrimos: Claunodum pt. Lumenam, ~~[illegible]~~ [illegible]

A. 1., C. 3. —

Ad argumenta proposita diluenda redeamus.

R. Ad 1.um

loquendum non est de Hereticis ingeniosis, et doctis: isti namque voluntarie reijciunt, aut extinguunt evidentiam credibilitatis, quâ fulget Catholica Religio; excaecavit illos malitia ipsorum: Sapient. c. 2. Loquendo de Hereticis simplicibus, et rudibus, dicendum, ipsos frequenter habere evidentiam respectivam suorum dogmatum quoad prudentem credibilitatem; audiunt namque suos magistros, de quibus persuasi sunt, quod animo syncero, et ex ipsorum salutis desiderio, doctrinam illam ut à Deo revelatam proponant. Hinc miseri isti statuunt apud se, non formidolosè, sed firmiter, et indubitanter, se prudenter non facturos, nisi doctrinam illam amplectantur. Quod si lux aliqua de ipsorum erroribus illis affulgeat, tunc ipsos urget obligatio inquirendi diligenter, et petendi à Deo ulteriorem illuminationem. Dico hic ex communi Theologorum Sententia observare oportet 1.um: miseri isti in illa simplicitate manentes sunt in ignorantia invincibili, quâ excusantur

8

et paeali peccato non accipiendi veram fidem. 2:
peccatis non inclinentur, Deus misericordi- Si dixs
ter efficiet ut deposito suo errore, habeant evidentiam
de credibilitate Catholicae Religionis, et ipsam amplec-
tantur. 93

Infirmatur, concesso argumenti maiore, distinguo minorem: sed errores, quibus adhaerent simplices Haeretici) non habent absolute evidentiae credibilitatis, concedo; respective evidentiae, nego minorem. Distinguo consequens: ergo neque veritates catholicae ipsis apparent sub evidentia absoluta credibilitatis, concedo; sub evidentia respectiva, subdistinguo: dum illi habent evidentiam respectivam, aut iudicium de prudenti credibilitate horum dogmatum, concedo; si melius instructi reiiciant evidentiam, aut iudicium praedictam nego consequentiam. Nego deinde minorem subsumptam de potestate, et obligatione proxima credendi veritates catholicas, dum de ipsarum credibilitate non habeant evidentiam respectivam: et nego consequentiam. Ad confirmationem concessa maiore nego minorem: neque infideles, enim

D. L. C. Z.-

dum sunt in illo statu, possunt credere assensu firmo et immobili veritates fidei; ac proinde non possunt amplecti Religionem Catholicam ex toto corde, et summa affectiva certitudine. ~~Unde ... denique~~

92. Ad 2um, concessa majore, nego minorem de evidentia respectiva. Ad probationem distinguo majorem: non habet ejusmodi evidentiam absolutam, qui non penetrat sufficientiam motivorum, concedo; non habet evidentiam respectivam, nego majorem: et cadit reliquum. Simplices Fideles non expendunt, nec penetrant motiva, quibus generatur evidentia absoluta credibilitatis; enim ea ~~...~~ sunt subtilis, et profundae considerationis. At satis expendunt, et penetrant motivum aliquod sufficiens ad evidentiam respectivam; habent enim ~~...~~ quantum satis est capacitatis ad hunc discursum = Viri sanctissimi tenent hanc fidem, non ut inventum suum, sed ut doctrinam à Deo revelatam: ergo certissime faciam imprudenter, si illam respuam; et certissime

faciam prudenter, si illam amplectatur." In hoc elucet benefica Dei providentia, ut simplices isti, bene fortunati, in gremio Ecclesiæ nati sint, et educati: sortiuntur enim Doctores, qui plantant, et rigant; et Deus dat intrinsecus incrementum per internam illuminationem, qua in ijs simplicioribus supplet defectum absolutæ evidentiæ de credibilitate: nam si propter illos solos Christus mortuus est, qui certa intelligentia possunt ista discernere, pene frustra in Ecclesia laboramus: inquit Augustinus epist. 102. Quam vero longe distet cogitatio ista ab spiritu privato hæreticorum, non semel demonstratum est. illuminatio namque ista, qua Deus in simplicibus supplet defectum absolutæ evidentiæ, datur ad credendum, quæ docet Ecclesia; spiritus autem ille fingitur ab hæretico ad resistendum Ecclesiæ.

95. Instas: in bello utrinque probabili pro obtinendo regno possunt laudabiliter milites vitam prodigere pro veritate, quod regnum pertineat ad suum Principem: ergo similiter, sub sola probabilitate revelationis potest quis credere, paratus laudabiliter vitam dare pro veritate; sed sub sola probabilitate revelationis

T.1., C.3.

nonstat evidentia de illius credibilitate assensu firmissimo. Ergo. Probatur: evidentia absoluta non requiritur in singulis; evidentia autem respectiva est inutilis. Probatur hoc: nam si tantum processit evidentia respectiva, jam posset, accidere, ut posset aliquis repudiare prudenter assensum fidei supernae, quem habuit. Ostenditur: simplex fidelis potest incidere in hereticos, de quibus existimet secundum id, quod ipse potest judicare, esse doctiores, ac probiores, quam illi erant, a quibus fuit instructus. Tunc simplex ille poterit prudenter repudiare assensum fidei ~~per~~ habitum: nam per testimonium hereticorum asserentium, revelationem olim ipsi propositam esse fictitiam, eliditur evidentia respectiva, quae precessit.

XXI 96. Ad instantiam distinguo antecedens: possunt milites laudabiliter prodigere vitam pro illa veritate prout connexa certo cum justitia, et fidelitate, concedo; pro illa veritate in se ipsa, nego antecedens. Est dicere: justitiae, et fidelitatis actus est, defendere usque ad sanguinem suum Principis, quod prudenter creditur, ~~[illegible]~~ esse in Principe; nullius autem virtutis esset actus,

quo quis resolveret: dabo vitam pro veritate hujus causæ, de qua possum prudenter formidare. Nego consequentiam: nam actus fidei debet esse cum tanta firmitate, ut pro veritate revelata paratissimus vitam dare, potius quam de ipsa deliberate formidare; et ad hanc tantam firmitatem laudabiliter habendam non sufficit probabilitas de revelatione: cum sub ejusmodi probabilitate sit locus prudenti formidini.

97. XXX

Ad urgentiam concedo 1.am partem assumpti, et nego 2.am Ad cujus probationem nego sequelam; et hujus probationem sic distinguo. Ad Dei providentiam spectat, eos qui semel crediderunt, ita regere, et gubernare, ut juxta fundamenta externa, quæ ipsi percipiunt, et illuminationes internas, quas Deus infundit, semper credibilior appareat Catholica Religio alijs quibuscumque Sectis. Sic non sine acri conscientiæ remorsu, ac proinde non nisi imprudenter Fidelis eam existimationem de sapientia, atque probabilitate hæreticorum concipiet, ut elidatur præhabita respectiva evidentia de credibilitate solius Catholicæ Religionis. Ita do et Oviedus, Controv. 4, punct. 5., num. 62. Aliter

D. 1, C. 3. —

respondere potest, confessa 1ª assumpti parte, negando 2ᵃᵐ; ad probationem negetur suppositum; nempe, non ex alio titulo requiri evidentiam credibilitatis, nisi ut impossibilis reddatur casus repudiandi prudenter assensum fidei, prius habitum: requiritur enim* illa evidentia, ut hic, et nunc exhibeatur assensus firmus, et immobilis; et si per accidens occurrat postea casus, in quo prudenter* repudietur. Constat hinc ad reliquum argumenti. Damnata quidem est ab Innoc. XI. hæc propositio, quæ est 2ª — Potest quis prudenter repudiare assensum, quem habeat supernaturalem. — Sed est sensus: ut nullus posset prudenter repudiare assensum, de quo persuasus est, fuisse supernaturalem; ille vero simplex fidelis in casu adducto existimaret invincibiliter (ut modo permitto) assensum olim præstitum non fuisse supernaturalem. //

× enim

* (non quidem objective, ut ... sed generis ... ... operatio)

XXI

98. Ex hucusque dictis occurrere facile argumentis, quæ ex casibus sequentibus desumi possunt. 1º duo homines ingeniosi, alter* hæreticus, Catholicus alter, accedant ad hominem rusticum: uterque iisdem rationibus utatur, et in utroque appareat æqualis authoritas; dubitet rusticus, et sibi æque credibilis religio utriusque proponatur. Poteritne fidem

× alter

Catholicam amplecti? Si quis accedant ad Indos duo
Ministri: Lutheranus alter, alter Catholicus; sua
dogmata ambo proponant; à Deo esse revelata dicant;
miraculis, prophetijs, et alijs argumentis confirmata
esse testentur: pars Indorum ad Lutheranam, pars
ad Religionem Catholicam confugiat. Elicuere ne
isti actum fidei, quo ad justificationem fuerint dispositi?
Respondeo: in his casibus ad Dei providentiam perti-
net, quod credibilior tandem appareat Religio Catho-
lica; aut per manifestum miraculum; aut per inspira-
tionem alicujus rationis, qua Catholicus convinceret
hereticum; aut per majorem illustrationem, qua au-
dientes melius perciperent motiva catholicę doctrinę,
quam hereticę. Sic daretur sufficiens evidentia de
credibilitate nostrę fidei; eaque non data, rustici, et
Indi possunt dubitare: et non possunt credere superna
fide, et prout oportet ad justificationem. Quid si Deus
" illa providentia non utatur? Dominus est; et judicia
" Dei abyssus multa. Verum et certum: nemo de-
cedit sine fide ad salutem necessaria, nisi per infide-
litatem

quæ vel sit peccatum, vel pœna peccati: ut docui in tractatu de gratia

Sectio 8.

Nescessitas piæ affectionis ad credendum.

99. Conclusio. Ad actum fidei divinæ infusæ prærequiritur positivum imperium voluntatis, quo intellectus ad credendum determinatur. Hæc est communis Theologorum sententia, apud Oviedum, controv. 5 punct. 4. Dissentit Franciscus de Marchia, qui docet totam libertatem fidei sistere in actu, quo voluntas applicat intellectum ad considerationem motivorum, quæ ingenerant evidentiam de veritate rerum fidei. Dissentit Holcoth, existimans, ex evidentia credibilitatis determinari intellectum ad credendum præcedente libertate in consideratione argumentorum credibilitatis evidentis. Dissentiunt aliqui Scotistæ, qui docent ad credendum sufficere non contranolitionem voluntatis, sive omissionem positivæ nolitionis. Dissentiunt pauci alij docentes, non requiri

positivum voluntatis imperium, quando non adest bellica difficultas; aut quando non est fundamentum ad dissensum; aut quando post liberam fidei susceptionem repetuntur fidei actus. ~~[illegible] apud Molinam, disp. [illegible]~~

100. Probatur conclusio ab authoritate. Ad actum fidei divinae infusae requiritur liberum exercitium voluntatis: eoque fides imputatur ad laudem, et meritum; et negatio fidei imputatur culpae, et demerito. Constat ex illo Christi Domini, Marci, capite ultimo: *qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Item ex Tridentino, sess. 6: *disponuntur homines ad justitiam.... dum fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes, vera esse, quae divinitus revelata, et promissa sunt.* Atqui hoc liberum voluntatis exercitium praerequisitum ad fidem est positivum voluntatis imperium: ergo istud praerequiritur

ad actum fidei divinae infusae. Probatur minor
ex Augustino, trac. 26. in Joannem: multa potest
homo facere non volens; credere autem non potest,
nisi volens: ergo requiritur, quod velit credere;
volitio autem credendi est positivum imperium, terminatum ad ipsum fidei actum: ergo. Iterum
ex D. Ambrosio, in cap. 4. ad Roman. asserente:
credere, aut non credere, voluntatis est: neque enim
cogi potest ad id, quod manifestum non est: ergo voluntas est, quae intellectum determinat, ad actum credendi; sed voluntas non determinat, nisi per imperium
positivum: ergo.

101. A ratione probatur conclusio.

Intellectus, ut pote potentia necessaria, seu non
formaliter libera, debet ab aliquo determinari ad
actum fidei divinae infusae; non ab alio, nisi a voluntate per positivum imperium: ergo. Probatur
minor, rejiciendo modos dicendi oppositos. Imprimis:
non determinatur intellectus ab evidentia veritatis; falsum enim est, quod argumenta credibilitatis

causent evidentiam de veritate rerum fidei: aut in se ipsis, aut in revelatione. Deinde: nec determinatur ab evidenti credibilitate revelationis: nam ista evidentia, non est de revelatione, sed de credibilitate; evidentia autem solum determinat intellectum ad assensum illius objecti, quod evidenter apparet. Denique: nec determinatur intellectus ex absentia positivae difficultatis; nec ex volitione dissentiendi; neque ex non contradictione voluntatis; neque ex praeterita fidei susceptione. Ratio universalis: nam intellectus non „ cogitur (hoc est, non determinatur) ad id, quod mani- „ festum non est: ut dixit Ambrosius; et probat optime „ Doct. Angelicus, 1.2., quaest. 17 artic. 5. Atqui sin- tibus singulis, aut simul omnibus, quae retulimus, non est manifestum, non est evidens, sed obscurum Deum revelasse mysteria nostrae fidei: ergo non cogitur, non necessitatur, non determinatur in- tellectus ad assentiendum, Deum revelasse. &c.

Opponest.[o] 3 XX

1o2.

Volitio dissensûs, quia falsus, est sufficiens.

De Virt. Theol. C. 24.

determinatio ad assensum: ergo tunc opus non erit positivo volitionis imperio, ut intellectus assentiatur rebus fidei. Constat antecedens: nam quodlibet est, vel non est; ac proinde ex judicio de falsitate negationis, sive dissensus, evidentissime, est illatio ad veritatem affirmationis, seu assensus. — Admisso antecedente, nego consequentiam: quia illa nolitio dissensus ex hoc, quod judicetur falsus, est imperium positivum assensus: cum formalissime negatio unius contradictorij sit affirmatio alterius: juxta leges oppositionis contradictoriæ. Quod si rejiciatur dissensus, non quia judicetur, esse falsum, sed quia apprehendatur ejus falsitas; tunc profecto nolitio dissensus non est sufficiens determinatio ad assensum. Similiter: si rejiciatur dissensus ex eo, quod non sit evidens, rem non esse, nec erit sufficiens determinatio ad assensum, si neque sit evidens, rem esse. Atqui non est evidens, res fidei esse revelatas à Deo: ~~à Deo~~ ergo ~~con~~stat, quod voluntas rejiciat dissensum ex eo quod non sit evidens, Deum non revelasse, quin

quin sit determinatio sufficiens ad assentiendum, Deum revelasse.

103. Oppones 2º: Bonum finitum, etiam obscure propositum, necessitat voluntatem ad amorem quoad exercitium, quando non apparet aliqua ratio mali, etiam negativi: ergo similiter intellectus necessitatur ad assensum, quando nulla apparet ratio falsi. Sed revelatio mysteriorum sub absoluta evidentia credibilitatis semota est ab omni apparentia falsitatis: ergo sub praedicta evidentia necessitatur intellectus ad assensum; ac proinde tunc non est necessarium voluntatis imperium. Confirmatur: authoritas Dei et revelatio est sufficienter motivum fidei: ergo est sufficienter determinativum; movere enim, et determinare in idem recidunt. — Dato antecedente, quod videtur verum in motivis primo primis, nego consequentiam. Disparitas est: nam voluntas non est sui domina, nisi sub cognitionibus allicente, et retrahente; et cum sit naturaliter propensa ad amandum

D. 1, C. 3. 7

bonum apparens, si istud vivide appareat, et non

mali — sit ratio ~~[illegible]~~ potentis retrahere, natura-

liter erumpit in amorem. At intellectus non

determinatur ad assensum nisi ab evidentia veri-

tatis: quapropter, etsi nulla appareat ratio falsi,

ac proinde sit determinatus ad non dissensum, im-

motus de se manet ad assensum. Ad confirmatio-

nem, concesso antecedente, nego consequentiam

solum — de determinativo, non ~~[illegible]~~ inclinante, sed et auf-

erente indifferentiam; et in eodem sensu nego pro-

bationem adjunctam. Ratio boni est sufficienter

objectum motivum ad amandum; et tamen volun-

tas non determinatur ab objecto, sed se ipsam

determinat: ergo similiter in re nostra. Igitur ob-

iectum motivum fidei est determinativum, non

quatenus extorqueat assensum; sed quatenus, illo

sufficienter proposito, nil aliud desideratur

preter — ~~[illegible]~~ voluntatis imperium, ~~ut~~ intelectus de-

terminetur quoad exercitium.

XXIX 104. Opponens

Ad actum fidei praerequiritur, quod objectum formale sit sufficienter applicatum intellectui: ergo superfluit voluntatis imperium. Probatur consequentia: vel istud imperium requiritur ad minus credendum, quam potest intellectus ex vi illius objecti formalis: et hoc non, quia sic imperium esset inhonestum; vel ad plus credendum, quam potest intellectus ex vi illius motivi: et hoc esse non potest; vel ad credendum, quantum intellectus potest ex vi motivi. Sed ad hoc superfluit imperium: nam ad credendum, quantum potest ex vi motivi, sufficienter determinatur intellectus ex propositione, et applicatione motivi: ergo. Concesso antecedente, nego consequentiam. Ad probationem, rejectis prioribus, et conc. a ultima majoris parte, nego minorem. Ad hujus adjunctam probationem, dicendum: objectum formale fidei movet ad assensum summe affective certum, firmum, atque immobilem; sed quoniam illud formale objectum non proponitur

evidenter, hinc est, quod intellectus non rapitur ad assentiendum quantum ex vi illius motivi potest assentiri: et sic ad assensum illum quoad exercitium requiritur imperium voluntatis.

XXV 105. Oppones 4°. Causa non libera, dum non est impedita, et habet objectum sufficienter applicatum, necessario operatur; sed intellectui, qui est potentia non libera, sufficienter applicatæ sunt res fidei, et non resistente voluntate, non est impedimentum ad assensum: ergo necessario dabit assensum rebus fidei: ergo non requiritur positivum voluntatis imperium. — Concedo maiorem de causa non libera et non subordinata voluntati, ut est ignis; et distinguo minorem: intellectui sufficienter applicatæ sunt res fidei, sufficientia, ut determinentur à voluntate, concedo; sufficientia, ut determinentur ab objecto, sive à sua ipsius natura sub illa rerum fidei applicatione, nego minorem, et consequentias. Verum probabile est sufficienter applicatum intellectui; et

fortius est applicatum verum probabilius: et tamen ejusmodi applicationes sunt sufficientes, ut avoluntate determinetur intellectus ad assensum. //

Res fidei intellectui sunt applicatæ per notitiam moraliter certam de revelatione: sed hæc est applicatio sufficiens, ut â voluntate determinetur intellectus ad assensum. Ratio: quia intellectus suæ naturæ, et motioni objecti relictus, dumtaxat determinatur ab evidentia veri; sed stante applicatione rerum fidei, et non resistentia voluntatis, adhuc non stat evidentia veri: et ideo homo credere non potest, nisi volens; neque cogi potest ad id, enim quod manifestum non est: ergo.

106. Oppones 5. Imperium voluntatis requiritur ad assentiendum illi veritati, qua concessa, non est difficultas in assensu fidei; sed illa veritas est certitudo moralis de existentiâ revelationis: ergo ad assensum istius veritatis, non ad fidei assensum, requiritur imperium voluntatis. Minor constat, si ex-

D.1., C.3. –

Expendatur silogismus iste = Credendum est id, quod à Deo esse revelatum, est moraliter certum; sed hæc, et ista esse à Deo revelata, est moraliter certum = Ergo hæc, et ista credenda sunt = Gentiles, et Hæretici negant minorem; et si illam concederent, non haberent dificultatem in assensu fidei. Confirmatur: nam Dæmones credunt, et contremiscunt: 1 Jacobi, C.2. Sed determinantur ab evidentia credibilitatis: ergo et nobis sufficiet hæc evidentia, ut determinemur ad credendum. = Nego maiorem in sensu exclusivo: in ijs quidem, qui evidentiam credibilitatis non habent, requiritur pia affectio, sive imperium voluntatis, quo applicentur ad inquirendum, et sic acquirant persuasionem de morali certitudine revelationis. At hæc moralis certitudo non determinat ad assensum revelationis: nam adhuc non est evidens revelationis existentia; ac proinde requiritur ulterius imperium voluntatis ad assentiendum revelationi

et ex vi revelationis mysteriis. Ad confirmationem: Dæmones, si non habeant evidentiam physicam de revelatione, (à quo præscindo) non credunt, ob solam evidentiam credibilitatis, sed ex voluntatis imperio; quod in ipsis non est honestum: cùm non concipiatur ex " ordine voluntatis ad bonum, sive ex motivo obediendi, seu obsequendi Deo: ut explicat D. Thomas, q. 5. a. 2 // ~~368.~~

107. Opones 6º:

Absoluta, et perfecta evidentia credibilitatis determinat quoad speciem; hoc est, impossibilitat dissensum: ergo et eamdem evidentia determinat quoad exercitium; hoc est, ad actualem assensum: ac proinde ad credendum non requiritur alia motio ex parte voluntatis, nisi qua intellectus applicetur ad expendenda credibilitatis motiva. Concedo antecedens sub explicatione datâ, n. 81: nam perfecta, et absoluta credibilitatis evidentia detegit, non esse fundamentum grave ad negandum; dum autem intellectus certum est, non esse grave fundamentum ad negandum, non potest flecti à voluntate ad positivum dissensum. Sic accipitur,

D. 1, C. 3.

" ipse Philosophi, lib. 2. de anim., text. 153. Imaginatio-
" nes passio in nobis est, cum volumus; opinari autem
" non in nobis est. Quoniam autem ista evidentia cre-
dibilitatis non est ~~[illegible]~~ × , et ex terminis, sed mediata,
et ex argumentis expendendis animo syncero, quaeren-
di, et inveniendi veritatem; hinc relinquitur locus,
ut ea evidentia culpabiliter non admitatur, vel semel
admissa rejiciatur culpabiliter: et tunc locus est, ut
contra fidem peccetur per dissensum positivum.

× immediata,

" Constat ex illo, 1. Joann., cap. 2: quis est mendax?
" nisi ille, qui negat, quoniam Jesus non est Christus?
Nego consequentiam argumenti; quam esse ille-
gitimam, constat: nam intellectus in dubio invinci-
bili est ~~[illegible]~~ × ad positivum dissensum, et non
est determinatus (immo pariter est impossibilitatus)
ad assensum positivum: ergo quamvis evidentia
credibilitatis impossibilitet dissensum, non ideo
determinabit ad actualem assensum.

× impossibilitatus

~~[illegible]~~ 158. Instas acriter.

Ideo sub evidentia perfecta credibilitatis non est
locus

dissensu in sensu composito, quia adest istud judicium: hoc non potest prudenter negari; Sed etiam est istud judicium: non possum, nisi imprudenter, non assentiri huic fidei: supponitur namque esse casum, in quo praeceptum affirmativum fidei urgeat: ergo nec tunc est locus, ut suspendatur assensus — Agnosco difficultatem, cujus est cardo, quod non solum sit evidens Catholicae Religionis credibilitas, sed et credentitas. Hac suppono 1.^us Evidentia credibilitatis determinat quoad speciem ad assensum moraliter certum, non ad assensum summe certum: nichil enim est, quod evidenter convincat existentiam divinae revelationis. 2.^us evidentia credentitatis convincit, honestum esse credere summa affectiva certitudine, et in honestum esse, non sic credere. 3.^us: voluntas sub hac evidentia credentitatis potest imperare assensum todo corde; et summe affective certum, ad quem non determinant motiva credibilitatis, et qui ex principijs supernaturalibus concurrentibus trahet absolutam, omnimodam infallibilitatem. Supposita innituntur damnationi propositionis 1.^a ex praeceptis ab Innoc. XI. quae est ista. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in seipso sit magis firmus, quam mereatur

pondus rationum ad assensum impellentium.

109.

Ad Instantiam, distinguo majorem: ideo sub evidentia perfecta credibilitatis non potest esse dissensus, quia adest istud judicium: hoc non potest prudenter negari: ob defectum fundamenti ad negandum, concedo; precisè ob inhonestatem negandi, nego majorem. Distinguo minorem: sed etiam est judicium istud: non possum, nisi imprudenter, non assentiri huic fidei: ob evidentiam inhonestatis, quæ est in negatione assensus, concedo; ob evidentiam veritatis, cui exhibendus est assensus, nego minorem, et consequentiam. Probatio minoris adjuncta evincit, quod concessimus; non autem, quod negavimus: et solutio explicatione non eget. Vide modò, et diligenter nota discrimen istud fidei à scientia. Docet D. Thomas, hic, q. 2., ar. 9. studium rerum demonstrabilium posse esse ex applicatione meritoria; quippe quæ est libera; assensum autem ipsum demonstrativum non posse esse meritorium, quia non est à libero arbitrio: in fide vero utrunque posse esse meritorium, quia utrunque est in liberi arbitrij potestate. Itaque in demonstratione positis præmissis evidentibus habetur evidentia

conclusionis; in fide autem positis certitudine morali de revelationis existentia, et evidentiâ credibilitatis, atque etiam credentitatis, adhuc non habetur evidentia revelationis: unde intellectus non necessitatur simpliciter ad assensum, multòque minus ad assensum summè adhesivè certum, firmum, atimmobilem.

Sectio 3.a

Supernaturalitas actuum, prerequirun- qui tur ad fidem

XXX

110. Praemissum. Actus fidei divinae est intrincesè, et entitativè supernaturalis. Constat: nam actus fidei infusae, quo ad justificationem homo disponitur, est supra omnem sufficientiam naturae, et ad ipsum requiritur gratia simpliciter per Christum: ex Tridentino, sess. 6., Cap. 6., et can. 3. Dices: requiritur gratia per Christum, non ad substantiam, sed ad fidei modum: nempè ut sit prout oportet ad justificationem; neque enim alij actus, nisi beatifici, sunt quoad substantiam supernaturales. Sic docent aliqui, quos sequitur Mastrius, in 3., disp. 6., q. 6., â 1. Contra: ipsa fides infusa, prout distincta ab omni alio, est dispositio ad

D. I., C. 3.

justificationem: ergo prout distincta ab omni alio superat sufficientiam naturæ, et requiritur superna gratia: ergo prout distincta ab omni alio est supernaturalis; quod est, ipsam esse supernaturalem quoad substantiam, intrinsece, et entitative.

ad ipsam

III. Hæc gratia, quæ requiritur ad actum fidei infusæ, qui ex se, et ex sua intrinseca perfectione, est supernaturalis, et prout oportet ad justificationem, et ad salutem, complectitur supernam illustrationem et sanctam inspirationem, quibus utraque rationalis potentia intellectus, et voluntas, excitantur, atque moventur à Deo ad credendum. Hoc quidem commune est omnibus salutaribus actibus, quibus incipimus, prosequimur, et perficimus nostram justificationem, et salutem; sed id fidei peculiare est: quod nempè ad ipsam requiritur auxilium illuminans, non quo præcisè ab intellectu dirigatur voluntas ad imperandum fidei assensum, sed quo etiam directè ipse intellectus sit flexibilis à voluntate ad fidei assensum concipiendum. Istud illuminans auxilium est ipsum lumen fidei, consistens in apprehensionibus supernaturalibus, quibus Deus hominem docet intus, et sic suadet, se esse locutum, et revelasse ea, quæ proponuntur credenda. Quæ

possit intellectus ex voluntatis imperio hanc ferre sententiam: hoc certe est; Deus est locutus; et haec revelavit. De hoc lumine suasivo meminimus frequenter; praesertim, n. 113., 121., et 128: et diximus ex Scriptura, Conciliis, et Patribus quae sufficiunt, ut illius existentia, necessitas, et munus agnoscantur. Superest decidendum an sint supernaturales ij actus, quos ad fidem praerequiri diximus.

cap. 1.,

872

112. Assertum 1.us Efficax voluntas credendi est entitative supernaturalis. Istius actus supernaturalitas, negari non potest, ut notat Ripalda, dic., d. 16., s. 4; eam esse supernaturalitatem entitativam, suadetur: tum quia ratione illius voluntatis ipse actus fidei infusae reputatur ad justitiam, et est meritorius praemii supernaturalis; tum quia ad illam voluntatem requiritur gratia per Christum, et insu-
" fficiens est vigor naturae: nam siquis, sicut augmentum,
" ita etiam initium fidei, ipsum credulitatis affectum,
" non per gratiae donum..... et naturaliter inesse nobis,
" dicit, Apostolicis dogmatibus contrarius approbatur:
definit Arausicanum, can. 5. Atqui actus superans naturae sufficientiam, requirens gratiam per

D.1., C.3.- Christum, et meritorius premii supernaturalis, est supernaturalis entitative: ergo talis est voluntas efficax credendi. Immò indeliberata pia credendi affectio est etiam supernaturalis entitative: est enim actus auxiliantis gratiae, quo voluntas movetur ad imperandum fidei assensum.

272 113. Datur specialis habitus infusus, ad quem pertinet deliberata efficax voluntas credendi. Ratio: quia istiusmodi actus est multum perfectus, est valde frequens; et habet pro motivo specialem honestatem captivandi intellectum in obsequium Dei testificantis. Sed ex speciali honestate actus, perfecti, et frequentis, colligitur habitus specialis infusus ordinatus de se ad illum actum. ergo datur specialis habitus infusus de se ordinatus ad efficacem deliberatam voluntatem credendi. Iste habitus pertinet ad voluntatem, et appellatur communiter, *habitus piae credulitatis*: ut notavi, n. 3.//

273. 114. Assertum 2um. Credens judicium de credibilitate, tum speculativum, tum practicum, est entitative supernaturale. Ita communior sententia,

quam tenet Ripalda hic disp. 15. sect. 2. Resistunt
non pauci: horum alij nullam cognitionem credibilita-
tis entitativè supernaturalem admittunt; alij judicati-
vam esse naturalem, aprehensivam esse intrinsecè
supernaturalem, docent; alij judicio practico super-
naturalitatem entitativam concedunt, et illam neg-
ant judicio speculativo. Probatur doctrina nostra:
nam cogitare prout oportet ad fidem, ac consequenter
ad justificationem, et ad salutem, est donum entita-
tivè supernaturale: quippè quod superat sufficientiam
nostram, et indiget gratia per Christum. Constat ex illo
» 2. Corinth., c. 3: non sumus sufficientes cogitare aliquid
» ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo
» est. Et ex Milevitano, can. 4, ~~deficiente~~ definiente, per gratiam
» revelari nobis intelligentiam mandatorum, darique
» simul scire quid agere debeamus, et diligere, ut faciamus.
» Et ex Arausicano, can. 7., stabiliente, non per naturæ
» vigorem, sed per gratiam Spiritus Sancti, posse nos
» bonum aliquod, quod ad salutem pertinet, cogitare
» ut expedit, aut diligere. Atqui judicium credibilita-

tis..

tum speculativum, tum practicum, est contrario (revelationis credendorum) prout expedit ad fidem: ergo ejusmodi judicium est entitative supernaturale. Ratio minoris: nam utrunque judicium per se conducit, et movet voluntatem ad imperandum fidei assensum. Constat de judicio practico, sive reflexo: nam istud judicium proponit voluntati, bonum, et honestum esse, hîc, et nunc credere assensu firmissimo doctrinam istam tamquam â Deo revelatam; quod quidem judicium dirigit immediatè, et movet voluntatem ad ~~tum~~ salutarem actum credendi. Constat et de judicio speculativo, et directo: nam istud judicium proponit fundamenta quibus existentia revelationis redditur certa moraliter; ac proinde judicium speculativum est per se inductivum judicij practici, et hujus firmitas, et vis movendi ad actum fidei, venit â firmitate, et vi movendi, quae est in judicio speculativo.

XXX 115. Datur specialis habitus infusus, ad quem pertinet evidens judicium, tum speculativum, tum practicum de credibilitate. Ratio: quia istiusmodi judicium est valdè frequens in hominibus

fidelibus, et justis. Non elicitur à fide: est enim actus praevius ad omnem fidei assensum, et non habetur ex fidei motivo. Non elicitur à prudentia generali infusa: nam haec virtus subsequitur fidem, ad quam ille actus praecedit. Non elicitur à donis Spiritus Sancti: tum quia haec etiam fidem subsecuntur; tum quia ejusmodi dona sunt ad actus virtutum extraordinarios, et judicium de credibilitate est frequentissimum. Superest, ut pro ejusmodi judicio agnosci debeat habitus specialis infusus; qui vocari potest, habitus prudentiae specialis. Ad hunc habitum pertinet, non solum judicium practicum de credibilitate, sed etiam speculativum: tum quia judicium practicum habetur cum dependentia ab speculativo; tum quia de prudentia ista speciali dicendum est, quod de prudentia generice accepta docuit D. Ambrosius, lib. 1. de Officijs, cap. 24:
» prudentia in veri investigatione versatur, et scientiae
» plenioris ingenerat cupiditatem. Sed judicium de
» credibilitate speculativum, et directum est veri investi-

gatio

et movet ad Scientiam pleniorem, ~~[illegible]~~, nempe ad judicium practicum, et deinceps ad actum fidei: ergo.

~~XXX~~ 116. Dices 1°.

Motiva credibilitatis sunt naturaliter cognoscibilia; et naturaliter cognita generant judicium de credibilitate: ergo istiusmodi judicium est entitative naturale. Concesso antecedente nego consequentiam: nam judicium illud quod per se requiritur ad fidem, ut conducat, et sic cogitatio moveri oportet, debet esse supernaturale. Quodsi intellectus sibi relictus eliceret illud judicium, ut re ipsa potest, tunc ejusmodi judicium esset naturale. et dumtaxat actum naturalis, et acquisitae fidei ~~[illegible]~~ posset fructificare; et non conduceret ad fidem fructificantem justitiam, et salutem. Dices 2°. Judicium credibilitatis, et habet motivum naturale, et est evidens; sed omnis cognitio supernaturalis est obscura, et habet supernaturale motivum: ergo illud judicium non est supernaturale. Concessa majore, nego minorem: nam prudentia supernaturalis habet actus evidentes; et sciencia infusa potest esse de objectis ex motivis naturalibus.

Nota: judicium de credibilitate est ex motivis naturalibus sub respectu ad Deum, confirmantem signis credibilitatis suam locutionem; Deus autem sub omni conceptu ipsius proprio est ens supernaturalissimum: unde judicium credibilitatis non prescindit omnino à supernaturalitate ex parte motivi: et sic conducit ad salutarem voluntatem credendi. Dices 3°. 278

III.

Exordium justificationis, et omnis actus salutaris desumitur à fide: ut est dogma certum ex Patribus, et Conciliis: ergo ante fidem non datur judicium supernaturale de credibilitate; esset enim sufficiens ad actus supernaturales virtutum, et sic non esset necessarium, quod à fide sumatur justificationis exordium. Distinguo antecedens: desumitur à fide cum suis adminiculis, concedo; seorsim ab illis, nego antecedens. Fidei adminicula sunt pia credulitas, et evidentia credibilitatis, et uterque actus debet esse supernaturalis. Nego consequentiam; et probationem adjunctam: nam judicium credibilitatis non aliter potest conducere ad actus supernaturales virtutum, nisi mediante actu fidei, cui immediatius deservit. Dices 4°.

Si judicium de credibilitate sit supernaturale, supernaturalis dicetur etiam apprehensio suasiva credibilitatis; hoc non: aliter supernaturalitate erunt donandi omnes actus, qui ad fidem praecedunt, tum qui in intellectu, tum in sensibus: ergo judicium illud non est supernaturale. Concedo maiorem: nam applicatio, et motio ad judicium supernaturale est supernaturalis; apprehensio autem suasiva credibilitatis habet vim applicandi, et movendi ad judicium supernaturale. Nego minorem, et adjunctam probationem: nam alij actus, qui praecedunt in sensibus, et intellectu, sunt causae ministeriales, quibus Deus utitur ad infundendam supernaturalem apprehensionem suasivam credibilitatis.

x qui

873 118. Circa habitus speciales, ad quos pertinent judicium de credibilitate et volitio credendi, notanda haec sunt. 1.º in Infideli judicium de credibilitate, et credendi volitio eliciuntur, non ab ijs habitibus, sed per auxilium actuale, sive istud sit intrinsecum, sive extrinsecum Omnipotentiae specialiter assistentis. 2.º in peccatore Fideli, sicut manet habitus

supernus fidei, ita et manent habitus credibilitatis, et credulitatis; horum enim actus praerequiruntur ad actum fidei, quo peccator disponendus est ad justificationem. 3.^ius infusio praedictorum habituum imitatur infusionem habitus fidei; et sic si aliquando infunditur fides sine gratia habituali, ut volunt aliqui, id etiam de iis habitibus dicendum erit; si autem numquam infundatur fides ante justificationem, ut est communior sententia, hoc ipsum de illis habitibus erit dicendum. Consulatur C. de Lugo, disp. 16., sect. 2.

Caput 4.^um

De Actu Fidei Theologicae

Sectio 1.^a

Tendentia Fidei in suum motivum.

Conclusio. Actus fidei Theologicae attingit intrinsece suum objectum formale motivum: nempe Dei authoritatem, et testimonium. Haec est communis sententia, a qua sub diversis explicationibus recedunt Hurtado, Ripalda, et Muniessa, disput. 2. N. 1.

D. 1., C. 2. —

Sect. 8., Actum fidei debere esse, tamquam ex motivo, ex Dei authoritate exercita per testimonium, sive ex testimonio Dei firmato ipsius authoritate, supponitur; et ab authoritate simul et à ratione probatum manet, tum à n. 17. ad 27. tum à n. 92. (diss. 1., cap. 1.,) Breviter rem declarat Doctor Angelicus, in Epistol. ad Rom., C. 4., Lectione 1.a, ubi explicat, quid sit credere in Deum, credere Deum, et credere Deo? Sic disserit. » Credere Deo proprius actus fidei, (actus est) » ejus speciem demonstrans: nam credere in Deum, » demonstrat ordinem fidei ad finem, qui est per » charitatem; Credere Deum, demonstrat fidei » materiam, secundum quod est fides theologica ha- » bens Deum pro objecto. Et ideo hic actus nondum » atingit speciem fidei: sed solum quando ex hâc » ratione credit, quia à Deo dictum; quod designatur (quod) » per credere Deo: et ex hoc fides specificatur. Ex supposito facto.

.17.

2. Probatur conclusio. In actu, quo intellectus assentitur objecto materiali revelato, et quo non atingit intrinsecè objectum formale motivum fidei theologicæ, nichil est,

ratione cujus sit actus fidei theologicæ: ergo actus fidei theologicæ attingit intrinsece suum objectum formale motivum. Constat consequentia, et antecedens probatur: nam in ejusmodi actu nichil est, quod sit credere Deo, seu credere ex hac ratione, quia à Deo est dictum; sed id, ratione cujus actus est fidei theologicæ, est, quod sit credere Deo, seu credere ex hac ratione, quia à Deo est dictum: ergo. Probatur major explicatione: nam in eo actu nichil est nisi tendentia in objectum materiale, quod prout subest eidem actui est objectum pure terminativum, seu motivum quo: id est; tendentia illius actus terminatur ad illud objectum materiale, et hujus veritas intrinseca est ratio terminandi. Sed ista tendentia non est credere Deo, seu credere ex hac ratione, quia à Deo est dictum: ergo.

3. Respondebis statim. Actus ille, qui non attingit intrinsece objectum materiale fidei, haberi potest cum præsuppositione assensus præstiti divinæ revelationi de tali objecto;

D.1., C.1. – itaut divina revelatio præcognita moveat ad actum qui subsequitur, et intrinsecè non attingit revelationem præcognitam; actus autem, qui movetur ex divina revelatione, et hujus assensum præsupponit, est actus, quo creditur Deo: ac proinde est actus fidei theologicæ. — Hæc responsio quæstionem de voce facit, in qua cum pluribus est loquendum. Contra est 1º: actus justitiæ imperatus ab actu charitatis, et hujus motivum non attingens intrinsecè, non est propriè, sed impropriè actus charitatis; aliter actus charitatis non ~~posset~~ posset imperare actus virtutum moralium, purè talium: quod est contra communem sensum: ergo assensus, non tendens intrinsecè, sed solum præsuponens authoritatem Dei revelantis assensum, non est propriè, sed impropriè assensus fidei theologicæ. Contra est 2º: amare Deum propter se, et ex motione hujus amoris elicere amorem proximi, qui non attingat intrinsecè motivum charitatis theologicæ, non sufficit, ut amor proximi sit actus charitatis theologicæ: ergo quod præsupponatur assensus revelationis divinæ, ex cujus motione habeatur assensus præstitus.

objecto materiali revelato, non sufficit, ut iste sit
actus fidei Theologicæ, si hujus motivum non
attingat intrinsecè.

383. 9.

[illegible] Roboratur probatio facta.
Actus theologicus sua ipsius tendentia unit cum
Deo potentiam rationalem; id non præstat assensus
exhibitus objecto revelato, nisi attingat intrinsecè
Dei revelantis authoritatem: ergo istiusmodi ac-
tus non est Theologicus; ac proinde non est actus
fidei theologicæ. Supponitur maior: continet nam-
que discrimen virtutis theologicæ à morali: hæc ~~[illegible]~~ enim
non unit potentiam cum Deo, quem solùm potest
respicere ut subiectum, cujus illa autem respicit
necessario Deum, et non solùm ut finem, cujus. cap. 1,
Recole dicta, n: 35. Probatur minor: nam
~~[illegible]~~ separatâ tendentia actus ~~[illegible]~~ intrinseca in Dei revelan-
tis authoritatem, solùm remanet tenden-
tia in objectum materiale revelatum; sed ista
tendentia non unit cum Deo potentiam ratio-
nalem; est ~~[illegible]~~ enim indifferens ad objectum mate-
riale purè creatum: ergo.

388. 5.

[illegible]. Occurrit. Ut assensus
præstitus objecto materiali revelato sit.

D. V., C. 2

Theologicus, satis est, quod praesupponat praecedentem assensum praestitum authoritati Dei revelantis; maxime quia posterior assensus ex sua intrinseca natura priorem assensum exigit. —
Contra: imprimis, mera praesuppositio actus theologici, etiam addita motione extrinseca, non sufficit, ut actus subsecutus sit theologicus; ut constat exemplis jam adductis de actu justitiae imperato ab actu charitatis, et de amore proximi non attingente intrincese charitatis motivum elicito ex motione extrinseca dilectionis Dei propter se. —
Deinde: falso dicitur, quod assensus intrincese tendens praecise in objectum materiale revelatum exigat ex sua intrinseca natura, quod praesupponatur assensus theologicus praestitus authoritati Dei revelantis. Ratio: nam iste assensus, Deus est unus, haberi potest ex naturali evidentia; iste autem, Deus est homo, potest, concipi ex testimonio hominis fide digni: ergo attenta actus tendentia in objectum materiale revelatum non est in ipso illa exigentia, ut praesupponatur assensus praestitus authoritati Dei revelantis.

Neque illa probari potest ex supernaturalitate: judicium namque de prudenti credibilitate, et practicum dictamen dirigens voluntatem credendi, habent supernaturalitatem; et tamen non presupponunt, sed precedunt assensum exhibitum Dei revelantis authoritati. Denique: omissa ejusmodi exigentia, adhuc non evincitur, quod assensus intrincesse attingens precisse objectum materiale revelatum sit theologicus: nam per ejusmodi exigentiam ipse actus non unit potentiam rationalem cum Deo, sed illam unitam per alium actum suppone; ipse actus non facit, quod per alium actum esse factum, preexigat. Adest exemplum: gaudium beatificum de Deo possesso preexigit possessionem Dei: per visionem, nempe, et per amorem fruitivum; ipsum tamen gaudium non est Dei possesio: ergo similiter in re nostra. 5.

~~385~~

~~384~~. Opponitur 1.° Frequenter assentimur fidei mysterijs, quin advertamus ad Deum revelantem; istiusmodi actus, qui non attingunt intrincesse 6.

D. 1., C. 4.

objectum formale fidei, sunt actus fidei theologicæ. 5.
Probatur minor. 1.º quia aliter pauci erunt fidei
theologicæ actus. 2.º quia actus fidei prærequiritur
ad omnem salutarem actum; et sic raro fierent
à fidelibus actus salutares. — Oppones 1.º: non
minus requiritur intentio ad facienda Sacramen-
ta, et ad celebrandos contractus, quàm ad actum
fidei requiritur assensus præstitus Dei revelantis
authoritati; sed ad Sacramenta, et contractus
non requiritur intentio actualis: ergo neque ad
fidei actum requiritur actualis assensus præsti-
tus Dei revelantis authoritati: ergo. Ad 1.us

386

7. nego majorem: nam ferè semper, cùm fideles
assentiuntur mysterijs fidei, habent actualem
aliquam advertentiam ad fidei motivum.
Ratio: nam ferè semper fideles assentiuntur
rebus fidei, juvantibus speciebus relictis à prio-
ribus actibus, et facilitante habitu acquisito;
iste habitus inclinat ad actus similes ijs, à quibus
generatus est: species illæ sunt ad actus prio-
res repetendos. Atqui actus, à quibus

relictę sunt species, et à quibus generatus est
habitus, supponuntur eliciti ex actuali motio
ne objecti formalis fidei, et cum actuali adverten
tia ad Deum revelantem: ergo ferè semper actus,
quibus fideles assentiuntur rebus fidei, eliciuntur
ex actuali motivo objecti formalis fidei, et cum
actuali advertentia ad Deum revelantem.
Explicatur: species relictę à prioribus actibus
~~exitant~~ apprehensionem mysterij; sed hic non sistunt: repútant
debent ~~non~~ exitare apprehensionem mysterij ut etiam
à Deo revelati. 1º quia aliter non influunt in
actus similes, sed dissimiles ijs à quibus relictę
sunt. 2º quia etiam argumenta credibilitatis
relinquunt species, quę exitare possunt appre-
hensionem mysterij; et tamen assensus praesti-
tus mysterio ex motivo hujus apprehensionis
non esset actus fidei. Ergo species relictę à
prioribus fidei actibus non aliter deserviunt
ad alios fidei ~~actus~~, nisi quatenùs ingerunt actus,
apprehensionem Dei revelantis; ac proinde.

quatenus excitant actualem advertentiam ad Deum revelantem. Id ipsum ostenditur de habitu acquisito: nam qui operatur ex habitu, operatur ex electione, inquantum facilius eligit ex eodem motivo: ergo habitus non conducit, nisi propositum sit motivum priorum actuum; motivum autem praecedentium actuum, a quibus habitus acquisitus est generatus, fuit authoritas Dei revelantis: ergo hoc motivo non proposito, habitus a prioribus fidei actibus generatus non conducit ad actus fidei. Antecedens hujus discursus desumitur ex Angelico quaest. 3. de causa peccati, ar. 3., ad 5.um //

387. [redacted] Neganda

8. ex dictis est minor argumenti. Probatio 1.a supponit falsò, esse frequentes actus, quibus à fidelibus creduntur res fidei absque actuali omni advertentia ad Deum revelantem; oppositum namque probatum immediatè est. Probatio 2.a eodem vitio falsi suppositi laborat; et falsò insuper ingerit necessitatem actus fidei ad omnem actum salutarem. Fateor, quod ante fidem, et ejus initium, nulla dispensatur

superna illustratio; sed nego, quod fide suscepta, nullus possit esse actus salutaris absque previo actu ~~actu~~ fidei, quo ille dirigatur: sufficere ~~enim~~ cognitio enim supernaturalis, quę voluntati offerat supernaturale motivum. Hęc autem cognitio, non esset ab habitu fidei; sed esset ab auxilio intrinseco, vel ab extrinseco juvamine Omnipotentię.

[illegible] Ad 2.[us] ~~388.~~

Ad 2. distinguo majorem: non minus, et diverso modo, requiritur intentio ad valorem Sacramentorum, et contractuum, quam assensus divinę authoritatis revelantis ad actum fidei, concedo; non minus, et eodem modo, nego majorem: et concessa minore, nego consequentias. Valor sacramentorum dependet ab ~~[illegible]~~ institutione Christi Domini; qui non requisivit actualem, et formalem intentionem determinatè; sed vel hanc, vel intentionem virtualem, perseverantem in effectibus: ut communiter explicatur à Theologis. Valor contractuum desumitur à voluntate contrahentium juxta legum prescripta; hęc autem approbant

contractum, quamvis intentio contrahendi non sit actualis. C contrario: quod assensus sit fidei desumitur ex sua tendentia, qua creditur Deo, sive ex hac ratione, quia dicit Deus; quę tendentia stare non potest absque actuali, et formali assensu præstito Dei revelantis authoritati.

~~378~~ ~~379~~ Instas. In

Rp. professione Fidei, præcedente assensu dato authoritati Dei revelantis, accidit comuniter, ut mens sensim sine sensu distrahatur; et sic non amplius ad fidei motivum attendat, sed solum ad mysteria, quibus assentitur. Sed hujusmodi assensus sunt fidei theologicę: ergo — Negatur maior: nam comuniter est advertentia actualis ad fidei mo-

enim tivum: firmiter ~~inde~~ creduntur mysteria; quod esse non potest, si intellectus non adverteret ullo modo ad fidei motivum, ex quo unicè desumitur firmitas assensus. Ista advertentia non debet esse tanta, ut reflexè discerni possit; cum nec tanta advertentia requiratur ad peccandum graviter: ac-

enim cidere ~~inde~~ potest, ut aliquis peccet graviter,

quin possit reflexè judicare, etiam probabiliter, se graviter peccasse. Hinc dicimus cum Propheta: ab occultis meis munda me, Domine; et cum Apostolo: nichil michi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum. Quod, si aliquando in professione fidei deficiat omnis advertentia ad Deum revelantem, tum assensus mysteriorum non essent fidei actus; sicuti professio externa fidei, sive Symboli recitato, non esset formalis fidei professio, si mens ita distraheretur, ut non esset internus mysteriorum assensus, sed tantùm vocalis articulorum prolatio. In utroque casu tota laudabilitas, et meritum fidei staret formaliter in voluntate credendi propter authoritatem Dei revelantis omnes articulos in symbolo contentos; et istud meritum extrincese, et denominativè redundaret in eos sequentes actus, qui eliciantur absque omni advertentia ad fidei formale motivum. Opponitur 3.° Habita suasiva apprehensione divinæ revelationis

33.
18.

D.1., C.4.

potest intellectus assentiri mysterio, quin assentiatur divinæ revelationi. 1°: quia ejusmodi aprehensione duo apparent vera, et revelatio divina, et mysterium revelatum; propositis autem duobus veris, potest intellectus denegare concursum ad assensum revelationis; et tunc intellectus potest assentiri mysterio revelato: apparet verum per aprehensionem suasivam revelationis, et mysterij. Subsumitur: sed assensus mysterij, præhabita aprehensione divinæ revelationis, esset fidei actus: ergo assensus mysterij, qui non sit assensus divinæ revelationis, est fidei actus. Ad 3.um

alteri assentiri, et manere in qua aprehensione alterius. 2°: quia Deus potest intellectui ... errim

331.

12. potest negari maior: nam aprehensio suasiva revelationis non suadet mysterium, nisi propter revelationem; nec detegit veritatem mysterij, nisi in revelatione connexa cum mysterio: quapropter in vi ejusmodi aprehensionis non potest intellectus assentiri mysterio, nisi ... revelationi. Ad 1.am probationem: quando duo apparent vera cum hac subordinatione, ut unum non in se ipso, sed tantum in altio verum appareat, tunc intellectus non

præassentiendo

non potest asentiri alteri, quin asentiatur alteri, in quo illud apparet verum; et sic se habent mysterium, et revelatio quatenus subsunt aprehensioni suasivæ ad asentiendum mysterio propter revelationem. Potest quidem intellectus intuitive asentiri existentiæ coloris, quin simul asentiatur existentiæ lucis, cujus præsentia, et visione indiget ad illum asensum; et hoc ita est, quia existentia lucis non est motivum ad asensum coloris: sed solum est conditio, ut color immitat speciem sui. At revelatio divina, sive authoritas Dei revelantis, non est conditio, sed motivum ad asensum mysterij non apparentis in seipso: unde intellectus, quin asentiatur divinæ revelationi, mysterio revelato non potest asentiri. Ad 2.am probationem: sub sola aprehensione detegente mysterium in revelatione, denegato concursu à Deo ad asensum revelationis, non posset intellectus asentiri mysterio: nam tunc tota ratio asentiendi mysterio est revelatio; et intellectus sine ratione asentiendi non potest asentiri. Explicatur à pari: si aprehensio suasiva unica

D. 1., C. 2.

proponat, proximum propter Deum esse amandum, tunc, denegato concursu ad amandum Deum, esset impossibilis amor proximi, nisi adesset alia aprehensio suasiva proponens aliud motivum ad amandum proximum: ergo similiter in re nostra.

~~392.~~ ~~181~~ Si dominicatur

13. argumenti major; et distinguatur minor: sed assensus mysterij, præhabita aprehensione divinæ revelationis, esset fidei actus, si attingat intrinsece, aprehensive saltem, fidei motivum, praemitto; secus, nego minorem, et consequentiam. Docent aliqui, assensum mysterij ~~posse~~ esse propter motivum fidei, si sua tendentia intrinseca attingat aprehensive tanta claritate motivum illud, et cum tanta vi suasiva, ut æquivaleat judicio de authoritate Dei revelantis; et ideo permisi priorem datæ distinctionis partem. Sed melius id ipsum

× enim a pluribus negatur: nequit ~~enim~~ intellectus assentiri mysterio propter divinam revelationem, dum suspensus manet circa ipsam revelationem; qualiter suspensus manet, dum illam pure aprehendit.

D. 1. p. C. 2. 246

Concludimus: si post aprehensionem suasivam mysterij propter revelationem succedat aprehensio suasiva solius mysterij, tunc intellectus poterit assentiri mysterio, quin revelationi assentiatur ut illam intrincese attingat aprehensive; sed tunc assensus hujusmodi non erit fides theologica.

XXX. Instas. 093. 14. 21

Proposito mysterio per revelationem, potest voluntas imperare assensum mysterij, non imperato assensu revelationis; ille assensus esset fidei: ergo. Probatur major. voluntas Deo obsequitur, non solum in assensu revelationis, sed et in assensu mysterij; sed si non posset imperare assensum mysterij, non imperato assensu revelationis, totum obsequium staret in assensu revelationis: hoc enim praestito, intellectus nesecitatur ad assensum mysterij: ergo. Probatur major. 1º: quia per fidem humanam exhibemus obsequium homini, non solum per assensum testimonij, sed per assensum rei testificatae: ergo similiter in fide theologica. 2º: quia hereticus non solum contemnit divinam authoritatem.

D. 1., C. 4.

non assentiendo revelationi, sed etiam non assentiendo rei revelatæ: ergo è contrario fidelis Deo obsequitur, tùm in assensu revelationis, tùm in assensu mysterij. 3º: quia in scripturâ laudes, et præmia fidei attribuuntur assensui mysteriorum: ergo in horum assensu est fidei obsequium.

188.

191 ~~339~~

Nego majorem de assensu mysterij propter revelationem. Ad probationem

15.

nego majorem: nam totum fidei obsequium stat in assentiendo mysterio propter Dei authoritatem, et revelationem: ac proinde obsequium voluntatis immediatè versatur erga assensum motivi formalis, ~~ex~~, et mediatè erga materiale objectum. Verum est, quod dato assensu objecto formali intellectus est determinatus quoad speciem ad assensum objecti materialis; et si manet indifferentia, quoad exercitium (quam manere, existimo) est ad actu habendum assensum mysterij: qui ut, contrahat, tùm speciem, tùm honestatem, et meritum fidei, debet esse intrincesse propter Dei revelantis authoritatem. Ad majoris probationes facilè respondetur.

Ad 1.^am totum obsequium in fide humana stat in eo, quod assentiamus veracitati loquentis, et propter ipsam assentiamus rei dictæ; non in assensu rei dictæ non versante circa authoritatem dicentis: et similiter discurrimus de obsequio, quod Deo, præstat fides theologica. Ad 2.^am hæreticus, qui supponatur non errans circa Dei veritatem in dicendo, præstito assensu revelationis existentiæ, non posset dissentiri mysterio, et esset necessitatus quoad speciem ad assensum; unde solum contemnit authoritatem divinam, quia non assentitur revelationi; non quia dissentiendo revelationi novam, distinctamque injuriam irroget divinæ authoritati, non assentiendo rei revelatæ. Hinc, è contrario, totum meritum, et obsequium fidei stat in assensu præstito authoritati Dei revelantis, quin transeat ad assensum mysterii, nisi versetur circa idem motivum. Ad 3.^am in Scriptura laudabilitas, et præmium fidei tribuuntur assensui mysteriorum, qui sit credere Deo, et ex hac ratione, quia Deus dicit;

De Virt. Theol. Cp. 26.

quod non stat in assensu mysteriorum non attingen-
te intrincesè objectum formale fidei, et multò
minùs non prestito assensu Dei authoritati,
et testimonio.

~~33~~ [illegible] Opponitur 4°. Non est necessarium,

16. quod conclusio in sylogismo reflectat supra ob-
jectum premissarum; et tamn conclusio habet
pro motivo ipsum objectum premissarum: ergo ut
assensus rei revelatę habeat pro motivo authorita-
tem Dei revelantis, non est necesse, quod supra
ipsam reflectat: ergo actus fidei potest non attin-
gere intrincesè fidei formale motivum. Con-
firmatur: quia actus fidei potest esse conclusio
formalis ex antecedente formali proponente
motivum fidei; sic poterit non reflectere supra
motivum fidei, et ex ipso elici: ergo. Accedit
authoritas D. Thomę, hic, q. 1., art. 1., et 3., docen-
tis authoritatem Dei revelantis esse objectum
formale fidei, sicut media demonstrationis sunt
objectum formale conclusionis; sed conclusio

potest non attingere intrinsece media demonstrationis: ergo.

~~XXX~~ 17.

Ad 4.^um concedo majorem, quamtenus in Philosophia, et distinguo minorem: illam concedo de motivo remoto, et extrinseco; et illam nego, de motivo proximo, et intrinseco. Distinguo similiter consequens; et nego subductam consequentiam. Conclusio non debet esse ex hoc motivo, quia ita se habent premisse objective: sufficit, si precognitis objectivis premissis, detecta veritate conclusionis, ex apprehensione suasiva conclusionis in se ipsa, ijdem intellectus assentiatur. Sic conclusio non est essentialiter, et intrinsece conclusio; sed tamen est proprie conclusio: est enim denominatio extrinseca, que desumitur a progressu intellectus ab uno ad aliud objectum, ab una ad aliam enunciationem cum determinatione ad assentiendum objecto conclusionis. Hec autem determinatio practica, subjectiva, et exercita est ad assentiendum

D. 1., C. 1. –

objecto conclusionis: sive iste sit ex motivo objectivo præmissarum; sive ex motivo veritatis intrinsecæ in objecto conclusionis detectæ: cum omnimoda necessitate non dissentiendi conclusioni in sensu composito assensus dati præmissis objectivis. At motivum actus fidei debet hoc esse: quia Deus dicit; quod non stat absque tendentia intrinseca

extrinseca in ejusmodi motivum: nam ~~[illegible]~~, et remota motio non præstat, quod assensus datus præcisa veritate rei revelatæ non habeatur ex ipsa veritate objectivâ. Ad Confirmationem: admitto ac-

~~337.~~ ~~[illegible]~~

18. tum fidei posse esse conclusionem formalem; sed nego, quod non debeat esse reflexiva supra objectum formale fidei propositum per præmissas formales. Ista reflexio non erit necessaria ex præciso

ex conceptu conclusionis; sed ex specifica ratione talis conclusionis, quæ est actus fidei: quo nempè creditur Deo, et ex hac ratione, quia Deus dicit. Rogabis: in quâ specie erit illa conclusio non reflexiva

supra objectum motivum fidei attactum per
pręmissas, ex quibus descendit? Dici potest, esse
in specie conclusionis theologicę pure talis: quod
probari potest ex iis, quę docet Quiros, d. 7. de Deo,
sect. 2. Dicatur, ejusmodi conclusionem prout subest
actuali motioni pręmissarum, esse in specie fidei
extrinsece, et denominative talis: desumpta
denominatione à determinatione, quam habet
intellectus per pręmissas proponentes objectum
motivum fidei, ut certo, et immobiliter objecto
conclusionis assentiatur. Ad authoritatem
D. Thomę: docet Angelicus, quod intellectus
prius intelligit principia in se ipsis, et postmodum
» intelligit ea in ipsis conclusionibus, secundum
» quod assentitur conclusionibus propter prin-
» cipia. Sic, 1.2. q. 8., art. 3., corp. Iterum, q. 12.,
» ar. 4., corp., docet, quod in hoc, quod conclusioni
» propter principia assentitur, est unus actus
» intellectus tantum. Utrobique id explicat
à paritate amoris medii propter finem, //

D. 1., C. 2.

qui quidem voluntatis actus est amor finis. Hinc ex mente D. Thome potius est argumentum ad negandum, conclusionem posse non esse reflexivam, quam ad asserendum, actum fidei non versari intrinsece circa objectum formale ipsius fidei. Distingue nichilominus majorem, et concede, authoritatem Dei revelantis se habere ad actum fidei, sicut se habent media demonstrationis ad conclusionem per se, et intrinsece talem; [× ét nega] de conclusione per accidens, et extrinsece tali. Distinctio continet explicationem testimonij D. Thome.

~~398.~~ Instas. Sunt actus Theologici, qui
~~[illegible]~~ 19. intrinsece non attingunt motivum divinum: 79 [× enim] est ~~[illegible]~~ possibilis, etiam practicè, contritio perfecta, distincta à formali Dei amore, quae aversetur peccatum ex hoc motivo: quia est contra Deum in se bonum. Sed eatenus conclusio non attingens intrinsece motivum fidei, propositum per praemissas, non esset actus fidei, quia non esset actus theologicus, nisi attingeret intrinsece motivum divinum

divinum: ergo. — Non possum negare majorem; probatur ~~mea~~ [mihi] doctrina, quam in tract. de poenit. ~~docui~~ [admittam,] secutus D. Eximium, consulendum, tom. 4. in 3. pt., disp. 4., sect. 2. Suppono, contritionem illam esse ex motivo Charitatis prout elicitivo actuum odii, et fugae: nam sicut motivum hujus virtutis quoad actus perfectionis, et amoris est Dei bonitas; sic ejusdem motivum quoad illos actus odii, et fugae est pura malitia peccati, quatenus est contra Deum in se bonum. Id habes ex Angelico, 3. pt., q. 85., a. 2., ad 1.um "ejusdem Charitatis est velle bonum Dei, et odio habere peccatum, quatenus illi bono contrarium est." Oritur hinc, illam contritionem esse virtualem Dei dilectionem: nam est ex suprema ratione malitiae, quae opponitur bonitati Dei in se; et fuga formalis a malo est virtualiter amor boni oppositi. Oritur insuper, ejusmodi contritionem sua intrinseca tendentia ostendere, motivum remotum, et indirectum odio habendi peccatum esse bonitatem

Dei:

non quidem formaliter amatam; sed formaliter prae-
cognitam ut terminum oppositionis, ratione cujus
peccati malitia in hoc consistens, quod peccatum est
contra Deum in se bonum, est proximum, et intrinse-
cum motivum illius contritionis. Jam vero

399 Ad Instantiam

20. Distinguo majorem: sunt actus theologici, qui intrin
cesè non attingunt formaliter motivum Divinum,
concedo; qui nec virtualiter attingunt intrincesè
motivum divinum, nego majorem: et constat ad pro
bationem adjunctam. Distinguo similiter minorem
et nego consequentiam. Si actus, quo assentimus
rei revelatae, non attingit intrincesè formaliter
motivum divinum, non erit theologicus, nisi illud attin
Sic gat virtualiter intrincesè: sed nec illud attingit, si
tota intrinseca tendentia devolvitur ad objectum
materiale: nec siquidem tendentia se ipsa non osten
dit, authoritatem Dei revelantis esse ullo modo
motivum assentiendi objecto materiali, ut constabit
consideranti intrinsecas tendentias horum actu-
um: Deus existit; et Deus est Trinus: ergo

Replicabis:

21. 400

Potest intellectus assentiri ex hoc motivo: quia veritas objecti materialis est conformis revelationi Dei summe veracis; et potest dissentiri objectis contradictorie oppositis rebus revelatis ex hoc motivo: quia illorum veritas esset ~~contra~~ contra Dei revelantis authoritatem. Sed isti assensus, et dissensus essent fidei theologicae; et non attingerent intrincese formaliter motivum formale fidei: ergo. Concedo majorem de ijs motivis attactis intrincese per actus; et in hoc sensu, concessa 1.a parte minoris, nego 2.as, et consequentiam. Considera tendentias illas in assignata motiva; et videbis esse impresçindibiles ex parte objecti, quod attingunt, à Dei authoritate, et revelatione. Super observa: quod veritas unius non apparet per conformitatem ad aliquod principium, si suspensus sis circa veritatem, aut falsitatem principij; et similiter, stante hac suspensione, non apparet falsitas unius per disformitatem ad principium. Hinc deduces, quod notavimus ~~[illegible]~~ hoc cap., n. 13., nempe non sufficere, ut actus sit propter motivum fidei,

quod istud aprehensivè representetur per actum; sed omnino requiri, quod judicativè attingatur.

Sectio 2.a

Fides formaliter discursiva

401
~~100~~
22.

Conclusio. Actus fidei theologicæ potest esse conclusio in discursu formali, ineoque servare debitam tendentiam in proprium suum motivum. Ita multi cum P. Vazquez, contra multos cum P. Suarez: utriusque partis Doctores citatos habes apud Oviedo, hic, cap. 6, controv. unic. Actum fidei posse esse virtualiter discursivum, immò debere esse, constat ex sepè dictis: nam est, et debet esse actus intrinsecè attingens objectum materiale propter formale; ita ut ratio objectiva asentiendi objecto materiali sit objectum formale. Sed asensus attingens intrincesè unum propter aliud, tàmquam propter rationem objectivam asentiendi, est discursus virtualis: ut est communis explicatio discursus virtualis contraposite, tum ad asensum immediatum, tum ad discursum formalem: ergo actus fidei potest, et debet esse discursus virtualis, seu

discursivus virtualiter. Actum fidei posse esse antecedens discursu formali, constat: ~~[illegible]~~ nam in discursu formali theologico una saltem premissa debet esse de fide; et non est necesse, quod illa in eo discursu non attingat intrinsece suum objectum formale. Sed eatenus ejusmodi premissa non esset actus fidei, quatenus non attingeret intrinsece suum objectum formale, sed solum objectum materiale revelatum: ergo actus fidei potest esse premissa, sive antecedens in discursu formali.

XIII Probatur conclusio jacta: nam potest intellectus ex antecedente proponente objectum formale fidei progredi ad inferendum per alium realiter distinctum assensum objectum materiale, reflectendo intrinsece supra objectum antecedentis; sed sic discursus erit formalis, et conclusio erit actus fidei cum debita tendentia in suum proprium motivum: ergo actus fidei theologice potest esse conclusio, in discursu formali, 23.

in eo

in eoque servare debitam tendentiam in proprium motivum. Major constat hoc enthimemate: Deus infinitæ authoritatis in dicendo testatur, Verbum esse incarnatum: ergo propter hoc ipsum existit incarnatio Verbi. Iste est formalis discursus: discursus quidem, quia ex motione objecti attacti in antecedente determinatur intellectus ad assensum exhibendum alteri veritati; formalis autem, quia ejusmodi discursus ex actibus realiter distinctis coalescit.

Conclusio — In eo demum discursu reflectit intrinsece supra objectum antecedentis; et hanc tendentiam exprimit particula illa causalis; ea namque denotatur, antecedens objectivum esse motivum hujus assensus: Verbi incarnatio existit. Minor etiam constat: ut conclusio in eo discursu non esset actus fidei, hæc erit ratio: aut quia non attingeret objectum formale fidei; aut quia haberetur ex determinatione prævia antecedentis objectivi. Non 1.: nam conclusio

propter hoc ipsum; enim

illa reflectit intrincesie supra antecedens objectivum; et hoc est ipsum fidei theologicæ objectum formale. Sed nec 2: neque quæ obest fidei actui, enim quod habeatur ex prævia motione illius objecti, quod ipse actus debet attingere, tamquam motivum intrinsecum; sicut electioni medij propter finem non obest, quod habeatur ex prævia motione finis. ~~402~~

22. Consectarium. Actus fidei Theologicæ, quo credatur objectum pure materiale, non potest esse conclusio in syllogismo formali. Probatur: ut actus sit fidei theologicæ debet esse ex objecto formali fidei, tamquam ex motivo sufficiente: est enim apretiatio divini testimonij supra omne aliud motivum ad assentiendum; quod non habebit actus, nisi innitatur Dei authoritati, et testimonio, tamquam in motivo adequatè sufficienti. Sed conclusio in Syllogismo formali non potest esse ex objecto formali fidei, tamquam ex motivo sufficiente;

Et simul versari circa objectum purè materiale: ergo actus fidei theologicæ, quo credatur objectum purè materiale, non potest esse conclusio in Syllogismo formali. Ratio minoris: nam in Syllogismo formali debent esse tres termini rectè dispositi in præmissis; objectum formale fidei subministrat duos terminos, authoritatem scilicet Dei, et ipsius locutionem: ut conclusio versetur circa objectum materiale, necessum est, quod detur tertius alius terminus, quo aliquid afferatur. Ergo antecedens objectivum continet aliquid ~~præmissa~~ objectum formale fidei. Atqui conclusio
in Syllogismo formali non habet motivum sufficiens, nisi in antecedente objectivo: ergo actus fidei theologicæ, quo credatur objectum purè materiale non potest esse conclusio in Syllogismo formali, et moveri ex objecto formali fidei, tamquam ex motivo sufficiente.

× preter

~~404~~ ~~[illegible]~~ Opponis 1.° istum Syllogismum
25. Cathegoricum. = Quidquid Deus dicit, verum est;

Sed Deus dicit, Verbum esse incarnatum: ergo Verbum esse incarnatum, verum est. ». Contra: nam ~~ergo~~ major non afferit purum, et solum objectum formale fidei; sed afferit universaliter objecta omnia materialia: de ipsisque enuntiat, esse vera; Ergo veritas objectorum materialium ingreditur constitutive, in eo Syllogismo, antecedens objectivum; sed conclusio non habet motivum sufficiens, nisi in antecedente objectivo: ergo conclusio in illo Syllogismo non habet motivum sufficiens in solo, et puro objecto formali fidei; atque adeo non est fidei theologicae actus. Diligenter adverte: aliud est, quod totum motivum ~~assen-~~ ~~tiendi~~ illi propositioni universali sit ipsum objectum formale fidei; et hoc est verum: aliud est ~~...~~, quod ea veritas universalis non sit motivum conclusionis; et hoc est falsum. Ratio: nam motivum conclusionis est antecedens objectivum; Sed quamvis totum motivum assentiendi propositioni illi universali sit objectum formale fidei,

praemissa

assentiendi

adhuc veritas illa constituit antecedens objectivum
in syllogismo adducto: ergo.

~~405.~~ Opponis 2°. istum syllogis-
26. mum hypotheticum = Si Deus aliquid testatur,
id verum est; sed Deus testatur, Verbum esse in-
carnatum: ergo Verbum esse incarnatum,
verum est. dd. Contra: nam propositio hypothe-
tica, non solum attingit conditionem, et ipsius ha-
bitudinem ad conditionatum; sed enunciat ipsum
conditionatum. Sed conditionatum propositionis
hypotheticę in syllogismo apposito est objectum ma-
teriale fidei: ergo ejusmodi propositio enunciat
objectum ipsum materiale fidei. Vide modo:
antecedens objectivum in argumentatione hypo-
thetica est objectiva veritas conditionata, et puri-
ficatio conditionis; sed in syllogismo adducto objec-
tiva veritas conditionata, et conditionis purificatio,
non est purum, et solum objectum fidei formale:
ergo in eo syllogismo antecedens objectivum non est pu-
rum, et solum objectum formale fidei; hoc ipso con-
clusio non est fidei theologicę actus: ergo.

Ex dictis non rejicio fidem discursivam in sylogis-
mo formali, si conclusio sit actus, quo credatur
objectum materiale, non prout tale, sive indistin-
ctum ab objecto formali: id ~~[illegible]~~ erit, quia nihil enim
distinctum ab authoritate, et revelatione Dei cons-
tituat antecedens objectivum; quod probari poterit
his sylogismis. = Omnis revelatio Dei est sufficiens
ad assentiendum fide divina; sed datur revelatio Dei de
existentia incarnationis Verbi: ergo datur aliquid
sufficiens ad assensum fidei divinæ de existentia
incarnationis Verbi. N. Iterum = Omnis reve-
latio Dei est infallibiliter vera; sed revelatio mys-
teriis, quod proponitur ab Ecclesia, est revelatio
Dei: ergo istiusmodi revelatio est infallibiliter
vera. N. Horum sylogismorum examini ~~[illegible]~~ sufficere sedeo:
sedeo; ~~[illegible]~~ Ceterum ex
occasione, hæc duo sunt observanda. 1.us: non ideo actus
fidei nequit esse conclusio in sylogismo, quia ni-
teretur illi principio universali: quæ sunt ea-
dem uni tertio, sunt eadem inter se; sed quia

nulla identitas extremorum in tertio potest poni in premissis, que contineat purum objectum formale fidei: itaut ex premissis inferatur actus, quo credatur objectum fidei purè materiale. Dices: nec ideo actus fidei nequit esse conclusio in syllogismo

9 enim

quia niteretur in bonitate illationis; falso hoc assumitur: nam conclusio non nititur, nisi in antecedente objectivo; et bonitas illationis non est antecedens objectivum, sed est recta dispositio premissarum.

Objicitur V. Enthymema

28. 407.

non est propriè discursus, nisi addatur subintellecta propositio, et in syllogismum transeat; sed actus fidei non potest esse conclusio in syllogismo formali: ergo non potest esse conclusio in discursu proprie tali: ergo. — Distinguo majorem: enthymema non est propriè discursus, prout consideratur à Dialectica, permito; prout consideratur ab Animastica, nego majorem: et concessa minore, nego consequentiam. Permisse Iªᵉ distinctionis partem: nam

judicio esse non paucas dialecticas argumentationes, quę praecisso enthymemate conficiuntur. Tales sunt, quę desumuntur ex conversione, ex ęquivalentia, ex contradictione, et ex modalitate propositionum; et sic valet ex vi formę ista argumentatio = Omnis homo est animal: ergo aliquod animal est homo. D. Hęc etiam = Necesse est, hominem esse animal: ergo homo est animal. D. Negavi 2am partem distinctionis: nam ad rationem discursus propriè talis, prout est specialis quędam mentis operatio, qualiter consideratur ab Animastica, sufficit, quod sit intentionalis formalis progressio, in qua ex motione objecti attacti per unam cognitionem intellectus determinetur ad assentiendum alteri veritati. Stat itaque, quod actus fidei possit esse conclusio in discursu propriè tali, quamvis ille non sit discursus propriè dialecticus; ex eo nimirum, quod, non concludat ex vi formę, seu dispositionis terminorum, et propositionum.

quod modo omisi:

D. 1., C. 4. — §. 29. ~~1017~~ ~~1088~~

Objicitur 2.º Ex antecedente posito in enthimemate non determinatur intellectus ad consequens, nisi in vi propositionis subintellectae: sed sic fides non poterit esse discursiva: non ~~enim~~ habebit conclusio sufficiens motivum in objecto formali fidei: ergo. Maior constat: nam istud antecedens: Existit Dei revelatio de Incarnatione: non determinat ad istud consequens: existit Incarnatio: nisi suppleatur haec ~~propositio~~: sed si existit Dei revelatio de Incarnatione, existit Incarnatio. — Nego maiorem: nam statim, atque intellectus judicat, existere fundamentum methaphisicè conexum cum consequenti, determinatus est ~~mediatè~~ ad judicandum, consequens, seu terminum illius conexionis existere, propter hoc ipsum, quod existit fundamentum. Ad probationem majoris negatur assumptum: nam conexio revelationis divinae cum objecto revelato sumpta

Ox, enim

× immediatè

conditionatè, et per modum hypothesis, determinat intellectum ad illam conditionalem: Si existit revelatio divina de Incarnatione, existit Incarnatio: eadem igitur conexio sumpta absolutè, determinabit immediate intellectum ad ipsum assensum absolutum: Incarnatio existit. Hinc non requiritur, quod suppleatur, aut subintelligatur illa propositio conditionalis, ut intellectus determinetur ad assensum conclusionis; sed solùm, ut illam inferat ex vi formae per dialecticam argumentationem.

Ad 3.

3o.

Objicitur 3°. Non potest assensus esse conclusio, nisi ex determinatione stante in conexione antecedentis objectivi cum consequente; sed conexio revelationis divinae cum mysterio identificatur inadequatè cum mysterio: ergo assensus, qui sit conclusio, non potest esse ex revelatione divinâ, quin sit tanquam ex motivo inadequato ex veritate objectiva mysterij. Hoc

ipso,

D. 1., C. 2.

non est actus fidei: ergo. — Concessa maiore, nego minorem: conexio namque revelationis divinae ad mysterio est relatio transcendentalis adaequate, identificata cum complexo divinae authoritatis, et revelationis; hoc enim complexum ex sua essentia est determinato, ut mysterium sit, sicut revelatur. Constat: nam in assensu fidei non habito per formalem discursum conexio objecti formalis est motivum ad assentiendum objecto materiali: ergo istiusmodi conexio identificatur adaequate cum objecto formali, et adaequate distinguitur ab objecto materiali. Nota: Si, positis premissis aptis ad sylogismum intellectas assentiatur conclusioni, non propter objectum premissarum, sed propter revelationem conclusionis detectae per premissas, aut aliunde cognitae: tunc iste assensus erit actus fidei; sed non erit formaliter conclusio, cum non habeatur ex motivo premissarum. Nota insuper: actus fidei dicitur discursus virtualis exponibilis per sylogismum: non quia possit esse conclusio in

Syllogismo; sed quia motivum assentiendi præmissis et purum objectum formale fidei: quod tamen se sola non potest esse sufficiens ad Syllogismi Conclusionem. 4to

31. Objicitur 1º Fides non haberet actus specifice distinctos; illos haberet, si esset discursiva: nam actus conclusionis distinguitur specie ab actu antecedentis: ergo. Confirmatur 1º nam Angeli in via habuerunt habitum fidei ejusdem speciei, atque est habitus nobis infusus; sed Angelis fides non fuit, nec potuit esse discursiva: ergo neque in nobis. 2º habitus principiorum non est habitus conclusionis; sed idem habitus fidei esset habitus principiorum, et conclusionis, si fides posset esse discursiva: nam ille idem habitus attingeret antecedens, et consequens: ergo. — Nego maiorem: neque enim est inconveniens aliquod in eo, quod ab habitu fidei, qui est ad assentiendum objecto materiali propter formale, eliciatur assensus precise terminatus ad objectum formale; qui quidem assensus

specifice differret ab assensu praestito obiecto materiali. Cum hoc tamen stat, quod omnes actus, qui sunt fide stricte, sint ejusdem Speciei, saltem moralis: quidquid sit an ~~non~~ in specie pure physica. Vide dicta, n. 36. Ad 1.[am] Confirmationem: Si habitus fidei non potuit in Angelis esse discursivus, hujus erit ratio ipsorum ad discurrendum impotentia; quae cum non sit in nobis non potest impedire, quod ejusdem speciei habitus in nobis extendatur ad discursum. Sic eadem specifice gratia santificans in nobis radicat habitum Castitatis, quem in Angelis radicare non potest propter ipsorum incapacitatem ad actus illius virtutis. Ad 2.[am] Confirmationem: habitus principiorum (sive praemissarum) non est habitus conclusionis: nam ista habet objectum formale distinctum ab objecto formali praemissarum; non enim harum objectum formale, sed materiale est motivum conclusionis. E contrario: motivum conclusionis in fidei discursu non habet.

differant
cap. 1.,
37.

aliud objectum formale, nisi objectum formale antecedentis; quod precise attingit Dei authoritatem, et revelationem: unde ad eundem fidei habitum, ad quem pertinet conclusio, pertinet antecedens. Vide dicta, n. 137. // ~~212~~ cap. 1.,

~~33~~. 32. Objicietur 5°.

Assensus authoritatis, et revelationis est inseparabiliter assensus objecti revelati: ergo non potest intellectus transire ab ejusmodi assensu ad assensum mysterii revelati; ergo iste assensus non potest esse conclusio in discursu formali. Probatur antecedens: nam potentia visiva actu, quo videt lucem, videt colorem, sed authoritas, et revelatio sunt instar lucis relate ad objectum revelatum: ergo. — Nego antecedens: enim assensus ~~unde~~ prestitus authoritati, et revelationi, est determinatio quoad speciem, vel etiam quoad exercitium, ad assensum objecti revelati; sed non est assensus datus objecto revelato: quod adequate distinguitur à complexo revelationis, et authoritatis, et à prejudicata conexione ejusmodi complexi cum veritate objecti revelati. Ad probationem:

D.T., C.L. — Quoniam præhabetur simul species lucis, et coloris, ideo potentia visiva attingit eodem actu colorem, et lucem; nichil autem est, quod intellectum determinet ad assentiendum eodem actu objecto formali fidei, et propter ipsum ad assentiendum indivisibiliter objecto materiali: quapropter objectum formale non se habet in omnibus ad objectum materiale, sicut se habet lux ad colorem relate ad visionem. Adde: eodem argumento, et paritate probabitur, nullum esse formalem discursum: nam assensus antecedentis objectivi probabitur esse inseparabiliter assensum consequentis objectivi; et sic intellectus non discurret formaliter.

24. 33. Objicitur 6.º =

Nullus assensus est certior actu fidei Theologicæ; hoc autem non esset, si actus fidei posset esse conclusio in discursu formali: ergo. Probatur minor: nam assensus datus antecedenti objectivo certior est actu, quo assentitur intellectus objectivo consequenti; juxta illud: propter quod unumquodque tale, et

et illud magis. — Distinguo majorem nullus assensus potest esse certior actu fidei theologicæ, excessu quantitativo, concedo; excessu qualitativo, nego majorem: et distincta similiter minore, nego consequentiam. Constat hinc ad probationem majoris; et ad proloquium adductum, do sensum, in quo est doctrinaliter verum. Accipitur illud de forma, quæ capax est denominationis illius, quam illa tribuit subjecto; et forma magis excessu qualitativo habet denominationem, quam illam habeat subjectum: nam forma ex se; et per identitatem habet denominationem, et subjectum illam habet ratione alterius, et per unionem. Hoc explicare poteris exemplo unionis, ubicationis, et durationis. Hæc doctrina accomodatur objectis formali motivo, et materiali terminativo, tum voluntatis, tum intellectus. In re nostra: cum objectum formale fidei sit methaphisice conexum cum objecto materiali, assensus præstitus objecto formali nequit esse certior assensu, quo creditur

objectum materiale, excessu quantitativo: nam objectum formale omnino infallibilizat assensus objecti materialis. Superest, ut assensus præstitus objecto formali sit certior assensu præstito objecto materiali excessu qualitativo; in quo nullum est absurdum: cum hoc non sit ~~illud~~ aliud, nisi quod objectum formale ratione sui terminet assensum certum, et illum terminet objectum materiale ratione alterius.

~~414~~ ~~35.~~ 34. Objicitur 1°

Actus fidei est certior omni alio actu: nam actus, quo creditur Deo super omnia, superat certitudinem cujuscumque assensus, quo non creditur Deo. Sed actus fidei non esset certior omni alio actu, si esset conclusio in discursu formali: ergo — Nego majorem, et probationem adjunctam: nam actus fidei non potest esse certior iis actibus, quibus assentimur principiis objectivis fidei, et ideo in actu ipso in quo indivisibiliter credimus

mysterium propter Dei authoritatem, et revelationem, tendentia intentionalis terminata ad authoritatem, et revelationem non potest esse minus certa, quam tendentia terminata ad mysterium: ut sepe probatum est, presertim num. 112. Dices: non potest esse amor apretiative summus, et pertinens ad Charitatem, nisi quo Deum amemus propter seipsum: ergo nec potest esse assensus summe certus, et pertinens ad Fidem, ~~nisi quo Deo propter seipsum: ergo nec potest esse assensus summe certus, et pertinens ad Fidem~~, nisi quo Deo propter ipsius authoritatem credamus aliquid. Sed nil credimus Deo per assensum precise terminatum ad authoritatem, et revelationem: hoc enim complexum cognoscitur aliunde: ergo. Concesso antecedente, nego consequentiam: nam sicut est amor perfectus charitatis, quo Deum amamus propter seipsum, quamvis eo amore nichil distinctum.

cap. 1.,

enim

D. 1., C. 2.

à Deo diligamus ipsi Deo; sic ~~...~~ est assensus summè certus, et pertinens ad fidem, ille, quo propter seipsas assentiamur Dei authoritati, et revelationi: quamvis eo assensu nihil Deo credamus, ab illis distinctè.

~~...~~ ~~...~~ 35. Objicitur 8º Ex fide formaliter discursiva hæc sequuntur absurda. 1ⁱˢ tota laudabilitas, et meritum credendi sisteret in assensu exhibito antecedenti objectivo. 2ⁱˢ siquis præstitisset assensum antecedenti objectivo, et, ex denegatione concursus ad conclusionem non posset illam elicere, jam mancipasset intellectum in obsequium divinæ authoritatis; ac proinde ante actum credendi infunderetur ipsi habitus fidei. Ergo fides non potest esse formaliter discursiva. Confirmatur: si fides est formaliter discursiva non differt ab habitu Theologiæ; hoc dici nequit: ergo. — Nego antecedens. Ad 1ᵃᵐ sequelam dico, totam laudabilitatem, et meritum credendi stare formaliter in voluntate credendi;

terminative autem stare in assensu obiecti formalis propter seipsum, et in assensu objecti materialis propter formale: et totum hoc salvatur sive actus fidei habeatur per discursum formalem, sive non. Ad 2.am sequelam, permitto quod statim, atque adultus elicit fidei actum, ipsi infundatur habitus fidei, quamvis dispositus non sit ad habitus gratiæ, et Charitatis. Nunc sic: vel assensus præstitus authoritati est propriè actus fidei, eo quod credatur propter revelationem; vel non est actus propriè fidei, eo quod sit assensus authoritatis ex suis terminis? Si 1.us: ergo assensus antecedentis objectivi est actus credendi; et sic quamvis denegetur concursus ad conclusionem, stat, quod non infunderetur habitus fidei ante actum credendi. Si 2.us: ergo non infunderetur tunc habitus fidei: nam ad hunc non est sufficiens dispositio quæcumque mancipatio intellectus in obsequium

divinæ authoritatis; sed illa tantum, quæ propter divinam authoritatem credatur Deo, et ex hoc ratione credatur, quia Deus dicit. ——

—— 37. —— Ad confirmationem, nego sequelam majoris. Non differunt habitus Fidei, et habitus Theologiæ per hoc, quod iste, et non ille sit formaliter discursivus; sed per hoc, quod Fides discurrat ex suo objecto formali pure tali, et Theologia discurrat ex objectis materialibus ipsius Fidei: quod videre est

24, et 25. in Syllogismis adductis, n. [struck] Igitur conclusiones deductæ ex duabus præmissis revelatis aut ex una revelata, et altera naturaliter notâ, prout subsunt motioni earum præmissarum, spectant ad habitum Theologiæ, non ad habitum Fidei. Multa disputantur tum circa habitum Theologiæ, tum circa conclusiones ipsas Theologicas. Communiter docetur, ejusmodi habitum esse distinctum ab habitu

Fidei,

et ab ijs habitibus, ad quos pertinet praemissa naturalis; ipsumque esse entitative supernaturalem. Docetur etiam communiter, conclusiones Theologicas esse supernaturales entitative; ac proinde non posse esse falsas; ac per consequens, conclusiones probabiles non esse reipsa theologicas, nisi praemissa probabilis sit reipsa vera. Consule Patrem Quiros, tract. 1., disp. 3., ad 11.^{a} c

Sectio 3.^{a}

Fidei Theologicae certitudo

Fidei Divinae infusae non posse subesse falsum, satis efficaciter ab authoritate, et ea ratione probatum manet, Cap: praecedent, sect. 1., ān. 3: et ibi soluta sunt argumenta, quibus falsitas devolvenda esset in pure existimatam revelationem. Superest solvendum argumentum, quo falsam posse esse fidem ob falsitatem objecti materialis, sic potest probari: nam Judaei fideles ante adventum Messiae, credebant fide supernaturali venturum esse; et nato jam Christo, et ipsis nondum 36.

Noto,

pergebant credere eandem fide, venturum esse Messiam. Sed jam tunc ille assensus erat falsus: nam jam tunc Messias venturus non erat; ergo actus supernę fidei fuit falsus. Respondetur facile, concessa 1.ª parte majoris, negando 2.ªm: nam cum revelatio divina de Messia venturo non fuerit extensa ad instans, et post instans Dominicę nativitatis; inde est, quod assensus de Messia venturo, nato jam Christo, innixus fuerit revelationi purè existimatę; ac proinde ille assensus non est fidei supernę. Hoc amoto obice,

~~118.~~ 37. Sciendum est, certitudinem aliam esse objectivam, aliam formalem. Objectiva certitudo consistit in hoc, quod objectum in se ipso nequeat aliter se habere, ac enunciatur per actum: sivè objectum cognoscatur ~~[illegible]~~ immediatè, et in se; sive mediatè, et in alio. Hoc genere certitudinis fides non est antecedenter certa; sed est consequenter certissima. 1.ᵘˢ quia multa sunt revelata, quę contingentia sunt, et poterant ~~[illegible]~~ antecedenter aliter se habere; ipsaque revelatio, cujuscumq.

Bl. C4.
264

sit object. est contingens, et poterat antecedenter non esse. R. quia implicat revelatio divina, quin supponatur objectiva veritas rei revelandae; et implicat actus infusae fidei, quin supponatur revelatio divina. Doctrinam datam confirmabis exemplo divinae praescientiae de futuris contingentibus: illa divina, attento objecto non habet antecedenter infallibilitatem, sed solum consequenter; et sine ista consequenti objectiva infallibilitate implicat praescientia divina. Formalis certitudo describi sic potest: radicalis veritas necessaria enuntiationis potentis proxime ab intellectu expellere dubitationem prudentem de parte opposita. Sic docet Vazquez, et alij, quibuscum Oviedo, Controv. 7. de anim, punct. 1.

413

38. Inprimis requiritur ad formalem certitudinem radicalis veritas necessaria actus: et illa consistit in conexione actus cum objecto ut in se est; haec autem conexio est ab aliquo intrinseco actui, vel ab aliquo extrinseco. Est ab intrinseco,

si fundatur in perfectione entitativa actus, ut accidit in divina scientia, et ~~in~~ visione beata. Est ab extrinseco, si desumatur ab objecto, vel a motivo, vel a principio effectivo; et hæc connexio reperitur in actu fidei, quo credimus, Deum esse Omnipotentem: nam objectum non potest aliter se habere, ac enunciatur; ~~motivum~~, cui actus innititur, connectitur essentialiter cum veritate objecti enunciati; et habitus supernus, à quo est actus, connectit enunciationem cum objectiva veritate.

39. ~~4.o~~ Requiritur præterea ad formalem certitudinem, quod actus possit proximè excludere ab intellectu prudentem dubitationem de parte opposita: quia talis debet esse enuntiatio, ut si intellectus reflectat supra objectum, aut supra motivum, aut supra principium effectivum, hoc ipso impediatur ad concipiendam prudentem dubitationem. Sic iste actus, totum est majus sua parte, est potens proximè expellere dubitationem prudentem, quia ad istam impeditur intellectus

si reflectat ad objectum. Similiter in hoc actu fidei, Deus est Trinus, impedietur intellectus ad dubitationem prudentem, si reflectat supra motivum. Sic etiam iste actus, Petrus sedet, dum illum sedentem video, excludit dubitationem prudentem: nam si reflectam ad principium effectivum, nempe ad speciem impressam immissam ab objecto, de veritate enuntiata non potero prudenter dubitare. ~~Notandum~~ Notanter dictum est, formalem actus certitudinem excludere prudentem dubitationem: neque ~~enim~~ enim opus est, ut necessario expellat dubitationem imprudentem. Sic actus divinę fidei est formaliter ~~certus~~ certus; et propter suam obscuritatem non excludit dubitationem imprudentem; excludit autem omnem ~~im~~prudentem dubitationem. Notanter etiam dictum est, ad certitudinem formalem requiri, quod actus possit proxime excludere dubitationem; et per hoc ostenditur, certitudinem objectivam a formali posse esse sejunctam. Constat ex ~~Dis~~

Contradictoriis; in Deo est subsistentia absoluta:
et: in Deo non est subsistentia absoluta. Ex his altera
est objective certa: nam vel materia est necessaria,
et sic propositio affirmativa est necessario vera;
vel materia est repugnans, et sic propositio ne-
gativa est veritatis necessariae. Neutra tamen
est formaliter certa: quia neutra ex ullo capite
est potens proxime impedire dubitationem:
ac proinde utraque propositio est tantum pro-
babilis; et pure opinativa. Explicamus

424 4º.

formaliter certitudinem, quae dicitur infalli-
bilitatis, et indefectibilitatis a vero; et praeter hanc
est alia certitudo, quae dicitur adhaesionis: qua scilicet
intellectus firmiter, et immobiliter fertur in objectum.
Haec certitudo seipsa non est proprie certitudo: quia
non raro firmiter assentimur alicui objecto, et pos-
tea, comperta veritate, cognoscimus, nos fuisse decep-
tos. Item: ista firma adhaesio intellectus potest provenire
ex imperio voluntatis; quae non raro avertit in-
tellectum a motivis, quae possent prudentem //

dubitationem ingenerare. Igitur, ut certitudo adhesionis sit vera certitudo, requiritur, quod sit conjuncta certitudini formali infallibilitatis. Discrimen alterius ab altera certitudine, hinc dignosces: quod certitudo formalis excludit falsitatem, falsitatisque periculum, et est proxime potens excludere dubitationem; Certitudo autem adhesionis excludit formidinem, saltem deliberatam, quam intellectus dicat: forte fallor; forte res non ita se habet. Quæ dicta huc usque sunt, conveniunt plenè certitudini methaphisicæ; sed cum debitâ proportione accommodantur certitudini, tum phisicæ, tum morali.

41. Quæritur jam: quænam, et quanta sit fidei theologicæ certitudo? Fere omnium Theologorum sententia docet, fidem esse methaphisice certam certitudine infallibilitatis; esse firmissimam certitudine adhesionis; et in utroque genere certitudinis esse simpliciter certiorem omni actu natu

rali

D.1., C.4. – 9

etiam evidentissimo, et perse noto. Quoad excessum certitudinis discedunt â communi sententia pauci aliqui; quos inter C. de Lugo, Peñafiel, et Haunoldus, cap. 3., controvers. 5. Quæstio est difficilis, et in quâ nonnulla miscentur de voce.

~~423~~ 42. Assertum 1.^um Actus fidei theologicæ habet methaphisicæ infallibilitatis certitudinem, et ×simpliciter certus certitudine adhæsionis. Pars 1.^a constat: nam implicat, quod fidei subsit falsum: ergo habet methaphisicam infallibilitatem objectivam; cumque ita fides sit infallibilis objectivè, ut sit proxime potens expellere prudentem dubitationem; hinc est, quod illius certitudo infallibilitatis, non sit purè objectiva, sed formalis. Pars 2.^a probatur: nam fides non est, nisi ex toto corde adhibeatur assensus, qualem â suscepturo baptismum postulavit Philipp., Act. 8:

× est

" si credis ex toto corde, licet; nisi sit absque omni
" hæsitatione, juxta illud Jacob., C. 1.: postulet in
" fide, nichil hæsitans; nisi sit assensus certissimus

" ex praescripto Petri, artic. 2: certissime ergo sciat
" omnis domus Israel, quia et Dominum eum, et
" Christum fecit Deus hunc Jesum. Accedit ratio: nam quod fide creditur est evidenter prudenter credibile, ita ut imprudens sit omnis dubitatio, suspicio, aut formido: ergo hoc modo fides credit, ut excludat tamquam imprudentem omnem formidinem: ergo est simpliciter certa certitudine adhesionis. // ~~424~~

23. Assertum 2um.

Fidei Theologicae certitudo infallibilitatis, non est infra, sed nec est simpliciter supra certitudinem cujuscumque actus naturalis. //

Utraque pars suadetur: nam certitudo infallibilitatis consistit in indefectibilitate a vero, ac proinde in eo, quod excludatur omnis defectibilitas a vero, et omnis contingentia falsitatis. Sed iste conceptus est aequalis in actu fidei, et in actibus naturalibus methaphisice evidentibus, atque certis: sicut

D. V., C. L. –

in illo, sic et in istis nulla est defectibilitas à vero, nulla falsitatis contingentia: ergo certitudo infallibilitatis est æqualis in actu fidei, et in actibus naturalibus methaphisicè evidentibus: ergo fidei Theologicæ certitudo infallibilitatis, non est infrà, sed nec est simpliciter suprà certitudinem cujuscumque actus naturalis.

~~425.~~ 44. Assertum 3um. Fidei Theologicæ certitudo adhæsionis, non est simpliciter infrà, sed nec est suprà certitudinem cujuscumque assensus naturalis. Probatur pars 1a: nam fides est ex toto corde, nichil hæsitans, et certissima persuasio; idque habet, quia est intellectualis apretiatio proprij motivi: ergo excludit seipsa omnem dubitationem: Sed hoc ipso non est simpliciter minùs adhæsivè certa, quam sit assensus naturalis methaphisicè evidens, et etiam per se notus: cujus enim certitudo adhæsionis in hoc consistit, quod seipso excludit omnem dubitationem: ergo fidei Theologicæ certitudo adhæsionis non est simpliciter infrà

certitudinem assensus naturalis, quicumque sit iste. Pars 2a. suadetur: eatenus fidei adhesiva certitudo simpliciter esset major actu naturali methaphisice evidente, quia esset prelativa, et apretiative major: hoc est; quia preferret articulum revelatum evidentie ejusmodi. Hoc non est verum: ergo fidei adhesiva certitudo non est simpliciter major actu naturali methaphisice evidenti: ergo fidei Theologice certitudo adhesionis non est simpliciter supra certitudinem cujuscumque actus naturalis. Consequentie bone sunt; major supponitur; et minor probatur. In primis: illa prelatio non est necessaria: nam eatenus fidem preferimus evidentie pure physice, quia ista potest apparere ~~repugnantem~~ articulo fidei; sed implicat, quod evidentia methaphisica appareat repugnans articulo fidei: ergo: Deinde: eadem prelatio non est possibilis cum utilitate ad fidem. Ratio: nam illa prelatio inferret revelationem evidenter incredibilem: quod ~~inde~~ est evidenter impossibile, est evidenter

repugnans

enim

incredibile; quod autem est contrarium eviden-
tiæ methaphisicæ, est evidenter impossibile. Atqui prælatio inferens revelationem evidenter incredibilem, est prorsus inutilis ad fidem: ergo.

Insuper: Hujusmodi prælatio destrueret objectum formale fidei: nam si Deus revelaret contra evidentiam methaphysicam, evidenter revelaret falsum; sed in hypotesi, in qua evidenter Deus revelaret falsum, non maneret objectum formale fidei, ut est evidens: ergo ista prælatio esset ad fidem exercendam in hypothesi, in qua destrueretur objectum formale fidei. Sed hoc ipso illa prælatio est impossibilis cum utilitate ad fidem: ergo =

~~426~~
95. Assertum 4.us Actus fidei theologicæ ex sua natura enunciativâ habet formalem methaphisicam certitudinem; et in hoc sensu illius certitudo est supra certitudinem cujuscumque assensus naturalis, etiam evidentissimi, et per se noti. Ut sic judicem, inducor à Patribus, ubique exaltantibus fidei//

certitudinem supra omnem naturalem evidentiam; pro omnibus sufficiat D. Chrysostomus non semel citatus. Fides dici non potest, nisi
" circa ea, quæ non videntur, amplius, quàm circa
" ea, quæ videntur, certitudinem quis habuerit;
" et fides est argumentum non apparentium; id est, majorem certitudinem de illis faciens, quàm de ijs, quæ videntur. Fides autem est de ijs, quæ intellectu non videntur, seu non evidenter sciuntur: unde ejus certitudo debet etiam esse supra certitudinem eorum, quæ evidenter sciuntur, sive intellectu videntur. 427

46. Doctrina data probatur: nam actus fidei connectitur infallibiliter cum veritate objectivâ: et hoc, quia ipse illam enunciat: ergo ex sua natura enunciativa habet formalem methaphisicam certitudinem. Consequentia est bona; et antecedens probatur: ex ipsa intrinseca perfectione actus fidei desumitur hæc infallibilis illatio: est actus fidei, et enunciat,

hoc ita esse: ergo hoc ita est. Sed si ex ipsa intrinseca perfectione actus fidei valet infallibiliter illa illatio, actus fidei connectitur infallibiliter cum veritate objectiva ex hoc, quod ipse illam enuntiat: ergo. Explicatur: fides, quia est participatio superna divini luminis, et quia est lux intellectualis in ordine divino, hoc ipso, quod aliquid enunciet, connectitur cum eo, quod objectum ita se habeat: sive objectum nequeat antecedenter se habere aliter, ut mysterium Trinitatis; sive possit, ut mysterium incarnationis. In hoc, ut vides,

× enim

fides est imitatio divinae scientiae: haec ~~enim~~ × est ab intrinseco infallibilis, sive ad objecta necessaria, sive ad contingentia terminetur. Atque si fidem hoc ipso, quod aliquid enunciat, connecti cum eo, quod objectum ita se habeat, est, quod actus fidei connectatur infallibiliter cum veritate objectiva, quia illam enunciat: ergo.

~~428.~~ 41. Jam sic: nullus actus naturalis connectitur infallibiliter

cum veritate objectiva, quia ipse illam enunciat. 1º:
quia non est fundamentum, ut actui naturali,
etiam evidentissimo, tribuatur ista perfectio; ut
quia enunciat aliquid, hoc ipso sit essentialiter
verus. 2º: quia in nullo actu naturali reperibi-
lis est titulus, ob quem perfectio illa tribuitur
fidei; cum nullus actus naturalis sit superna-
turalis participatio divinę veritatis in cognoscen-
do aut lux intellectualis in ordine divino.
Hinc tota certitudo formalis, quę fit in actu
naturali, est ipsi extrinseca; et potius est certitu-
do objectiva, quam formalis. Inde ~~[illegible]~~ rursus: nu-
llus actus naturalis attingit illam formalem
certitudinem, ~~[illegible]~~ ratione cujus fides conectitur
cum veritate objectiva ex hoc titulo, quia illam
enunciat. Ergo demum, in sensu explicato
fidei theologicę certitudo est supra certitudi-
nem cujuscumque assensus naturalis, etiam
evidentissimi, et per se noti.

Sectio 2ª.

Argumentis contrarijs Respondetur

a.1., C. 41 –

429 Arguitur 1.º Contra 1.um assertum. Assensus
48. fidei non excludit hanc reflexionem: forte fallor;
forte non existit revelatio: ergo non est simplici-
ter adhesive certus. Probatur antecedens: assen-
sus fidei non excludit istud judicium: forte tota
apparentia credibilitatis non conectitur metha-
phisice cum existentia revelationis. Sed istud
judicium infert adductam illam reflexionem:
ergo. Confirmatur: assensus fidei non est certior
adhesive, quam judicium de credibilitate: alio-
qui ad excessum certitudinis adhesive in fidei
assensu determinaret voluntas sine prudenti
motivo. Sed judicium de credibilitate non est
simpliciter adhesive certum: ergo.

430 49. Respondetur,
negando antecedens: nam assensus fidei sua in-
trinseca tendentia excludit illam reflexionem
que est actualis formido; cum assensus fidei ex
est sua intrinseca tendentia sit, qualis est imperterr-
ritus toto corde, nichil hesitans, et certissimus:

ut dictum est ex Scriptura. Ad probationem antecedentis, confessa majore, nego minorem: nam illa eadem credibilitatis motiva, quae de se non conectuntur methaphisica evidentia cum existentia revelationis, probant, res fidei posse, et debere credi toto corde, sine hesitatione, et cum certissima persuasione; hoc autem modo non crederentur, si admitteretur illa formido: forte fallor; forte non existit revelatio: ergo motiva credibilitatis excludunt, tamquam imprudentem, formidolosam illam reflexionem. Igitur istud judicium: forte tota apparentia credibilitatis non conectitur methaphisice cum existentia revelationis; non infert istud aliud: forte fallor, et forte non existit revelatio. — Ad confirmationem, concedo majorem, quae bene suadetur probatione adjuncta, nego minorem: nam per judicium de evidenti prudenti credibilitate rerum fidei, firmissime adhaeret intellectus illi credibilitati; et videt,

non posse prudenter dubitari, aut formidare de illa credibilitate. Hinc judicium praevium de credibilitate est simpliciter adhaesive certum, et eamdem certitudinem habet consequens assensus de existentia revelationis, et de veritate mysteriorum fidei. Arguitur 1.º contra 1.am assertum.

434. 2 5.ª

Ille assensus ~~aliquo~~ alio est simpliciter certior, cujus ex pluribus titulis repugnat falsitas; sed assensui fidei theologicae ex pluribus titulis repugnat falsitas prae omni assensu naturali: ergo assensus fidei est simpliciter certior, certitudine videlicet infallibilitatis, omni assensu naturali. Constat minor: nam assensui naturali unice repugnat falsitas ex objectiva certitudine; assensui fidei repugnat falsitas, tum ex assignato titulo, tum ex intrinseca ipsius supernaturalitate, tum ex supernaturalitate principiorum. Major probatur ex Apostolo

" ad Hebraeos, 6: abundantius volens Deus.

" ostendere pollicitationis heredibus immobilita-
" tem consilii sui, interposuit jusjurandum, ut
" per duas res immobiles, quibus impossibile est,
" mentiri Deum, firmissimum solatium habea-
" mus. Ergo assensus fundatus in promissione,
et in juramento Dei, est simpliciter certior, quam
fundatus in sola Dei promissione. Ergo ille est
alio simpliciter certior, cui ex pluribus titulis
repugnat falsitas. ~~432~~

§ V. Respondetur, negando absolute
Majorem: nam si assensus est methaphisice certus,
exclusa est omnis defectibilitas à vero, et omnis
contingentia falsitatis: sive id proveniat ex uno,
sive ex multis titulis. Ad probationem nego
consequentiam, quæ non descendit ex allato testi-
monio: nam in re non est magis indefectibile
quod Deus jurat, quàm quod simpliciter promit-
tit, aut attestatur: in simplici ~~vero~~ enim promissio-
ne, aut attestatione, interponit Deus summam
authoritatem, connexam essentialiter cum verita-
te,

D.V., C.1.

rei promissæ, aut enuntiatæ. In Scripturis inducitur Deus jurans suam promissionem, aut comminationem; non quidem ut sit magis firma, magisque certa Dei promissio, aut comminatio: sed ut constet, illas esse non conditionatas; sed absolutas. Hæc ex Interpretibus Salmerone, et Justiniano firmat Aruniesa, d.1, s.5, n 84. Dici etiam poterit, quod Deus more humano, loquitur, cum usurpat juramentum, aut jurandi formulam, ut se hominibus accomodet: homo enim firmius, et certius credit homini juranti, quam simpliciter asserenti, aut promittenti. =

433

52. Instas. E duabus propositionibus impossibilis veritatis una potest esse magis determinata ad falsitatem, quam altera: ergo e duobus actibus veritatis necessariæ alter potest esse certior altero, certitudine indefectibilitatis à vero: ergo hoc certitudinis genere actus fidei est simpliciter certior omni actu naturali.

Consequentiæ bonæ sunt; et antecedens probatur ex Arẽ, 4. Met., tex. 18., docente, non eodem modo mentitum esse, qui dicit, duo esse quinque, et qui dicit, duo esse mille. — Distinguo antecedens; illud ~~xxxx~~ admitto, de determinatione extensivè majore; et illud nego de intensivè majore. Distinguo similiter 1.us consequens, et nego consequentiam. Ad probationem ex Arẽ. constat ex distinctione data; ~~xxxxxx~~ et est sensus: major extensiva determinatio ad falsum (similiter et ad verum) sunt plures tituli, quibus excluditur contingentia, et possibilitas veri; sed non est major impossibilitas veri. Ratio: quia si impossibilitas est summa, qualis est impossibilitas methaphisica, una non est major alia; quamvis impossibilitatis tituli multiplicentur.

Igitur infallibilitas fidei potest esse extensivè major, quàm infallibilitas actus naturalis methaphisicè certi; sed non erit simpliciter major cum nulla sit possibilis defectibilitas à vero in actu methaphisicè certo.

D. 1, C. 4. —

~~434~~ Arguitur 3º. contra priorem partem 3y assert.

53. Non magis est adhesivè certus fidei, quàm assensus

× assensus syncerè datus propter revelationem purè existimatam;

aut quàm assensus præstitus ab hæreticis falsæ doctrinæ.

Sed horum assensuum certitudo adhesiva est simpliciter

infra certitudinem actus naturalis evidentis: ergo in-

fra hujus certitudinem est fidei adhesiva certitudo.

Minor suadetur experientia: nam qui adhæsit reve-

lationi existimatæ, melius instructus, resilit à priore

assensu; et similiter hæreticus deponit suos errores:

non tamen essent recessuri ab ijs naturalibus eviden-

tijs, quibus irresistibiliter convincitur intellectus,

ut est ista, et similes aliæ: bis tria sunt sex. Confirma-

tur: methaphisica evidentia excludit potentiam

antecedentem dubitandi, et affert certitudinem

adhæsionis necessariam; neutrum convenit actui

fidei: ergo hujus certitudo adhesiva est infra evi-

dentiam naturalem. — Respondetur, conceden-

~~435~~ 54. do majorem: neque ~~enim~~ admitimus discer-

× enim nculum objectivum, ratione cujus unusquisque

crediturus discernat veram à falsa revelatione; ac proinde tenemus, quod ex imperio voluntatis pruden ter exhibetur assensus æqualiter adhæsivè firmus mysterijs revelatis, atque objectis, quæ invincibiliter extimantur, à Deo esse revelata: quod non solùm de Catholico, sed etiam de hæretico materialiter errante, accipiendum est. Nego minorem: supponimus namque, illos assensus commensurari apretiationi intellectuali divinæ authoritatis revelantis; licèt hic, et nunc revelatio sit purè existimata. Ad probationem minoris dicendum: quod illi non recedant à naturalibus evidentijs provenit ex irresistibili motione veritatis; non ex eo, quod firmiùs adhæreant evidentijs, quam adhæserunt objectis, quæ existimabantur, à Deo esse revelata. Itaque certitudo adhæsionis non pendet ab eo, quod post assensum accidere potest; sed à modo, quo assensus, dùm est, fertur in objectum. Assensus exhibitus propter Dei revelationem falsò existimatam, postea deponi potest, sed, dùm

ipse affirmat intellectum ex apretiatione motivi, et excludit omnem dubitationem, et formidinem: et quoad hoc non est simpliciter infra certitudinem adhesivam irresistibilis evidentie.

~~436~~ 55. Ad Confirmationem concessis premissis, distinguo consequens: ergo fidei certitudo adhesiva est secundum quid infrà evidentiam naturalem, concedo; est simpliciter infra evidentiam naturalem, ~~concedo; est simpliciter infra evid.~~ nego consequentiam. Doctrinam distinctionis insinuat D. Thomas, q. 4., art. 8., dicens:
" quamvis fides ex parte cause sit certior scientia;
" hec ex parte subjecti certior est fide. Hoc est: evidentia irresistibilis excludit potentiam formidandi, quam non excludit fides; sed hec non minus excludit actualem formidinem, quam ipsa evidentia: certitudo autem simpliciter talis in genere adhesivo non stat in exclusione potentie ad formidandum,
" sed in exclusione formidinis actualis. Igitur quot
" quot veraciter Fideles sumus nichil certius//

tenemus, quàm quod fide credimus: quę est homine Catholico digna sententia ex Richar. Victor. l. 1. de Trinitat., c. 2. 437.

56. Instas. Evidentia irresistibilis excludit formidinem indeliberatam; et hanc non excludit assensus fidei: ergo in genere certitudini adhęsivę assensus fidei est infra certitudinem evidentię naturalis irresistibilis. — Concedunt aliqui antecedens, et dicunt, formidinem non excludi per assensum fidei, sed per imperium voluntatis reppellentis, ut imprudentem, omnem deliberatam formidinem. Negant consequentiam; et dicunt, certitudinem adhęsivam fidei in linea prudentię non esse infra certitudinem adhęsivam actus methaphisice evidentis in linea Sciencię: cùm ęquè excludat fides omnem formidinem prudentię contrariam, quàm sciencia excludit omnem formidinem contrariam evidentię. Hinc quod evidentia excludat formidinem indeliberatam, et quod illam non excludat fides, solùm

probat, scientiam esse secundum quid adhaesivè certiorem fide. Melius ab alijs, concessa 1.ª antecedentis parte, negatur 2.ª quia fides sua intrinseca tendentia est intellectualis appretiatio, seu motivi non infra objectum demonstratum; et sic formaliter, vel virtualiter tendit: Hoc est certissimum; hoc est infallibile; hoc sine haesitatione est verum. Ejusmodi autem intentionalis tendentia excludit omnem formidinem, etiam indeliberatam, atque involuntariam: ut constat ex terminis. Hinc id infertur, quod est diligenter notandum: quandocumque fideles experiuntur in rebus fidei indeliberatas dubitationes, istae non coextunt fidei assensibus, sed ijs sine perceptibili mora succedentes nascuntur, atque ita interpollantur, ut videantur coexistere.

× At

~~Solum~~ × motus, qui insurgunt contra fidem, si fidei assensibus coexistunt, aut non sunt judicativi, sed ~~sunt~~ × solùm apprehensivi; aut non sunt in intellectu, sed sunt in phantasia. //

Arguitur 4°. contra posteriorem partem ejusdem 3ii. asserti. Intellectuale obsequium Deo exhibitum per fidem affert illam adhesionem potius negarem id, quod est methaphisicè evidens, quàm id, quod est à Deo revelatum, si essent veritatis incompossibiles: ergo fidei theologicæ certitudo adhesionis est simpliciter supra certitudinem cujuscumque assensus naturalis. Probatur antecedens: nam motivum fidei est firmius omni evidentia naturali; juxta illud 2. Petr. Cap. 1:
» habemus firmiorem Propheticum sermonem.
Iterum ex Apostolo, ad Galat., cap. 1: licet An-
» gelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod
» evangelizavimus vobis, anathema sit. Denium accedit communis sensus Patrum; pro quibus
» audiendus Augustinus, 7. Confess., c. 1: facilius
» dubitarem, vivere me, quàm esse veritatem, quam audivi in corde. Ergo intellectuale obsequium Deo exhibitum per fidem, affert &. 439.

58. Respondetur negando

D.1.; C.2. —

antecedens: illa namque adhæsio, quæ explicatur per conditionalem adductam propositionem, aut per actum voluntatis ejusdem tendentiæ, neque est necesaria, neque est utilis ad fidei asensum; ut probatum est supra. Addendum: ut aliquid posit fide credi, necesrum omnino est, quod non sit contra rationis lumen, et si sit supra illud: et hinc rejiciuntur eficasimè omnes Sectæ Contrariæ Religioni Catholicæ; quoniam manifestissimos, et evidentissimos errores docent. Atqui in hypotesi, in quâ fingatur, Deum aliquid revelare contra evidentiam methaphysicam, illud eset evidentissimè contra rationis lumen: ergo in illâ hypothesi non posset fide credi id, quod Deus revelaret. Demum: in illa hypotesi aut eset evidentia methaphysica contraria revelationi; aut non? Si hoc: ergo adhæsio fidei eset ad credendum Deo contra evidentiam methaphysicam in hypothesi, in qua non eset evidentia methaphysica; et hoc non est ad rem, et est implicatorium in

in terminis, et in adjecto. Si illud; contra est 1º: ex vi adhesionis ad fidem dissentiret intellectus, ut supponitur, et non dissentiret evidentiæ methaphysicæ. Ratio hujus: nam hoc ipso, quod stet evidentia methaphysica, intellectus non posset dissentire: ergo non dissentiret; alioquin dissentiret non potens dissentire. Contra est 2º: ergo in eadem hypothesi intellectus assentiret, et non assentiret revelationi. Supponitur prius; et probatur posterius: intellectus non potest assentire propositioni evidenter impossibili; sed revelatio in illa hypothesi esset propositio evidenter impossibilis: ergo. // 44º

59.

Ad probationem antecedentis negati, distinguo propositionem: motivum fidei est firmius dignitate, et perfectione omni evidentia naturali, concedo; est firmius, firmitate, ut præcise excludente omnem contingentiam, et defectibilitatem, nego //

propositionem. Quae afferuntur ex Scriptura,
enim — et Patribus, non urgent: neque ~~unde~~ aliena est locutio
hyperbolyca, in qua (more humano) plus dicitur, ex
intentione ut minus (in quo justum est) intelligatur.
II. Tale est illud Christi Domini: ~~quia~~ qui non odit Pa-
II. trem, et matrem, non potest meus esse Discipulus;
quae verba praeseferunt Parentum odium, quod non
consulitur: et intelliguntur de exclusione inor-
dinati amoris, quo propter Parentes quis aut
Dei praecepta transgrediatur, aut consilia praete-
reat. Igitur potest dici, sensum Scripturae, et
Patrum hyperbolicis inclusum verbis, esse eum:
non — quod ~~..~~ minore firmitate animi adhaereamus rebus
fidei, quam propter irresistibilem evidentiam fir-
matur intellectus in veritatibus per se notis.
Quod si velis, adducta testimonia esse in rigore
intelligenda, Ad V^{us}?
~~44r~~ 60. Ad V. dico: non comparat Apostolo-
rum Princeps mysteria fidei, et hujus motivum
cum evidentia metaphysica, contra quam quid-
quid est, pariter evidenter impossibile, et in-

incredibile esse, necessum est; sed cum visione corporea, quam habuit de Christi transfigurati gloria: visione autem corporea firmior est propheticus sermo, qui est Dei locutio. Ad 2um: non dicit Apostolus, quod non credamus Angelo in hypotesi (sive hæc sit possibilis, sive impossibilis) in quâ aliquid diceret contra fidem, nisi quatenus illius dictum esset contra fidem; evidentissimum autem est, non esse contra fidem id, quod est metaphisicè evidens: nam verum non opponi vero est veritas exterminis nota: non itaque illa hypothesis extenditur ad evidentiam methaphysicam. Ad 3um: Augustinus non accipitur de vita intellectuali, quâ cum gaudere, qui cogitat, qui credit, aut qui dubitat, est methaphisicè evidens; sed accipitur de vitâ physica per sensus corporeos: in quâ potest esse illusio, et de quâ potest esse falsa persuasio. 442.

61. Instas. Efficacia, et tendentia perfectæ contritionis explicatur rectè per istos conditionatos affectus. Si possem facere,

quod peccatum non fuisset, hoc praestarem; et si esset necessum peccare, aut gehennam subire, potius eligerem gehennam, quam peccatum. Hypotheses quidem sunt impossibiles; et actus ipsi sunt laudabiles. Ergo similiter tanta est adhesio rebus fidei, ut per hunc affectum conditionatum, quamvis hypothesis sit impossibilis, valeat explicari: si essent veritatis incompossibiles Dei revelatio, et methaphysica evidentia, potius hanc, quam illam negarem. Sed hoc est, fidem esse adhesive certiorem omni evidentia naturali: ergo — Admitto doctrinam antecedentis, quam explicavi in tract. de Poenitentia; modo illo communiter exponitur duplex haec tendentia, quae imbibitur in contritione perfecta. 1ª est: nollem peccasse. 2ª: detestor peccatum supra omnia poenae mala. Consulantur Suarius, disp. 3. de poenit., sect. 9. et C. de Lugo, disp. 4. de poenit., sect. 2. Nego consequentiam propter disparitatem, quam subiicio:

×

explicavi,

Deo dante;

× enim

Considera hypotheses, quas assumit antecedens, et ista invenies. 1.us in neutra hypothesi esset aliquid irresistibiliter trahens voluntatem vel ad non habendum affectum destruendi peccatum, vel ad non postponendum malo culpae malum aeternae poenae. 2.us in utraque hypotesi servatur objectum formale perfectae contritionis; ac proinde servatur, quod voluntas posset nolle peccatum fuisse commissum, et quod posset detestari peccatum supra omne malum poenae. E contrario res se habet in hypotesi consequentis, quia fingitur, Deum aliquid revelare contra evidentiam methaphysicam. 1.o quia tunc daretur aliquid irresistibiliter rapiens intellectum ad dissensum revelationis. 2.o quia tunc non daretur objectum formale fidei divinae, nam tunc esset evidens, quod Deus revelaret falsum. Quod si hypotheses antecedentis ~~[illegible]~~ modo fingas, ~~cum~~ ut non subsistant duo illa, quae servari dixi, jam eximus extra casum. Si vero dicas, hypotesim consequentis esse, quod evidenter methaphysice subsit

D. 1., C. 2. Falsitas, et quod evidentia non rapiatur irresistibiliter intellectus; contra est: nam hypotesis eo modo est implicatoria in adjecto, ac proinde prorsus inutilis. Iterum: tota certitudo fidei ad hoc debet oriri, ut detur animi preparatio, ad credendum Deo, ~~contra~~ evidentiam methaphysicam, si non sit evidentia methaphysica; quod non est ad rem. Relege dicta, tum num. ~~444~~, ~~tum n. 458~~.

Contra 44., tum n. 58.

~~444~~

63. Arguitur 5.° contra 1.^{um} assertum. Naturale intellectus lumen ex sua intrinseca perfectione habet esse indeceptibile circa prima principia; ut est hoc speculativum: quodlibet est, vel non est; et illud practicum: peccatum est fugiendum: alioqui intellectus de se non esset lumen, sed caligo. Ergo actus, qui circa ista principia versantur ex sua intrinseca perfectione connectuntur cum objectiva veritate. Si hoc ita est, jam fides ex suâ naturâ eminenti ~~ra~~ activâ non est suprâ certitudinem cujuscumque assensus naturalis. ergo Confirmatur;

et sistit assensus naturalis: Deus est ens necessarius. Hic ex sua essencia conectitur cum veritate objectiva, quam enunciat. 1.º quia omne ens creatum conectitur essentialissime cum Deo ente necessario; assensus autem ille est ens creatum. 2.º quia si Deus non esset ens necessarium, ille assensus non esset repraesentatio Dei veri, et necessarij, ejusmodi autem assensus est ex sua essentia repraesentatio veri, et necessarij Dei. Urgetur: actus fidei non raro dependet ab actu naturali methaphisice certo; ut quando applicatur revelatio unius objecti ad aliud implicite revelatum: ergo tunc actus fidei non potest ex sua natura enunciativa superare certitudinem assensus naturalis. 445

62. Respondetur distinguendo antecedens: naturale intellectus lumen ex sua intrinseca perfectione habet esse indeceptibile circa prima principia, ex necessitate objecti, quod non potest aliter se habere, concedo; formaliter ex vi enunciativa, nego antecedens.

D.1., C.4.

Ad probationem dico: quod intellectus non sit cabiis, sed lumen stare in hoc, quod possit clare cognoscere veritatem, quamvis non conectatur cum veritate, quia illam enunciat; sed quia veritas objectiva est in se stabilis, atque firma. Negando hinc est consequentia argumenti; et constat ad reliquum.

65. ~~446~~ Ad Confirmationem nego assumptum de conexione fundata in essentia illius actus, quatenus enunciativus est. Probatio 1.ª non urget: ea evincitur, ejusmodi actus ex ratione entis creati conecti cum veritate objectiva, quam enunciat; non autem, quod cum ea conectatur ex hoc, quia illam enunciat. Probationem 2.am distinguo: et concedo, illum actum ex sua essentia esse representationem veri, et necessarij Dei, attento objecto, quod enunciat; idque nego, attenta precisè actus enunciatione. Sensus est: actus naturalis, attenta precisè vi enunciativa, conectitur ex sua essentia cum objecto in esse objecti: hoc est, in esse sic representabilis; non autem cum objecto

x tiva

in esse rei: hoc est, in esse se habentis in se, sicuti enunciatur. Hoc manifestum est in actibus contingenter veris: à quibus non differunt actus naturales necessario veri, nisi quia isti, et non illi, versantur circa objectum, quod aliter nequit se habere in esse rei, ac repraesentatur in esse objecti. Ad Urgentiam, concesso antecedente, nego consequentiam. Ratio: quia actus fidei solùm dependet ab actu naturali, tamquàm ab applicatione, seu explicatione revelationis; ac proinde per actum naturalem, objectivè tantùm, et extrinsecè infallibilem, deregitur motivum ad actum fidei infallibilem, non solùm objectivè, et extrinsecè, sed etiam formaliter, et intrinsecè: ergo hoc genere certitudinis formalis assensus fidei est supra certitudinem cujuscumque assensus naturalis, etiam à quo dependeat tamquam ab applicatione, sive explicatione revelationis divinae.

~~447.~~

66. Insurgis. Explicatus modus, quo fides dicitur supra certitudinem cujus

A.1, C.2. – cujuscumque assensus naturalis, non est ad assen-
× enim
sum Patrum; horum enim testimonia indicant
majorem fidei certitudinem, aut infallibili-
tatis, aut adhæsionis. Ergo frustra introducitur
modus ille explicandi majorem fidei certitudinem.
Probo antecedens: nam Patres, explicantes certi-
tudinem fidei, ad hoc attendunt, quod sit superna
participatio divini luminis, et lux intellectua-
lis in ordine divino; quod habetur ex Scriptura.
1. Petr., c. 2. fides appellatur, admirabile lumen
" Dei; et 1. Corinth., c. 4., dicitur, Deum per
" fidem illuxisse in cordibus nostris, ad illumina-
" tionem scientiæ claritatis Dei. Proprietas di-
vinæ scientiæ est, non quidem infallibilitas pure
extrinseca, et objectiva, sed formalis, et in-
trinseca. Igitur hæc certitudo formalis, et in-
trinseca est, quam Patres ex Scriptura attri-
buunt fidei, dum hujus certitudinem esse dicunt,
ampliorem, majorem, et firmiorem omni cer-
" titudine naturali. Constat hinc ad probationem

antecedentis negati: dicendum, testimonia Patrum verbis praeferentibus majorem certitudinem infallibilitatis, et adhaesionis, continent sensum, quem explicuimus ex mente ipsorum. Neganda est consequentia: neque inde frustra explicatur certioritas fidei divinae per hoc, quod imitetur divinam Scientiam; haec autem ratione formalis, et intrinsecae certitudinis, est supra omnem evidentiam naturalem. Immò si rigorose loquamur, in genere certitudinis formalis fidei est simpliciter certa; actus vero evidens naturalis est certus secundum quid; quia illa ex sua intrinseca tendentia repraesentativa, et enunciativa est conexa cum objectiva veritate; actus autem naturalis extrinsece tantum, et objectivè, seu denominativè cum veritate objectiva est conexus. cum

Sectio 5.ª

Fidei theologicae obscuritas

D. 1, C. 4. –
~~445~~
67.

Præmissum. Fides theologica non est essentialiter
privativè obscura ex parte objecti materialis ~~...~~:
hoc est; potest conjungi cum evidentiâ objecti, quod
creditur. Sic communiter Nostrates contra Tho-
mistas. Probatio nititur duobus principijs satis
firmis. 1.us Dei unius existentia est evidens.
Constat ex demonstrationibus, quas pro existen-
tia, et unitate Dei afferunt Philosophi, et
theologi; et firmatur ex Scriptura: Sapient.,
» C. 3: à magnitudine speciei, et creaturæ pote-
» rit Creator horum videri; et ad Rom., C. 1:
» Deus illis (Gentibus) manifestavit; invisibilia
» ~~...~~ ipsius per ea, quæ facta sunt, intellecta
» conspiciuntur: 2.us princip. est: Dei unius existen-
» tia est fidei credibilis. Ratio: nam à Deo illa
» veritas expressè revelata est. Deuteron. C. 32:
» videte, quod ego sim solus, et non sit alius Deus
» præter me; et Exodi, c. 3: ego sum qui sum.
Tunc sic assignata veritas est fidei Divinæ

ab omnibus credenda: ergo etiam ab ijs, qui habet evidentiam de unius Dei existentia: ergo fides divina non est essentialiter privative obscura ex parte objecti materialis. Probatur

" antecedens: credere enim oportet accedentem

" ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerator

" sit: ad Hebr. c. 11. Iste textus est universalis de omni accedente ad Deum; est de fide divina. Ratio: quia eadem fide proponitur credendum et Deum esse, et remuneratorem in ordine supernaturali esse: quis enim dicat, Apostolum in eadem clausula, eodem verbo significasse, una fide credendum esse, Deum esse, et alia supernum remuneratorem esse. Atqui Deum esse remuneratorem, est credendum fide divina, stricte tali: ergo fide est credendum Deum esse. Haec pauca sufficiant pro difficultate, quam late in Phylosophia discussi; et de qua videri possunt DD., quos citatos sequitur

1., C.4. —

Sequitur Praemissa, disp. 1., sect. 3.

~~449~~ 68. Quaeritur:
an fides theologica sit essentialiter obscura ex
parte objecti formalis? Hanc obscuritatem
× de facto haberi in credendo, constat ex dictis,
48: cap. praecedenti, sect. 1., a n.º XX: probatum
ibi fuit, non esse absolutè, et simpliciter evidens,
quod Deus revelaverit mysteria nostrae Religionis.
Supponitur, Dei authoritatem posse evidenter
cognosci; et communis sententia docet contra
paucos, etiam in via posse haberi evidentiam
de revelatione. 1º quia Christus Dominus per
scientiam infusam, distinctam à visione beatâ,
non videbat Deitatem, et Trinitatem, ut sunt
in se; et per ejusmodi scientiam habebat eviden-
tiam de revelatione Trinitatis, et cognoscebat
Trinitatem abstractivè in revelatione evidenter
cognita. 2º quia Deus potest infundere speciem,
et cognitionem supernaturales, ut abstracti-
vè cognoscatur evidenter mysterium Trinita-
tis;

6

ac proinde potest similiter infundere speciem supernaturalem, et cognitionem, qua evidenter cognoscantur passiva revelatio, et actus interni Dei, per quos constituitur in esse divinæ locutionis. ~~450~~

69. Evidentia divinæ revelationis, et authoritatis appellatur evidentia in attestante, et potest esse intuitiva, si videatur revelatio in se ipsa; vel abstractiva, si videatur in medio essentialiter connexo. Utrovis modo sit evidentia in attestante, habebitur evidentia de objecto materiali sub illa ratione, sub qua evidenter infertur; cumque non solum evidenter inferatur quod sit revelatum, sed etiam, quod sit in se, sicuti revelatur: consequens est, ut habita evidentia in attestante, habeatur evidentia de hoc, quod objectum sit, sicut revelatur, et non de hoc præcise, quod sit revelatum. In quæstione proposita multæ sunt Theologorum sententiæ; ~~[illegible]~~ omnium probabilior michi est sententia, quam tradunt non pauci cum Suario, d.3, s.8. ~~451~~

70. Assertum 1.um Actus fidei théologicæ potest stare cum evidentia in attestante;

ac proinde non est essentialiter privativè obscurus ex parte objecti formalis. Probatur: nam cum evidentia in attestante componi potest obscura propositio revelationis; qualiter nobis proponitur per miracula, per prophetias, et per alia motiva credibilitatis: ergo ex imperio voluntatis poterit intellectus assentiri revelationi, prout sic obscurè propositæ; et propter revelationem sic creditam poterit assentiri objecto revelato. Sed hujusmodi assensus esset actus fidei theologicæ: ergo cum evidentia in attestante potest stare actus fidei theologicæ. Probatur minor subsumpta: ejusmodi assensus esset intellectuale obsequium præstitum divinæ authoritati revelanti: neque ~~enim~~ concomitans evidentia in attestante necessitaret intellectum ad assentiendum revelationi prout obscurè propositæ; evidentia objecti materialis non necessitat intellectum ad assensum propter motivum fidei, cujus propositio concomitanter se habeat. Sed non aliunde assensus assignatus non esset actus fidei theologicæ, nisi quatenus non esset intellectuale obsequium præstitum divinæ authoritati.

enim

revelanti: constat siquidem, illum esse ex fidei objecto formali, esse supernaturalem, atque certum: ergo.

452

71. Assertum 2.^{um} Actus fidei theologicæ non potest esse ex sola evidentia in attestante; atque adeo ex parte objecti formalis conotat essentialiter aliquam obscuritatem. Probatur: nam assensus datus objecto revelato ex sola evidentia in attestante, non esset intellectuale obsequium præstitum divinæ authoritati; nescessitatur namque intellectus ad assentiendum revelationi evidenter propositæ, et assentiendum objecto propter revelationem: ergo ejusmodi assensus non esset fidei theologicæ. Probatur consequentia: hoc namque constanter intellexere Patres nomine fidei, nempe assensum obsequiosum, liberum, ac de se meritorium; quo, juxta Apostolum, captivamus „ intellectum in obsequium fidei, et qui est argumen- „ tum non apparentium. Præterea: Communis „ Sensus potius suponit, quàm probat, in Christo.

Viatore non fuisse fidem; ac de Beatis id docent
plerique Theologorum, ex apertis Scripturæ et
" Patrum testimoniis. Apostolus, 1. Corinth., 13:
" nunc manent fides, spes, et charitas. Ergo cessat
" fides, et spes, quando venerint credita, et sperata;
" infert Chrisostomus, homil. 34 in prædictum locum.
" Iterum Apostolus, ibidem: nunc cognosco ex parte,
" tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum; cum
" venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte
" est. videmus nunc per speculum in enigmate, tunc
" autem facie ad faciem. Ergo neque jam fides erit,
" qua videantur, quæ non videntur; sed species, qua
" videantur, quæ credebantur: docet Augustinus,
lib. 12. de Trinit., cap. 2. Igitur in Beatis neque
est habitus, neque actus fidei Theologicæ. Sed essent,
et quidem necessario ex natura rei, multi actus
fidei Theologicæ, si isti possent esse ex sola cognitione
in attestante: nam Beati vident authoritatem
Dei, revelationis activam, et passivam eorum ob-
objectorum, quæ crediderunt in viâ; et complexum

authoritatis, et revelationi determinat ad assensum objectorum materialium: ergo actus fidei Theologicae nequit esse ex sola, v. a. ~~d. 2.~~

72. Appendix.

Assensus objecti materialis, cum evidentia ex parte objecti formalis, pertineret ad habitum fidei theologicae, qui nunc viatoribus infunditur; ad illum ~~assensum~~ autem non pertineret assensus habitus ex sola evidentia in attestante. Constat 1a pars; 2a suadetur. In Scriptura, et Patribus non est vestigium fidei non obsequiosae, non voluntariae, et quae dicatur non propria viatorum, sed comprehensorum: hinc recte negatur esse actum fidei proprie talis illum, qui ex sola evidentia in attestante haberetur. In hoc potest esse quaestio de voce; de re autem est, quod noster fidei habitus infusus non sit extensus ad illum actum: et hoc probatur efficaciter. Scriptura, et Patres restringunt expressissime fidem nostram ad assensus obsequiosos, liberos, de se

D.1., C.2 —

meritorios, et aliqua ratione obscuros: ergo noster
extenditur fidei habitus infusus non ~~extenditur~~ ad assensus
ex sola evidentia in attestante. Constat antecedens
ex testimonijs adductis, et ex multis alijs, quæ
possunt videri apud citatum Suarium, et apud
~~[illegible]~~ Arriaga, d. 2., sect. 1. Confirmatur: nam
enim aliter habitus fidei maneret in patria: et ~~[illegible]~~
supernum animæ ornamentum; et in patria
esset potentia non otiosa. Sequela est contra
manifestam authoritatem Scripturæ, et Patrum;
ut constat ex nuper allatis testimonijs: ergo

~~454.~~ 13. Dices 1.°

Contra 1.um assertum. Authoritas Sacra postu-
lat ad actum fidei obscuritatem privativè talem
qua videlicet excludatur evidentia; sed obscuritas
privativa non requiritur ex parte objecti mate-
67: rialis: ut probatum fuit, num. ~~[illegible]~~: ergo requiritur
ex parte objecti formalis. — 2.°: non est fidei locus,
quando non est locus hæresi formali; sed cum adest
evidentia in attestante non est locus formali hæresi:

impossibile namque est, ut aliquis id neget, quod evidenter scit, à Deo summè veraci esse revelatum: Ergo non est locus fidei, cùm adest evidentia illa.

Ad 1.um nego absolutè majorem: nàm sicut authoritas sacra indicat obscuritatem ex parte objecti materialis: est enim fides argumentum non apparentium; et comparatur lucernæ lucenti in caliginoso loco; et tamen obscuritas potest tota devolui ad motivum: ita pariformiter discurrendum est in re nostra. Non itaque requiritur ad fidem privativa obscuritas ex parte motivi; sed sufficit positiva obscuritas: et hæc consistet in obscura propositione revelationis divinæ, se habente concomitanter evidentia in attestante; ut manet probatum. Ad 2.um admitto majorem, et nego minorem; cujus probatio est nulla. Cujus est ratio: nam quamvis data evidentia in attestante nullus possit negare objectum revelatum, aut divinam authoritatem, et revelationem; adhuc posset habere hoc judicium:

74.

non est credendum Deo obscure revelanti; quod judicium esset haeresi formalis.

~~456~~ 75. Dices 3°. Sequitur, quod in Beatis possit esse fidei actus; hoc est negandum, juxta Scripturam, et Patres: ergo. Ratio sequelae: nam cum evidentia in attestante, quam habent Beati, potest conjungi obscura revelationis propositio: ergo et actus fidei, si adhuc non obest evidentia in attestante. — 4°. Sequitur et, quod idem actus possit esse ex revelatione prout evidenter, et prout obscure proposita; hoc dici non potest: nam actus fidei non potest in seipso habere claritatem, quatenus respicit suum objectum proprium formale: ergo.

~~457~~ 76. Ad 3um. distinguo majorem: Sequitur, quod in Beatis possit esse ex rei natura fidei actus, concedo; possit esse, attenta lege ordinaria providentiae, nego majorem: et constat ad reliquum. Explicatur: secreta cordis, quae Deus revelat Beatis, sicut possunt non revelari, sic et possunt revelari obscure; et sic in Beatis possunt esse actus fidei: et forsan in aliqua extraordinaria

providentia possit esse ejusmodi revelatio obscura. Similiter cum evidentia in attestante potest esse ex natura rei propositio obscura ejusdem revelationis, etiam in Beatis; ac proinde in ipsis est possibilis ex rei natura fidei actus. At quoniam in patria fides evacuabitur; et fides cessat: ut habemus in Sacra authoritate; dicimus, quod, regulariter saltem, et perse loquendo, juxta leges hujus providentiae, in Beatis est sola evidentia in attestante; ac proinde in ipsis non est ullus fidei actus. Neque in ipsis est revelationis obscura propositio, per motiva credibilitatis: nam horum existentiam cognoscunt evidenter, et ipsorum conexionem methaphisicam cum existentia revelationis; quam conexionem habent ejusmodi motiva vel ex se ipsis, vel quatenus re ipsa sunt assumpta à Deo ad confirmandum, se esse locutum.

Ad 4.um negatur ab aliquibus major propter rationem minori adjunctam; sed rectius, et consequentius conceditur major ~~propter rationem~~

~~[illegible]~~, et negatur minor. Distinguitur probatio adjuncta: actus fidei non potest in seipso habere claritatem, quatenus respicit suum objectum formale proprium sub aliqua propositione, concedo; sub omni propositione, qua objectum formale movet exercitè ad assensum, nego propositionem, et consequentiam. In sensu, quem concessimus, accipiuntur Scripturae, et Patres docentes, actum fidei esse obscurum: hoc est, esse acceptationem divinae authoritatis obscurè revelantis; id haberet actus indivisibiliter motus ex revelatione prout evidenter, et prout obscurè proposita: ergo haberet quantum obscuritatis requiritur ad fidem.

~~458.~~ 11. Instas. Hujusmodi actus esset liber, et necessarius: evidentia ~~[illegible]~~ enim in attestante necessitat ad assensum; et aliunde, intellectus, non nisi ex libera voluntatis determinatione, assentitur revelationi obscurè propositae. Sed implicat,

eundem

eundem actum esse liberum, et necessarium: ergo —
Nego majorem: ille enim actus esset simpliciter
liber. Ad probationem majoris dicendum: tunc
esset duplex actus; alius, quo expleretur
vis determinativa evidentiæ: et iste esset sim-
pliciter necessarius; alius, quo ex imperio
voluntatis intellectus assentiatur propter
revelationem et prout evidenter, et prout
obscurè propositam: et iste esset simpliciter liber.
Dici etiam potest: in eadem hypothesi esset
unus tantùm actus, et simpliciter liber; quippè
qui non determinatur ex evidentiâ in attestante:
hæc siquidem non determinat ad actum,
quo acceptatur divina authoritas obscurè
revelans. Nihilominus in eadem hypothesi
non posset pro libito voluntas omnem assensum
suspendere: nam evidentia necessitaret ad
assensum sibi correspondentem, si voluntas non
imperaret assensum alium, ad quem evidentia
non cogit. —

D. 1., C. 4.

Solutiones, quibus excepimus argumentum, et instantiam, procedunt in communissima nostrorum DD. sententia, juxta quam idem actus potest esse sciencia, et fides circa idem objectum ex diverso motivo; quae doctrina consequenter extenditur ad idem motivum movens exercitè modis diversis per evidentiam, et per obscuram propositionem.

455. 18. Dices 5.° contra 2.^um assertum. Assensus propter authoritatem divinam revelantem est assensus fidei theologicae; sed assensus ex sola authoritatis, et revelationis divinae evidentia esset propter authoritatem divinam revelantem: ergo. Constat minor; et probatur major: nam assensus propter motivum fidei theologicae est fidei theologicae; authoritas autem divina revelans est motivum theologicae fidei: ergo. 6.° Ex sacra authoritate non habetur fidei obscuritas, quae obsit, ut sit fides ex sola evidentia in attestante: ergo. Probatur antecedens: //

nam Scripturæ, et Patrum testimonia sunt de obscuritate ex parte objecti materialis; et accipientur de objectis supernaturalibus, quæ sunt suprà omnem evidentiam naturalem: ergo 460

19.

Ad 5.us nego majorem, et majorem probationis: neque enim ad actum fidei sufficit motivum fidei, nisi adsit propria fidei tendentia; hanc autem non adesse, cum actus est ex sola evidentia in attestante, constat ex nostræ doctrinæ probationibus. Sic eadem bonitas, de qua est gaudium, est motivum desiderij; et tamen quia possessio boni obest tendentiæ propriæ desiderij, ideo actus elicitus ex cognitione proponente boni possessionem non potest esse desiderium, sed gaudium. Quod meliùs proponatur fidei motivum per evidentiam, dici potest; sed non ad rem: nam meliùs proponitur Dei bonitas per visionem, quàm per obscuram cognitionem; sed non consentaneè ad amorem liberum, et meritorium: ergo similiter in re nostra. Si dicas, non esse ratione de fidei,

D.1., C.1.

esse liberam, cum Deus posit praedeterminare ad actum fidei, sic occurram: fides quantum ad modum, quo propter objectum formali fertur in materiale, debet per se esse libera, et imperabilem, enim est non apparentium, et intellectus captivitas: ergo et si fides posit esse non libera, non tamen potest esse ex sola evidentia in attestante.

Quod assensus ex sola evidentia in attestante posit esse meritorius ex animi praeparatione ad credendum, si Deus obscure revelaret, nihil probat: nam illa animi praeparatio est actus conditionatus piae affectionis; et quoniam tunc non crederetur Deo revelanti obscure, ideo assensus ille fidei non esset: ergo ex sola evidentia in attestante non potest esse fides, quamvis ratione piae affectionis posit esse laudabilitas, et meritum fidei.

~~46 r.~~ 80. Ad 6. nego antecedens, et antecedentis probationem: nam Scripturae, et Patrum testimonia connaturalius, universalius, et juxta communiorem theologorum sensum accipientur,

8

de obscuritate fidei, ratione cujus ista sit non apparentium, et intellectus captivitas; et ex qua probetur, neque in Christo Viatore, neque in Beatis esse fidem actualem, aut habitum fidei infusum. Hujusmodi autem obscuritas obest, ut sit fides ex sola evidentia in attestante: ergo.

Oppones: actus ex sola evidentia in attestante non esset scientia: ergo esset fides. Dicendum: relatè ad objectum materiale ille actus esset scientia abstractiva; relatè ad motivum esset scientia immediata, si revelatio fiat evidens per lumen supernaturale: mediata verò, et à posteriori, si revelatio sit evidens ex signis. Instas: habitus fidei potest elicere actus evidentes circa authoritatem, et circa revelationem complexè: ergo similiter circa objectum materiale ex sola evidentia in attestante. Negandum est antecedens: nam habitus fidei est in ordine ad objectum formale obscurè propositum; qualiter non proponitur per evidentiam complexam authoritatis divinæ, et revelationis. Replicabis: cum sola evidentia de

dominii authoritate, et de ejus testimonio staret fides humana: ergo pariter staret fides theologica ex sola evidentia in attestante. Occurro: quidquid sit de antecedente, non tenet consequentia propter hanc disparitatem: quod evidentia motivi ad fidem humanam non refundat evidentiam in objectum materiale, quod libere posset credi in obsequium authoritatis humanæ evidenter præcognitæ; è contrario res se haberet, prælucente sola evidentia divinæ authoritatis, et revelationis: ergo non est paritas.

462. 81. Ut alia argumenta præoccupes, hæc notabis. 1.us Angelus viator aut non habuit solam evidentiam in attestante, aut non habuit fidem strictam; et si hoc posterius dicatur, dicendum erit, non de Angelo, sed de hominibus disponentibus se ad justificationem, procedere illud Apostoli: Sine fide impossibile est placere Deo. 2.us Prophetæ regulariter habebant evidentiam signorum, quæ videbant, et verborum, quæ audiebant; non tamen habebant evidentiam de hoc, quod Deus ipsis hæc, et

et nunc loqueretur: qua propter in ipsis erat fides.

3.^o Apostoli, qui Christum audiebant, et ejus videbant miracula, non habuere propriè evidentiam in attestante; neque ~~inde~~ enim evidenter cognoscebant, Christum esse Deum, aut habere virtutem Divinam ad facienda miracula in confirmationem doctrinę: unde in ipsis fuit fides meritoria. Videatur citati Eximius Suarez, et C. de Lugo.

Sectio 6.^a

Fides theologica motivum concomitans

Dictum est, n. ~~117~~ 67, actum fidei theologicę posse conjungi cum evidentia objecti, quod creditur; addendum est modo, posse etiam conjungi cum opinione circa idem objectum. Ratio: quia non magis ~~opponuntur~~ opponuntur invicem actus certus, et incertus, sivè non certus, quàm actus clarus, et obscurus, sivè non clarus; sed actus obscurus, sive non clarus fidei conjungi potest cum actu claro scientię:

~~1. 62~~ 82.

Ergo actus certus fidei potest conjungi cum actu
incerto, sive non certo opinionis: nempe circa idem
objectum. Confirmantur: sunt multa, quae fide
creduntur, ratione demonstrantur, ita et ratio-
nibus probabilibus suadentur; quod passim per
totam Theologiam praestatur à Doctoribus, duce
divina fide, et comite ratione naturali: ergo
sicut circa ea quae creduntur, potest esse scientia,
sic potest esse actus opinionis. Neque objicias,
opinionem esse formidolosam, ac proinde exclu-
dere fidem divinam inconjungibilem cum for-
midine; Contra enim est: nam opinio solum
affert formidinem radicalem, et remotam, quan-
tum est ex vi sui motivi, sed non actualem, et
formalem. Constat experientia: nam quidam
» opinantium non dubitant, sed existimant se certo
» scire; ut notat Philosophus, 7. Ethic., c. 3: ergo formido
actualis neque est essentialis opinioni, neque ab
ipsa est inseparabilis. Hinc accuratissime docuit
» Angelicus, hic quaest. 2., à. 1., corp., quod formido

accidit opinanti; quod ~~non~~ accidit subjecto, non autem est ipsi essentiale, sed accidentale. Abstineo a pluribus in difficultate, quam latè in Philosophia tractavi; et pro qua videri possunt DD., quos refert, et sequitur, C. de Lugo, d. 2. s. 3., ān. 136

83. ~~464~~ Emergit hoc dubium: an actus fidei theologicę, simul cum suo proprio objecto formali, possit attingere aliud motivum, sive scientię, sive opinionis, sive utriusque, cui in assentiendo nitatur? Et negant plurimi cum Eximio Doctore; affirmant aliqui cum C. de Lugo, d. 2. s. 3. Supponitur, non esse simpliciter fidei theologicę actus, quo intellectus objecto assentiatur propter motivum fidei, non totaliter, sed partialiter: hoc est, assensu restricto ad fidei motivum prout conjunctam cum alio motivo: Ratio: nam actus fidei theologicę simpliciter talis est, quo credimus Deo super omnia: ergo quo acceptamus Dei

authoritatem, et testimonium, ut motivum sufficientissimum, adaequatum, et totale ad assentiendum; talis non est actus, quo intellectus assentiretur objecto propter motivum fidei partialiter, et cum restrictione ad aliud motivum: ergo iste assensus non esset simpliciter, et absolutè actus fidei theologicae. Antecedens constat: est ~~non~~ enim proprium virtutis theologicae adhaerere Deo super omnia; et explicatur exemplo charitatis: neque ~~inde~~ enim esset actus absolutè, et simpliciter charitatis theologicae, quo aliquis amaret Deum propter ipsius bonitatem, et simul cum restrictione ad beneficia. 1°: quia iste actus non esset amicitiae perfectae; sed concupiscentiae. 2°: quia non esset perfecta contritio, et se ipsa sufficiens ad justificationem, qua peccator detestaretur peccatum propter Dei bonitatem, et simul cum restrictione propter vitandas poenas. Ergo similiter non est simpliciter, et absolutè actus

fidei theologicæ, nisi ille, quo Deo credimus super omnia. Dici potest, ejusmodi actum esse fidem imperfectam; ~~posse~~ esse super naturalem; et elicitum ab habitu fidei infusæ: dummodò nec formaliter, nec virtualiter, nec interpretativè excludat assensum sub conditione, quod non esset aliud motivum in consortio motivi fidei divinæ. Hæc doctrinæ particula iis argumentis probatur, quibus ostenditur honestam, et supernaturalem esse attritionem ex metu pœnarum conceptam; quod fusè ex ~~plicui~~ in tract. de pœnitentia. 89. Assertum. Actus fidei theologicæ, potest inniti adæquatè sufficienter suo proprio motivo, et simul motivo distincto, sivè sit scientiæ, sivè opinionis, sive utriusque. Quod sit possibilis actus sub ejusmodi tendentia, probatur: nam experientia teste, non raro operamur propter duplex motivum, quorum quodlibet de se est sufficiens, et quodlibet rat

posse

explicabo

465

sufficiens acceptamus. Sic idem iter facimus
ad videndum amicum; et animum recreandum; Sic
idem Sacrum audimus ad obediendum precepto, et
ad Deum colendum: et ex modo, quo illos fines inten-
dimus, in unoquoque sufficiens, et adequatum motio-
vum operandi constituimus. Et quidem cum duos
fines per duos actus eidem actioni possimus totali-
ter prescribere: aliter circa eandem actionem
non possent esse actus duarum virtutum; cum illud
idem facere non possimus uno, eodemque actu.
Modus assentiendi objecto per motivum fidei, et
per motivum distinctum subest voluntatis imperio:
ergo voluntas potest imperare assensum, qui inni-
tatur adequate sufficienter motivo fidei, et finat
motivo distincto; hoc est: qui sit tanta intellectu-
alis appretiatio divine authoritatis revelantis, ut
ex imperio voluntatis intellectus assentiretur,
quamvis non adesset distinctum aliud motivum.

466 85. Quod autem

ejusmodi actus esset fidei theologice, suadetur.

In primis esset theologicus; moveretur namque ad-
quatè sufficienter ex aliquo divino prout applicato
ad objectum materiale: moveretur, inquam, ad-
quatè sufficienter ex divina authoritate applicata
per revelationem ad objectum credendum. Dein-
inde: assensus ille esset supernaturalis, et infallibilis:
infallibilis, quia motivum aliud distinctum non
potest impedire, quod infallibilitatem trahat ex
motivo fidei; esset supernaturalis, quia sicut assen-
sus distinctus ex alio motivo non obest, quominus
assensus ex motivo fidei sit ex superna illustratio-
ne, et ex habitu infuso, ita neque id impediet
identicus aspectus ad aliud motivum. Tandem:
ille idem assensus appretiaret super omnia Dei re-
velantis authoritatem: nam illam ut infallibi-
lem acceptaret, et ut omni reverentia dignissi-
mam; in ipsaque gratissimè quiesceret intellectus.
et illam omnibus praeferret, quae possent in con-
trarium occurrere. Atqui non potest ad
assensum fidei theologicae aliud desiderari ~~[illegible]~~ praeter

quæ convenire diximus actui, qui innititur adæquatè sufficienter formali motivo fidei, et simul motivo distincto: ergo.

~~467.~~ 86. Opponitur 1º. ille actus non moveretur adæquatè sufficienter ex motivo fidei: enim implicat ~~[illegible]~~, quod sub solo fidei motivo maneat actus, qui intrinsecè attingit motivum distinctum: ergo ille actus non esset simpliciter fidei theologicæ. 2º. actus charitatis non potest præter ~~propter~~ Dei bonitatem attingere motivum aliud; aliter, esset amor concupiscentiæ, et non simpliciter amicabilis: ergo similiter actus fidei theologicæ non potest esse nisi ex suo tantum motivo. 3º. si actus fidei theologicæ posset attingere motivum probabile, posset esse falsus; si nimirum aut illud motivum non existeret, aut non connecteretur cum veritate objecti materialis: ergo saltem fidei actus non potest simul esse ex motivo opinionis. 4º. gratis diceretur, quod conceptus ~~[illegible]~~ specifici fidei, scientiæ et opinionis possint in ~~ad~~ unum actum coire:

dici ~~inde~~ similiter posset, quod ex quibuslibet spe- enim
ciebus varie combinatis posset distinctas species
consurgere: ergo actus fidei theologicae non
potest simul esse ex scientiae, et opinionis motivis;
sed inde esset scientia, opinio, et fides. ~~[illegible]~~ Ad 1.um 968.
87.
ille actus secundum totam sui realitatem
non moveretur adequate sufficienter ex motivo
fidei; et hoc, evincitur probatione adjuncta:
~~[illegible]~~ motivo fidei, secundum formalitatem correspondentem
in isto haberet motivum adequatum sufficiens.
Ratio: quia ejusmodi actus esset equivalenter
duplex; quorum alter adequate sufficienter
moveretur ex fidei motivo. Item: quia stante
simili apretiatione divinae authoritatis, qualis
apretiatio est in ejusmodi actu, eliceretur assen-
sus, quo propter motivum fidei crederetur objec-
tum materiale, etiamsi non adesset distinctum
aliud motivum ad assentiendum. Ad 2.um
potest actus charitatis ~~[illegible]~~ Dei bonitatem praeter
attingere motivum aliud, ut est remuneratio,
8

dummodò actus cum debita appretiatione moveatur ex Dei bonitate: ipsam remittum aut formaliter, et explicitè, aut virtualiter, et implicitè praeferendo rebus omnibus. Ejusmodi amor esset identicè honestae concupiscentiae; sed nihilominus esset perfectae amicitiae: nam Deus praeferret ipsis bonis creatis, quorum est concupiscentia. Hinc paritas ista pro nobis est. Ad 3. aliqui

~~469~~ 88.

Joan. de Salas

quos inter Pater Salas apud citatum Decursos tenent, non implicare, quod assensus fidei sit identicè falsus, aut concernens motivum probabile: quod non obest, ut sit essentialiter infallibilis ex parte objecti materialis, et ex parte objecti formalis, cui fides innititur. Neganda tamen omnino est sequela; et ad probationem dicatur si motivum probabile fallit, tunc assensus innitens simul motivo fidei, non erit supernus, et infusus, sed fidei naturalis, et acquisitae; erit tamen fidei supernae, et infusae, si motivum

probabile non fallat. Sub motivo probabili potest esse formido de falsitate motivi; sed non erit formido de ~~revelationis~~ [revelationis] existentia: ac proinde voluntas posset imperare assensum, qui esset fidei simpliciter theologicae. — Ad 2um: non dicitur gratis, quod gradus vitae vegetativae sensitivae, [et rationalis] possint unam speciem componere; nec dicitur gratis, quod odium peccati, et amor Dei possint in unum actum perfectae contritionis coire: et similiter dicimus de fide, scientia et opinione. Negatur sequela, quae in exemplis propositis patitur manifestam retorsionem. Igitur quando ex combinatione specierum sequitur implicatio, tunc constituuntur per differentias privative oppositas, et nequeunt in unum coire. Exempla sunt: cognitio creata, et comprehensio Dei; amor Dei perfectus, et voluntas peccandi graviter: et sexcenta alia. Atqui ex combinatione fidei, scientiae, et opinionis nulla sequitur implicatio: ergo etc.

D.2. C.1.

Disputatio 2a

De Spe Theologica Virtute

Cum fides sit juxta Apostolum sperandarum substantia rerum, post disputationem de fide disputatio de Spe recto ordine succedit: Spei enim fides jecit fundamentum. Quoniam autem Spes non confundit, ut idem testatur Apostolus, distincte, sed tamen brevissime duo hic exponam: nempe Spei Theologicæ quidditatem; et cognitionem, quæ ad sperandum requiritur

Caput 1us.

De quidditate Spei Theologicæ

Sectio 1a.

Spei actus proprius describitur

47. N. 1. Spem proprie sumptam distingui a fide stricte acceptam, est dogma Catholicum contra Lutheranos, qui non distinguunt spem a peculiari fide, qua homo credat, peccata sibi esse remissa; quam peculiarem fidem appellant

ipsi fiduciam: et hanc doctrinam damnavit Tridentinum, ses. 6., cap. 7. Igitur fides, et spes, non tantum vocabulo, et rationali differentia distinguuntur: quia fides est de bonis, et malis, spes autem [solum] de bonis: docet Augustinus, Enchyridij, cap. 8. Spei actum ad voluntatem pertinere, ipsamque esse virtutem voluntatis, suadetur: nam actus intellectus movetur ex vero; actus autem spei movetur ex bono: ergo spei actus, non est intellectus, sed voluntatis. Rursus: timor est actus voluntatis, et fuga à malo: ergo spei est actus voluntatis, et prosecutio boni: Spei actum differre à mero desiderio, supponitur: licet [enim] spes sit desiderium, quoniam est prosecutio boni absentis, aliquid debet addere supra precisam rationem desiderij: nam plura desideramus, quæ nec speramus, nec possumus sperare. Hinc spei desiderio fiduciam superaddit; et poterit non incongruè sic definiri: spes est boni absentis fiduciale desiderium. //

2. Quoniam autem sermo est

A. 2., C. 1.º

de Spe Theologicâ, quæ in Deum fertur, et quæ in Deo nititur, dicendum de illa est, virtutem esse qua nobis fiducialiter desideramus Deum ut ultimum finem nostrum. Hæc spes alia est habitualis; alia actualis. Habitualis est, qualitas supernaturalis permanens, qua disponimur, et potentes sumus ad actum desiderandi fiducialiter Deum ut nostrum ultimum finem; actualis vero est, ille idem desiderandi actus. Spem esse virtutem, supponitur ex fide; spes namque ut distincta â fide, et â charitate ponitur â Apostolo in numero Virtutum, 1. Corinth. 13. nunc autem manent fides, spes, Charitas, tria hæc. Spem esse Virtutem perse infusam, etiam supponitur; actus enim spei, quo homo disponitur ad justificationem, est entitativè supernaturalis, cum sit supra omnem sufficientiam naturæ, et ad ipsum requiratur gratia simpliciter per Christum: Ex Tridentino ses. 6., Cap. 6. Spem esse Virtutem theologicam, supponitur ex adducto Apostoli testimonio: numeratur enim spes inter alias theologicas Virtutes; et jure: nam spes

8

suo actu directè, et immediatè attingit Deum,
et non purè ut subjectum cuj; et iste est caracter
virtutis theologicæ contrapositè ad purè moralem:
ut constat ex dictis, num. 95. Superest ut singulatim disp. 1. C. 1.
explicemus, quæ generatim complectitur à nobis
tradita spei theologicæ definitio, sivè descriptio:
quod præstabimus discurrendo per singulas proprie-
tates, quæ in genere, et in specie communiter tri-
buuntur spei theologicæ. 472.

3. In primis spes fertur in bonum absens:
quapropter est amor concupiscentiæ per modum
desiderij. Constat ex D. Augustino, nuper citato:
" Spes non est, nisi bonarum rerum, neque nisi fu-
" turarum, et ad eum pertinentium, qui earum
" spem gerere perhibetur. Hinc spei actus, quo
Deum amamus, ut nostrum ultimum finem, ut est
bonum ad nos pertinens, non est amor benevolen-
tiæ, et amicitiæ; sed concupiscentiæ, quo Deum
amamus ut nobis bonum. Iste concupiscentiæ amor
tendit in Deum per modum desiderij: nam licet
Deus præsentissimus nobis sit; possesio tamen Dei,

ut est noster ultimus finis, bonum absens est. Notanda hæc sunt. 1.us actus spei potest conjungi cum possesione boni; ut quando Deus nobis donaret bonum, quod speramus, in eodem instanti, quo illud speramus. Absentia itaque boni debet esse intentionalis: quia videlicet, dum non cognoscitur bonum ut præsens, potest causare eosdem affectus, quos potest causare absens. 2.us absentia boni non est objectum materiale, neque formale spei: non enim habet aliquam bonitatem, cum sit negatio boni; sed est conditio, seu status objecti, ut istud posit terminare actum desiderij, quod inbibitur in spe.

479 Q. Deinde spes fertur in bonum futurum: ut constat ex præmissis D. Augustini testimonijs. Id docet multis in locis D. Angelicus, ac præsertim in disputatis, q. unic. de spe, artic. 1., per hæc verba: "Spes importat in sua "ratione securitatem quamdam adipiscendi bonum. Hinc spei theologicæ actus respicit Deum cum prudenti, et probabili expectatione, quod ipsum

possidebimus; et sic actus spei est desiderium
quiescens in futuritione formalis beatitudinis,
qua Deus objectiva essentialis nostra beatitudo
possidebitur. Futuritio ista secundum quod dicit
carentiam boni pro nunc non est objectum spei, ×ipsa
cum ipsa boni absentia; secus secundum quod dicit sit
existentiam boni pro postea: sic ista futuritio ×, enim
est bona. Ad spem non requiri futuritionem
boni stricte sumptam, certum est: alioquin non nisi
predestinati possent sperare beatitudinem. Non
requiri futuritionem apprehensam, docetur
a multis: nam Deus potest alicui revelare, se ×
illi daturum gloriam in eo instanti, in quo eli- dicturum
ciat actum amoris; in quo casu ille posset spera-
re in eodem instanti elicientiam amoris ex
superno auxilio, et gloriae assecutionem in prae-
mium actus. Sed tunc in illo instanti non cog- ×,
nosceret gloriam esse futuram: in vi ista revela- enim
tionis cognosceret gloriam existere suo actui: * exi-
ergo ad spem non requiritur, quod apprehendatur

D. 2., C. 1.-

boni sperati futuritio. Requiritur proinde ad spem futuritio saltem lata, et impropria: hoc est, quod adeptio boni sperati sit saltem in posteriori naturæ ad actum spei. Ratio: quia

Spes

~~Spes~~ Spes est voluntas possidendi bonum, media propria sperantis diligentia, aut ex beneficio alterius; si autem adeptio boni non apprehendatur futura in posteriori, non est locus ejusmodi voluntati possidendi, sed tantum gaudio de possessione: ergo ad spem requiritur boni futuritio, saltem lata, et impropria: in hoc nimirum consistens, quod cognoscatur, bonum esse possidendum in posteriori

dictum

naturæ. Quod dictum est de futuritione, dictum esto de absentia boni, quæ requiritur, ut actus spei sit desiderium. 5. Denique Spes fertur in bo-

471 num desiderio fiduciali: concipitur namque illud desiderium ex cognitione proponente, non solum possibilitatem, et assequibilitatem boni, sed et ipsius futuram assecutionem. Ex hac cognitione quæ est intellectualis

expectatio, derivatur in actum voluntatis
quies, et securitas, quæ est fiducia; et hæc est di-
ferentia, quia desiderium boni absentis cons-
tituitur in ratione specifica Spei. Hinc spei
actus, quo Deum nobis desideramus, est fiducia
de ejus assecutione; juxta illud Isaiæ, Cap: 12:
" ecce Deus Salvator meus, fiducialiter agam,
" et non timebo. ~~115~~

6. Hæc fiducia consistit in gaudio
apretiativo, quo voluntas præfert probabilita-
tem boni futuri, etiam incertam, et arduam,
alijs bonis incompossibilibus; quapropter spes
supra desiderium addit gaudium de boni fu-
turitione cum hac tendentia formali, vel virtu-
ali: hujus boni futuritionem, quamvis incertam,
et arduam, tanti æstimo, ut illam cum hoc, vel illo
bono incompossibili, quamvis certo, non commu-
tarem. Oritur hinc 1º spem non esse desiderium
boni, et meram complacentiam de futuritione
illius: hæc ~~inde~~ enim mera complacentia necessario
sequitur ad cognitionem de futuritione; spes//

autem est libera, non solum quatenus est desiderium, sed et quatenus est fiducia; et ideo in Scriptura monemur, ut fiduciam habeamus. Oritur 2°, spem esse majorem, vel minorem, quo boni desiderati futuritio pluribus, vel paucioribus bonis antefertur: et sic non solum explicatur, quo pacto nobis sit liberum sperare, sed etiam quo pacto liberè possimus magis, vel minus sperare; quoniam possumus liberè futuritionem boni desiderati præferre pluribus, aut paucioribus bonis incompossibilibus.

476 Jamvero Spes Theologica, quæ 1° respicit Deum ut ultimum finem, est super omnia: dicitur non refertur in Deum, ut ultimum finem; cum de ratione ultimi finis sit, esse perfectum quoddam, et sufficiens bonum, propter quod omnia alia amantur, si videlicet homo rectè, et prudenter velit operari: ut est doctrina inconcussa, ex Aristotele, lib. 1. Ethic., cap. 7. Hinc propter excellentiam tanti boni, hoc est, infiniti boni, voluntas gaudet de probabili prudenti futuritione

consecutionis; tantique estimat hanc probabilem prudentem futuritionem, ut illam preferat omnibus omnino bonis incompossibilibus cum assecutione boni: et in hoc gaudio apretiativo consistit, quod desiderium consequendi Deum ultimum finem nostrum sit fiduciale, et habeat rationem constitutivam spei. Explicationem hucusque datam desumpsi ex Harnoldo, hic, cap. 1., controv. 1. qui bene impugnat diversos, et oppositos modos explicandi constitutivum, quod spes addit desiderio. infinita

477

8. Ex dictis intelligitur facile, qua ratione spes habeat rationem efficacis intentionis relatae ad bonum desideratum. Communiter docetur, objectum spei esse bonum arduum; haec arduitas triplex potest esse. 1a est praestantia, et excellentia boni. Sed haec ~~autem arduitas~~ non requiritur ad Spem universaliter sumptam; nam bona minima non habent arduitatem praestantiae, possunt tamen

D. 2., C. 1.-

desiderari propter convenientiam: et aprehensa ipsorum futuritione, quæ facilius, quam futuritio bonorum præstantium, aprehenditur, possunt terminare spem. 2ª arduitas est, quod consecutio boni non dependeat à sola* desiderantis. Sed neque ista ad omnem spem requiritur: quod probatur rationeimmediatè allatâ; et confirmatur ex D. Angelico, citata questione de Spe, artic. 1: "quandoque sperat aliquis aliquid adipisci per propriam potestatem; quandoque per auxilium alienum." Nota: non excluditur indigentia auxilij Dei ut causæ universalis; sed indigentia auxilij specialis: hoc est indebitum nobis; illud autem est debitum, et sic comprehenditur sub nomine nostræ propriæ potestatis. 3ª arduitas est difficultas, et labor in consequendo bonum. Sed hæc non requiritur ad spem universaliter: nam bonum sine labore, et difficultate consequibile, desiderari potest; et quoniam ejus futuritio facilius, et probabilius aprehenditur, consequens* est, ut facilius spem excitare, et terminare possit. Additur: nam

*potestate

*est

in statu innocentiæ Adamus spem beatitudinis habuit, et eamdem habuisset, si in eo statu perseverasset; sed, perseverante illo statu, consequeretur absque difficultate beatitudinem: ergo. 478.

D. Dicimus
Spes theologica, prout in hoc statu, respicit objectum arduum: non solum propter boni prestantiam, quæ infinita est; et propter indigentiam divini adjutorij specialis, sine quo impossibilis est tanti boni adeptio; sed etiam propter difficultates, quas vincere debemus, ut nostrum finem ultimum consequamur. Erga istud objectum fertur spes per modum efficacis intentionis. Pr. 1°: quia per spem in eo statu constituitur voluntas, ut pro nullo bono, quamvis certo, et facile assequibili, commutaret probabilitatem, quamvis incertam, et arduam, futuritionis beatitudinis. 2°: quia per spem determinatur voluntas ad adhibenda media, ad superandas difficultates pro boni desiderati consecutione: nam aliter, saltem interpretative postponeret probabilem futuritionem beatitudinis bono carendi molestiâ

A.2., C.V.

in adhibendis medijs, et superandis difficultatibus

~~479~~ 10. Explicandum est modò, qua ratione Spes theologica sit certa: nam certam esse, supponitur, ex Scriptura, Concilijs, et Patribus. Sufficiat adduxisse illud

" Augustini, in præfatione ad Psalm. 123: Spes
" nostra tàm certa est, quasi jam res perfecta sit.

Spei certitudo propriè est firmitas; nam certitudo strictè talis propria est cognitionis: ideo ab Apostolo, ad Heb. Cap. 6., Spes dicitur firmissimum solatium, et comparatur anchoræ tutæ, ac firmæ; et à Tridentino, Sess. 6., Cap. 13., monemur, ut in Dei auxilio firmissimam Spem reponamus. Spem theologicam non excludere timorem, atque formidinem non assequendi ultimum finem nostrum, est de fide: ex Tridentino nuper citato. Quæ à Deo nobis non sunt promissa, aut non posse spe theologica sperari, aut de ipsis Spem non esse absolutè, et simpliciter certam, supponitur: neque ~~inde~~ enim est evidentia de illorum futuritione; neque de iis est divina revelatio: ergo.

8

non potest esse absolutè, et simpliciter certa de
illorum bonorum assecutione expectata. Lo-
quendo itaque de bonis à Deo nobis promissis

11. Dicendum est: 48

de bonis à Deo promissis, eo modo quo promissa
sunt, spes est absolute, et simpliciter certa; de
illorum autem absoluta assecutione spes est pru-
dentissimè firma. Constat 1.a pars: nam Deus
omnibus finaliter perseverantibus promisit
beatitudinem: ergo qui sub illâ conditione elicit
actum voluntatis, quo beatitudinem sperat, eli-
cit actum, qui ex suo intrinseco motivo supponit
actum fidei, quo credit illam promissionem: ergo
ejusmodi actus spei est ab intrinseco connexus
cum illa veritate conditionata: Salvabor, si
in gratiâ decessero; sed hoc est, quod spes de bonis
promissis à Deo, eo modo quo promissa sunt, sit
absolute, et simpliciter certa: ergo. Pars 2.a pro-
batur: nam ille actus fidei potest esse in eo, qui
positivè desperat: quapropter spes aliquam
aliam firmitatem videtur habere; ratione
D. cujus spes importat quamdam securitatem

adipiscendi bonum; ut cum D. Th. dona dicebamus.
Hæc autem firmitas in eo consistit, quod ex fide proponente solidissimas sperandi rationes animum prudentissime exigamus ad sperandi à Deo specialia illa gratiæ subsidia, quibus certissime bona promissa consequemur. Sed hoc est, quod de illorum absoluta futuritione spes sit prudentissima firma: ergo

Sectio 2.ª

De Spe, ut est amor concupiscentiæ

481\.

12\. Dictum est, Spem esse concupiscentiæ amorem, quo nobis desideramus Deum, ut ultimum finem nostrum. Finis est duplex: alius dicitur finis, cujus; et alius dicitur finis, cui: subjectum cuinam ~~cui~~ cuj bonum volumus, aut desideramus est finis, cui; bonum autem, cujus gratia aliquid desideratur, aut fit aliquid est finis, cujus. In fine cujus, et est ipsum bonum desideratum, et dicitur finis, qui; et est adeptio, seu possessio ejus boni, et ea dicitur finis, quo. Finis qui, et quo constituunt unum finem: quia unus nequit causare amorem sine altero; neque

unius sine altero potest esse bonum actualiter perficiens subjectum. Sic non desideramus pecuniam sine possesione, nec possesionem sine pecunia; sed indivisim desideramus possidere pecuniam: quo exemplo rem explicat D. Thomas, 1. 2.ª q. 11., art. 3., ad 3.um Ad rem nostram: Spei actus, prout est amor concupiscentiæ, Deus est finis, qui; formalis beatitudo est finis, quo; et persona sperans est finis, cui. Quæritur: quodnam sit objectum formale spei theologicæ prout est amor concupiscentiæ. 182

13. Assertum 1.us Deus, ut est nostra essentialis objectiva beatitudo, est objectum formale spei theologicæ, prout est amor concupiscentiæ. Sic communior sententia. Probatur: nam in primis Deum ipsum nobis amamus, atque desideramus per actum spei theologicæ. Constat ex illo, Genes., 15: Ego merces tua; et ex illo, Psalm. 72: pars mea Deus in æternum. Hæc est communis Patrum vox; pro quibus audiendus D. Augustinus in Psalm. 102: exige spem tuam

D. 2., C. 1.

" ad bonum bonorum omnium; ipse erit bonum
" tuum, a quo omnia in suo genere facta sunt
" bona. Rursus: Deus, ut est nostra essentialis objectiva beatitudo, amatur per spem ut ultimus finis, qui; sed ultimus finis qui, amatur propter se: nequit enim ultimus finis amari ut medium; quod praecise amatur propter finem assequendum: ergo Deus, ut est nostra essentialis objectiva beatitudo, amatur propter se per spei theologicae actum. Quod autem propter se amatur est objectum formale amoris: ergo

~~482~~ 12. Assertum 2dum.

Formalis nostra beatitudo est objectum formale spei theologicae prout est amor concupiscentiae. Sic etiam sententia communior. Probatur: nam actu spei amamus nobis Deum, ut finem qui: ergo et amamus indivisibiliter finem, quo; iste autem finis est nostra formalis beatitudo, qua Deum adipiscemur, et possidebimus: ergo actu spei nobis amamus nostram formalem beatitudinem. Atqui illam amamus propter ipsam: nequit enim

 306

illam amamus, ut medium; cum ipsa constitutive moretiatur conceptum istum objectivum: finis consequendus: qui conceptus formalis motiva ratio est amandi media: ergo actu spei theologicæ beatitudo formalis amatur propter se; ac proinde est objectum formale spei theologicæ, prout est amor concupiscentiæ. Nota: spes quodammodo fertur prius, et principalius in Deum, quàm in beatitudinem formalem. Ratio: quia non est verum, quod Deus nos beat, ratione visionis; sed vicè versa, est verum, quod visio nos beat, ratione Dei: unde quod prius, et principalius per spem nobis desideramus, est ipse Deus; posterius autem, et minus principaliter nobis desideramus Dei visionem. Alijs terminis: quia Deus est infinitum bonum, potens nos beare, desideramus nobis ipsius visionem; sed non, ut habeamus illius visionem, volumus, Deum esse summum, et infinitum bonum, quod potest nos beare. 484

15 Assertum 3.um Persona sperans est objectum formale spei thelogicæ

prout est amor concupiscentiæ. Sic contra multos docent Suarez, Hurtado, et Arriaga, quos citatos sequitur Oxea, hîc, d. 2., sect. 1., à num. 18. Probatur: nam amare aliquem est illi bonum velle; sed persona sperans sibi ipsi per spei actum vult bonum, sibi maximè conveniens, nempè Deum, et Dei possesionem: ergo Persona sperans seipsam amat per actum spei. Deinde: persona sperans seipsam amat propter se, dûm sibi amore concupiscentiæ amat suum bonum: ergo persona sperans est objectum formale spei theologicæ prout est amor concupiscentiæ. Probatur minor subsumpta: persona sperans non amat se ipsam propter suum bonum; sicut ægrotus desiderans sibi sanitatem non se amat propter sanitatem: ergo persona sperans seipsam amat propter se. Præoccupatur responsio: verum quidem est, quod unusquisque seipsum naturaliter amat: hoc est, impetu naturæ, et insita inclinatione. Sed æquè verum est,

quod nihil volitum, quin precognitum, nempe ut amore dignum; et quod actus prosecutionis non potest versari, nisi circa bonum precognitum. Sed persona sperans amat seipsam; sibi ~~vult~~ vult bonum: ergo et se ipsam cognoscit, ut dignam amore; et in se ipsa aprehendit bonitatem, ut a se ametur. Dicimus: quod in actu amoris concupiscentiæ, quo persona sperans vult sibi suum bonum, formalitas amoris terminati ad ipsam personam est amor benevolentiæ, seu charitatis propriæ; et hujus formalitatis objectum formale est ipsa persona, seu bonitas indistincta ab ipsa persona sperante. — enim

486

16. Objicitur 1°. contra 1um. assertum. Deus non amatur per actum spei: ergo eo actu non amatur propter se; ac proinde non est objectum formale spei prout est amor concupiscentiæ. Probatur antecedens: Si Deus amaretur actu spei, amaretur ut bonum ipsi speranti: ergo homo per actum spei referret Deum ad se ipsum; et hinc, homo esset finis, ad quem referretur Deus;

D. 2., C. V. —

et rursus, homo per actum spei uteretur Deo. Hoc est summa perversitas: esset inde fruendis, et uti fruendis: ergo — 2°. Deus a nobis supposito differt: ergo immediatè, et se ipso non potest esse bonum nostrum: ergo non est objectum formale spei nostræ. Additur 1°: quod nobis Dei visio sit bona, non est, quod Deus sit nobis bonum conveniens; bonum enim mihi, et appetibile est, cognoscere malitiam mei peccati, quin hæc malitia sit michi conveniens, et appetibilis 2°: de quo est delectatio in patria, amatur per spem in via; in patria autem, non est delectatio de Deo, sed de possessione Dei: sicut in damnatis, non est tristitia de Deo, sed de malo inflicto a Deo. 3°: desperatio non est odium, aut nolitio Dei secundum se, sed tantum formalis beatitudinis; in idem autem objectum prosecutivè tendit spes, a quo recedit aversivè desperatio.

486 ~~486~~ 17. Ad 1us nego antecedens. Ad probationem, concesso antecedente, distinguo consequens: ergo homo per actum spei refferret Deum ad se ipsum, tamquam finis qui ad finem cui, concedo; tamquam

medium ad finem ultimò intentum, nego consequentiam. Distinguo similiter 1.am sequelam; et nego absolute 2.am et cadit reliquum. Cùm Deus sit ultimus finis hominis, et hominis summè bonus, non est perversitas, sed ordo rectissimus, quod homo amet sibi Deum ut bonum sibi conveniens; in quo stat formaliter, quod eo amore homo ad se, tamquam ad finem cujus, referat Deum ut finem quo: iste ~~tamen~~ enim amor non est illi dissimilis, quo sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret. At homo per concupiscentiae amorem non ordinat Deum ad se, eo modo, quo media ordinantur ad finem ultimò intentum; finis ~~tamen~~ enim ultimò intentus ulterius ad aliud non ordinatur: et amor mediorum, attentâ intentione finis, cessat, si aut finis non esset obtinendus, aut semel obtentus supponatur. Atqui actus spei, sic ordinat Deum ut finem quo ad hominem ut finem cujus, ut ulterius homo ipse, et sua ipsius beatitudo formalis, secundùm rectam rationem ordinari debeant ad Deum, ut iste in se ipso ultimus finis, et prout est objectum perfectae charitatis.

D. V., C. V.

Et rursus: actus spei non est virtualiter, aut interpretative voluntas non amandi Deum, si obtinendus non esset, aut postquam semel sit obtentus: ergo homo per actum Spei non refert Deum ad se ipsum, tamquam medium ad finem ultimo intentum; quod esset frui utendis, et uti fruendis.

disputabo De hac difficultate ~~disseruit~~ fuse, tract. de Poenitentia, pro stabilienda honestate imperfectae contritionis. Videri potest. P. Herize, disp. 15. de Deo, cap. 3.

487. 14. Ad 2um, concesso antecedente, nego consequentias: quamvis ~~in~~ Deus supposito à nobis differat, hoc non obest, ut sit immediatè nostrum bonum, et immediatè appetibile; nam boni adeptio seu possesio non tollit immediationem propriam finis qui. — Ad 1um additamentum: cognitio peccati est bona in esse notitiae, non in esse possessionis; visio autem Dei nobis est bona, non praecise ut est notitia, sed prout est possesio Dei: unde ad ipsum Deum tendit amor Spei. Ratio: nam Deus ut visibilis est per se ipsum bonum

conveniens creaturæ; et ideo creaturæ est conveniens, videre Deum: ad modum, quo amamus calorem moderatum, quia per se ipsum ut unibilis est nobis conveniens; et ideo appetimus unionem cum eo calore. — Ad 2.us in via per spem concupiscimus Deum; et de Deo in patriâ per fruitionem delectamur: sicut nos delectat moderatus calor, et non precisè unio cum ejusmodi calore. Non est necesse, quod objectum materiale delectationis sit idem, atque objectum materiale tristitiæ: nam hujus objectum est malum disconveniens; Deus autem non potest conjungi cum creatura modo, quo ipse per suam entitatem sit creaturæ disconveniens: quapropter dolor, et tristitia damnatorum solum est immediatè de amissione Dei. — Ad 3.us addi tamentum: odium formale, et nolitio Dei, ut est objectiva beatitudo, esset desperatio, et destrueret habitum spei theologicæ; desperatio autem sumpta pro diffidentia precisè, esset virtualiter, et interpretativè nolitio Dei: esset ~~enim~~ aversio animi a Deo consequendo propter difficultatem, aut incertitudinem consecutionis. — Hinc stat,

enim

quod spes prosecutivè tendat in idem objectum, à quo aversivè recedit, saltem interpretativè, desperatio.

488. 19. Objicitur 3°. Contra 2.^us assertum. Objectum formale spei Theologicæ debet esse adæquate divinum: ergo beatitudo formalis non est illius formale objectum, etiam inadæquatum. Probatur antecedens: nam ideo Religio, et Pœnitentia non sunt virtutes theologicæ, quia non habent objectum formale adæquatè divinum; cùm in his conceptibus objectivis, qui ab ijs virtutibus respiciuntur, aliquid includatur creatum: Deus ut colendus; et: Deus ut placandus.

4°: Solùm ultimus noster finis est objectum formale spei theologicæ: cætera namque omnia appetuntur ^x ultimum finem; sed formalis beatitudo non est noster ultimus finis: ergo non est objectum formale spei Theologicæ. Confirmatur: "non sperandum à Deo minus bonum, quam sit ipse: docet D. Thomas: sed beatitudo formalis est minus bonum, quam Deus: ergo.

x propter

489. 20. Ad 3.^us nego antecedens: nam ut virtus sit theologica, sufficit, quod directè,

et immediatè attingat aliquid divinum, et non purè ut subjectum, cui. Spes, ut est concupiscentiæ amor, modo assignato attingit Deum: nam amat beatitudinem formalem propter Deum tanquam propter finem, qui; ac proinde amat Deum propter bonitatem divinam, quia nostrum summum bonum est. Ad probationem antecedentis, negatur assumptum: ideo namque Religio (similiter de Poenitentia) non est virtus theologica, quia directè, et immediatè attingit præcisè cultum Dei; et ratio attingendi est honestas colendi Deum, quæ tota quid creatum est: et sic Deus se habet purè ut subjectum cui. 1º in quantum Deus ut infinitè excellens est terminus, cui conformatur cultus; et ex cujus conformitate evadit specialiter honestus. 2º in quantum Deus est persona, cui exhibendus est cultus; ex hoc nempè motivo, quia bonum est, dare Deo cultum ipsi debitum.

43.

21.

Ad 4um concedo majorem de ultimo fine, qui, et quo; et concessa minore de ultimo fine, qui, negatque de ultimo

D.2., C.V. – fine, quo, nego consequentiam. Solutio desumitur ex
" D. Thoma. 1.2., q.11., a.3., ad 3.um Deus est ultimus
" finis, sicut res quae ultimo quaeritur; fruitio autem
" sicut adeptio hujus ultimi finis. Ad probationem
adjunctam majori, dicendum: omnia appetuntur
propter ultimum finem consequendum: et in hoc ipso
venit constitutive formalis beatitudo, quae est consecu-
tio ultimi finis: unde non appetitur ut medium,
et ut purum objectum materiale, sed ut ultimus
finis, quo, et ut objectum formale. Ad confirma-
tionem: propositio Angelici accipitur de objecto,
quod est finis, qui, nostrae spei; et quod non potest
esse actuale nostrum bonum sine fine, quo: unde
speramus nobis ipsum Deum, et Dei possessionem,
quae est nimis bonum, quam ipse Deus. Similiter
accipiendus est D. Augustinus. l.22. de Civit.,
" Cap. 30: praemium virtutis erit ipse, qui virtutem
" dedit, et qui seipsum, quo nihil melius, aut majus
" esse potest, promisit.

~~491~~ 22. Objicitur 5.o Contra 3.um assertum. Persona sperans amat bonum sibi convenienens, quin opus sit, quod in se ipsa

cognoscat aliquam bonitatem: Ergo nec se formaliter amat, neque est objectum formale concupiscentiæ, quâ sibi amat suum bonum. Probatur antecedens ab experientiâ: hac constat, quod naturali impetu homo seipsum amat; cùm è contrario, ad alios amandos sit difficilis: et hanc difficultatem vincere solet ex consideratione bonitatis, quæ illis inest, et ipsos reddit amabiles. — 6.º quamvis aliquis sit nequissimus, et amore indignissimus, et ut talem se cognoscat, nihilominus et insitâ inclinatione seipsum amat, et sibi bona desiderat: Ergo persona sperans non est objectum formale spei. Constat consequentia: nam objectum formale amoris debet esse bonitas, quæ propter se ametur; ex parte autem personæ sperantis nulla requiritur bonitas.

23. Ad 5.um nego antecedens: amor ~~~~ spei est formaliter concupiscentiæ, quo persona sibi vult bonum, quia sibi bonum, et conveniens est; ut bono obtento ipsa persona benè se habeat: quapropter persona sperans non solùm virtualiter, aut interpretativè, sed propriè, et formaliter seipsam amat. Hinc et

precognoscit scipsam, et in se ipsa aliquam bonitatem, ratione cujus possit se amare; et ista bonitas non debet esse aliquid distinctum à persona ipsa: hæc enim habet bonitatem transcendentalem; insuper et excellentiæ supra substantias inferiores; ac demum convenientiæ ad proprium appetitum secundùm rectam rationem. Ad probationem antecedentis negati, dicendum. Quod naturali impetu homo seipsum amat, solùm est, quod habita sui cognitione determinatus sit, saltem quoad speciem, ad sui amorem: et ea cognitio ferè imperceptibiliter habetur; neque est necesse, quod homo aliquam bonitatem à se distinctam cognoscat, ut se amet. Quod verò ad amandos alios sit difficilis, et istam difficultatem vincat ex consideratione bonitatis, quæ illis inest, hoc probat, quod minor bonitas, minusque clara bonitatis cognitio sufficiat, ut homo seipsum amet, quàm ut alios amet: juxta securissima illa principia.

" Amabile bonum; unicuique autem proprium,
" et: amabilia ad alterum regulantur ex ama-
" bilibus ad se. Igitur ex experientia adducta

non elicitur, quod homo, dum sibi vult bonum, quia sibi bonum, et conveniens est, et ut illo benè se habeat, non amet seipsum, ex cognitione propriæ bonitatis, et ex ista tamquam ex formali motivo.

~~493~~

24. Ad 6.um, concesso antecedenti de indignitate in genere moris contracta per peccata, illud nego de indignitate in genere physico: in ~~Doctrinæ~~ enim genere manet dignitas ad amorem; hoc est, manet bonitas sufficiens ad amorem, cum maneat bonitas transcendentalis, excelentiæ, et conformitatis ad appetitum rectum. Neganda est consequentia; et ad hujus probationem constat ex dictis ad antecedens. Solutionem confirmabis ex amore complacentiæ, et benevolentiæ, quo Deus amat peccatores; juxta illud Sapient., C. 11.
" Diligis omnia, quæ sunt, et nihil odisti eorum,
" quæ fecisti.

~~494~~

25. Instas. Amor iste, quo persona sperans seipsam amat, neque est supernaturalis, neque ullam difficultatem habet: ergo excludendus est ab amore spei. Respondetur, amorem sui ipsius

ut finis, ergo desideratur beatitudo supernaturalis esse supernaturalem, cùm non praescindat à supernaturalitate motivi ex parte finis, quia et Deus ut amor ille sit prout oportet ad finis superni assecutionem, sua gratiâ hominem perveniat. Rursus: ille amor sui ipsius est valdè difficilis; est namque amor, quo efficaciter amat homo se ipsum, efficaciter sibi amando bonum valde deficile. Nota: iste amor, quo persona sperans se ipsam amat propter se, non appellatur amicitiae, aut purae benevolentiae, sed concupiscentiae: nam est radix amoris, quo objectum desideratum appellatur, concupitum, juxta communem loquendi modum. Sic ex D.

» Anselmo. lib. de concordia, cap. 3: amor concu-
» piscentiae est, qui oritur ex affectione proprij com-
» modi; et juxta D. Thomam, 1. 2, q. 26., art. 4,
» ad 1um: illud dicimur concupiscere, quod volumus
» nobis.

~~496.~~

26. Replicabis. Actus, quo homo concupiscit bonum, amando se ipsum propter se, esset Charitatis propriae: ergo non esset Spei theologicae. Respondetur, ejusmodi actum esse propriae Charitatis;

sed etiam inseparabiliter esse theologicae spei. Ratio: quia ejusmodi actus, prout respicit personam, est benevolentiae, et specificatur à bonitate ipsius personae; prout autem est desiderium boni, est concupiscentiae, et specificatur à bono desiderato. Ratio hujus: nam bonum desideratum intenditur ut finis, qui, et propter bonitatem propriam, quam in se habet: neque enim finis qui, est bonum subjecto per ipsum subjectum, sed per se ipsum; neque rursus desideratur tamquàm medium, et propter alium finem, quem ipse causet. Atqui bonum desideratum est ipse Deus: ergo Deus intenditur ut finis qui, et propter bonitatem propriam, quam in se habet: ergo ille actus fertur in Deum ut in objectum formale; ac proinde à Deo sumet suam speciem, et exinde est spei theologicae. Dices: quod bonum ametur propter subjectum, tamquam propter finem, cui, non obest, ut bonum ametur propter se ipsum tamquàm propter finem, qui; et hoc

Et

D. 2., C. 7.

sufficit ut bonum entitative divinum desideratum refundat in actam speciem theologicæ Spei.

Sectio 3ª

De Spe, ut est fiducia consequendi.

~~496~~

27\. Dictum fuit, spem supra desiderium boni addere fiduciam consequendi illud; istamque fiduciam esse voluntatis actum: quo videlicet persona sperans confidit, quod illud bonum sibi eveniet, et in boni futuritione quiescit per gaudium appretiativum. Jam vero ~~infestum~~ manifestum est, aliud esse motivum desiderandi bonum; et aliud esse motivum confidendi, quod eveniet: nam bonitas rei est motivum desiderandi, et non est motivum sufficiens confidendi: stante ~~vide~~ enim bonitate, et convenientia rei, et illius cognitione, potest homo de illius assecutione desperare. Igitur bonitas rei apprehensa non est motivum spei, prout includit fiduciam consequendi; sed precise secundum formalitatem amoris, seu desiderii. Quæritur: quodnam sit objectum formale spei theologicæ, prout est fiducia consequendi.

Conclusio. Deus ut auxilians est objectum formale spei theologicę prout est consequendi fiducia; et sic Dei omnipotentia, misericordia, liberalitas aliæque perfectiones, quę concurrunt, ut Deus nobis prestet auxilia, sunt motivum sperandi. Est communior sententia, quam tradunt Vazquez, Turrianus, Alzratinus, et alij, quos citatos sequitur Ripald., hic., d. 23., s. 7. Probatur: nam motivum concipiendi fiduciam, quę imbibitur in spe theologica, non est bonitas, per quam res est conveniens speranti: quod enim ~~inde~~ res bona sit, vel mala, conveniens sit, vel disconveniens, est quid impertinens, ut sit ventura, vel non; ut est evidens. Ergo aliquid distinctum a bonitate rei desideratę est motivum, et objectum formale fiducię. Illud aliud non potest esse, nisi ille, cujus auxilio res ~~conveniet~~ × eveniet, sive obtinebitur; et loquendo de spe theologicâ Deus est cujus auxilio bonum desideratum eveniet speranti: ergo Deus ut auxilians est motivum, et objectum formale spei theologicę prout est fiducia consequendi.

Confirmatur, et explicatur: si quis interrogetur;

cur amet illam beatitudinem; rectè respondebit: quia est sibi bona, et conveniens. Si iterum interrogetur, annon solùm sibi optet beatitudinem, sed etiam fiduciam de illius consecutione habeat; respondebit affirmativè. Si demùm interrogetur, cur illam fiduciam concipiat: non rectè respondebit: quia beatitudo est sibi bona, et conveniens; ~~[illegible]~~ id enim

optimè cognoscit ille, qui positivè desperat. Superest hęc apta responsio: istam consequendi fiduciam habeo, quia ~~[illegible]~~ Deus est potens mihi auxiliari; et ex ejus misericordia, liberalitate, et bonitate inducor, ut confidam, quod mihi auxiliabitur sic, ut consequar beatitudinem. Ergo Deus ut axiliator est objectum formale spei theologicę, prout est consequendi fiducia.

~~438.~~ 29. Consectarium. Objectum formale spei theologicę, prout est consequendi fiducia, non solùm est Deus, sed et auxilium divinę gratię. Ratio: nam hęc fiducia, non est precisè de consequenda beatitudine, sed de illa consequenda Dei beneficio; secundùm autem istam rationem respicit auxilium divinę gra-

gratiæ tamquam objectum formale, simul cum ipso Deo: neque enim habemus fiduciam consequendi beatitudinem beneficio Dei, nisi ex Deo concrete sumpto cum axilio divinæ gratiæ: ergo. Accedit paritas: quia Dei authoritas non est nobis ratio credendi, nisi concretè sumpta cum revelatione, ideo non solum Dei authoritas, sed et revelatio est obiectum formale fidei; sed Deus non est nobis ratio habendi fiduciam consequendi beatitudinem, nisi concretè sumptus cum auxilio divinæ gratiæ: ergo.

3o. Observa: quod est utile ad finem, qualiter est utile ad finem Spei auxilium gratiæ, non est objectum formale Spei, prout est amor, et intentio finis. Sed hîc unicè probatur, quod axilium gratiæ non sit objectum formale Spei theologicæ, prout est amor concupiscentiæ; cum quo bene stat, quod sit objectum formale illius, prout est fiducia consequendi ultimum finem. Observa insuper: gaudium Beatorum est de fine ultimo, et de ejus possessione; et hinc objectum formale Spei, prout est desiderium, et concupiscentiæ amor, est Deus, et beatitudo formalis. At non

D. 2., C. 1.

quod est objectum formale gaudij Beatorum, est objectum formale spei, prout est consequendi fiduciæ: nam sicut objectum gaudij concupiscentiæ in patriâ est Deus concretè cum visione; sic objectum formale fiduciæ in viâ est Deus concretè cum axilio.

Obo.

31.

Dices 1.º Et spes sit fiducia, et securæ consequendi desiderium sufficit, quod illius objectum motivum sit formalis futuritio boni: ergo Deus ut axilians non est necessariò objectum formale spei theologicæ. Probatur antecedens: nam si Omnipotentia ut axilians, quæ est causalis, et radicalis futuritio beatitudinis, potest esse motivum fiduciæ; quanto magis poterit esse ejus motivum ipsa formalis futuritio beatitudinis? Confirmatur: ad desiderium quo prudenter procuremus bonum, non minus requiritur Omnipotentia potens boni dare existentiam, quam requiritur ad spem Omnipotentia auxilians; sed ad illud desiderium non est habet Omnipotentia ut objectum formale, sed ut conditio objectiva: ergo ad spem non est necessa-

rio

objectum formale; sed erit conditio objectiva: ergo
ad spem non est necessario objectum formale Omni-
potentia auxilians, sed se habet per modum
objectivae conditionis. — Dices 2.o Deus ut auxi-
lians est tantum causa efficiens mediata bea-
titudinis, et immediata auxilii; sed hoc non sufficit,
ut sit objectum formale, sed tantum ut sit objectum
materiale spei: ergo Deus auxilians non est objectum
formale spei. Confirmatur: eo modo, quo ~~spero sani-
tatem~~ a medico, et medicinis, spero beatitudinem
a Deo, et ejus auxilio; sed medicus, et medicina
non sunt objectum formale, sed tantum materiale ac-
tus, quo amo, et spero sanitatem: ergo nec Deus, et ejus
auxilium sunt objectum formale, sed ad summum ma-
teriale actus, quo amo, et spero beatitudinem. Sol.

82. Ad 1.um
distinguo antecedens: ut spes sit fiducia, non theolo-
gica, sufficit, quod illius motivum sit formalis fu-
turitio boni, admitto; ut sit fiducia theologica, nego
antecedens. Sicut veritas mysterii in se, detecta
per revelationem, sufficit ad assensum certum,

Omnipotentia auxilians;
~~[illegible]~~, se habet,
spero sanitatem

D. 2., C. 1. —

non tamen ad fidem theologicam; sic formalis futuritio boni desumpta, tanquàm ex causa ex Deo auxiliante, sufficeret ad fiduciam, sed non ad fiduciam theologicam. De hac loquimur: de qua est illud Psalm. 10: in Domino confido; et illud Apostoli, 1. Timoth., c. 1: scio cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum servare; et illud Tridentini, sess. 6. cap. 13: omnes in Dei auxilio firmissimam spem collocare, et reponere debent. Constat hinc ad probationem antecedentis; et notandum: quoniam futuritio formalis non aliunde, nisi ex Deo auxiliante sperari posset, necessum est, ut animus ultimam suam quietem in Deo auxiliante collocet, atque reponat. — Ad confirmationem: desiderium procurativum boni habet aliquid fiduciae; et cùm bonum sit consequendum Dei omnipotentis ope, videtur, quod non sufficiat, quod Dei omnipotentia sit mera objectiva conditio ad illud desiderium, sed requiratur, quod se habeat per modum objecti formalis. Quidquid de hoc sit, manet,

quod ad fiduciam theologicam, quae imbibitur in Spe, non sufficiat promotivo formalis futuritio, sed requiratur Deus prout auxilians. Sol.

33. Ad 2.um concessa majore, nego minorem: nam quod Deus sit tantum causa efficiens auxilij, et beatitudinis, stat cum eo, quod sit causa intentionalis, et objectiva actus, quo speramus beatitudinem; et in hoc genere causat movendo fiduciam: quod est, esse formale objectum ejusmodi actus. — Ad confirmationem, concesso majore, distinguo minorem: Medicus, et medicina non sunt objectum formale actus, quo amo, et spero Sanitatem, prout ille actus est desiderium boni absentis, concedo; prout est fiducia consequendi illud bonum, nego minorem, et consequentiam de Spe theologica prout est fiducia. Medicus, et medicina non sunt bonum per se conveniens aegroto, sed sanitas; ideoque Sanitas sola est objectum formale actus, quo sperat Sanitatem, quatenus ille actus est desiderium.

D. 2., C. 1.

At quoniam scientia Medici, et medicamentorum efficacia est id, unde unicè potest desumi securitas consequendi sanitatem; hinc est, quod non sanitas ipsa, sed Medicus, et medicinæ, sint objectum formale actus, quo ægrotus sanitatem sperat, quatenus ille actus est fiducia.

Sol. 34. Replicabis: Sicut beatitudo est consequenda Dei auxilio, ita et nostra cooperatione; sed absurdè dicitur, quod persona sperans, et ejus cooperatio sint objectum formale spei prout est fiducia: ergo dicendum non est, quod Deus, et ejus auxilium sint objectum formale fiduciæ, qua est spei. Concessa majore, distinguo minorem: illam concedo, de objecto formali præcipuo, in quod ultimò resolvitur spes theologica; et illam nego, de objecto formali non præcipuo et non ultimo, et nego consequentiam. Quod hominis cooperatio, sive meritum, sit partiale motivum fiduciæ obtinendi beatitudinem, non dicitur absurdè: cum merita sint Dei misericordiæ dona. Quod autem non sit absurdum, quod persona sperans dicatur objectum formale nec præcipuum, nec

ultimum, explicatione suadetur: nam si interroger, unde confidam, quod sim consecuturus beatitudinem; respondebo: quia Dei auxiliis consentiam, et meritis à Deo acceptis illam comparabo. Si autem interroger, an confidam, quod consensurus sim auxiliis; respondebo affirmativè. Si deinde interroger, unde confidam, quod sim consensurus; respondebo: quia Deus mihi dabit auxilia efficacia, et in ipsis meum consensum. Si demum interroger, unde confidam, quod Deus mihi dabit auxilia efficacia; respondebo, quin ultra progrediar: me istam fiduciam concipere ex bonitate, misericordia, et liberalitate Dei. Constat ex discursu facto, personam sperantem esse objectum formale nec præcipuum, nec ultimum fiduciæ; Deum autem esse ultimum, et præcipuum confi[dendi] motivum. — dendi

35. Subdubitas: an Dei Fidelitas, et ejus promissio sint objectum formale necessarium Spei Theologicæ? Promissionem Dei absolutam cognitam [ut] talem, non posse esse motivum spei — prout

D. 2., C. 1. —

formidolosae, sed solum omnimode securitatis supponitur; cum impossibile sit, quod Dei absoluta promissio frustraretur. Talis est illa promissio de

» qua Apostolus, 1.º Corinth., c. 1.: Fidelis Deus,

» qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis. Revolvitur itaque difficultas ad conditionatam Dei promissionem; quae potest esse motivum spei formidolosae, qua nostram salutem cum timore, et tremore operamur. Talis est illa promissio de qua Christus Dominus, Math.

» 10.: qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Ad actum spei theologicae requiri Dei promissionem tenent multi, quibuscum Esparza, hic, quaest. 33; sed id negant non pauci, quos inter Ripalda, hic, d. 23.

Tot. 36. Assertum. Dei fidelitas, et ejus promissio non sunt objectum formale necessarium spei theologicae, movens ad fiduciam consequendi. Probatur: nam inprimis ad spem generice sumptam nulla prerequiritur promissio illius, à quo venire debet beneficium. Siquidem aegrotus à Medico

et medicinis spectat sanitatem, quin sit necessarium, quod Medicus promittat se daturum sanitatem medicamentorum auxilio. Sic pauper sperat eleemosynam à divite pio, quin iste promiserit, quod illam petenti dabit. Rursus: nec ad spem theologicam requiritur Dei promissio: neque ~~inde~~ enim habemus promissionem de hoc, quod in gratia simus decessuri; et hoc est, quod à Deo Omnipotente, misericorde, et ad benefaciendum proclivi, maximè speramus. Ergo Dei fidelitas, et ejus promissio non sunt objectum formale necessarium spei theologicæ. Occurris: Deus promisit decessum in gratia orantibus, sicut oportet, ~~et ideo~~, ~~qui~~ quia probabiliter possumus judicare, quod sic oramus: possumus inniti divinæ promissioni sperare illud donum. Contra: nam instauratur argumentum: neque ~~inde~~ enim Deus nobis promisit spiritum orandi, sicut oportet; alioqui esset nobis absolutè promissum omne aliud bonum. Atqui à Deo speramus

D.2., C.1.

ipsum spiritum orandi prout oportet: ergo.

306 37. Confirmatur ratione

a priori: nam ad spem theologicam sufficit probabile judicium de eo, quod Deus dabit nobis convenientia, et necessaria pro sua misericordia, et liberalitate, maxime si illa petamus; sed istud judicium probabile stare potest absque illa promissione Dei: sicut simile judicium potest stare in paupere petente, et sperante eleemosy[nam] à divite, sine hujus promissione: ergo.

Urgetur: quod non requiritur, ut Deus benefaciat, non requiritur, ut à Deo beneficia speremus; sed ut Deus nobis benefaciat non requiritur, quod prius promittat: cum sit liberrimus ad danda, quae non promisserit: ergo.

307. 38. Oppones 1°:

Dei authoritas, non addita revelatione, non sufficit ut nos moveat ad assensum, potius quam ad dissensum objecti; vel ad assensum potius hujus objecti, quam illius: ergo

Omnipotentia auxilians, non addita promissione, non sufficit ad sperandum, potius quam non sperandum; vel ad sperandum hoc potius, quam illud bonum. Oppones 2º: Sicut stantibus Omnipotentia, misericordia, et liberalitate, non concedit Deus de facto singulis hominibus omnia, quae ipsis promisit, quia ipsi non purificabant conditionem sub qua Deus promisit; stantibus iis perfectionibus poterat Deus omnia negare, si illa non promisisset: Ergo ejusmodi perfectiones Dei, praecisa promissione, non sunt motivum sufficiens ad spem theologicam; hoc est, indeclinabilem, certam, atque firmissimam.

38. Ad 1.um 508.

concesso antecedente, nego consequentiam. Disparitas est: nam, ut aliquid fide credamus, necesse omnino est, quod authoritati divinae addatur revelatio, sive per modum objecti formalis, sive per modum applicationis; neque ~~enim~~ enim aliter apparere potest authoritas connexa cum veritate objecti revelati: intellectus autem non potest assentiri uni objecto ex vi alterius, nisi hujus cum illo appareat quoad

veritatem conexio. E contrario: semota omni promissione Dei, manet adhuc sufficiens fundamentum ad sperandum à Deo bona nobis convenientia; nimirum ipsius misericordia, liberalitas, et ad benefaciendum proclivitas: hæ namque perfectiones, sicut sufficiunt, ut Deus nobis benefaciat, ita et, ut nos à Deo beneficia speremus.

Sol. 39. Ad 2.um, concesso antecedente, nego consequentiam. Ratio: nam sicut stantibus perfectionibus inclinantibus Deum ad promittendum, potuit non promittere, et tamen liberrimè promisit; Sic stantibus iisdem perfectionibus inclinantibus Deum ad danda bona non promissa, potest illa non dare, et tamen multa absque promissione benignissimè largitur: ut auxilia efficacia, et gratiam orandi prout oportet; quæ sit infallibiliter conjuncta cum assecutione doni. Igitur scio, quod bonus, et liberalis Deus, etiam cum haud obligatus est ad benefaciendum, benefacit; et possum constitutus inter spem, et metum judicare probabiliter, quod istæ sunt circumstantiæ, in quibus Deus liberaliter omninò benefaciet mihi.

P. 2, C. 1. — in fine objectionis, 321 10.

Quod additur, spem theologicam esse indeclinabilem, certam, atque firmissimam, accipiendum est juxta explicationem datam n. [illegible] Est indeclinabilis: quatenus prout versatur circa bona quae promissa sunt, conectitur cum ipsis ea ratione, quia promissa sunt. Est certa: tum propter ejusmodi conexionem; tum quia admittendo laudabilem timorem, excludit anxietatem, et animum erigit ad ponenda media, sique ponenda sunt, ad assecutionem boni. Est firmissima: quia prudentissimis motivis expectat bonum obtinendum, atque hanc prudenter speratam futuritionem proponit omnibus alijs bonis incompossibilibus, quibus secundum rectam rationem anteponi debet. Hae omnes qualitates stant cum eo, quod bona non promissa possimus sperare; et cum eo, quod speremus media efficacia non promissa, ~~ut~~ ut adimpleamus conditionem, sub qua Deus beatitudinem nobis promisit: ergo &c.

Sectio 4.a

Spei objectum materiale proponitur

D. 2. C. 1. –

St.o

4.

Hæc ut certa supponuntur. 1: Deus ipse, ejusque beatifica possessio, sunt obiectum materiale primarium, et non purè tale, spei theologicæ. Constat: nam sunt bonum, quod nobis concupiscimus; et sunt summum ipsum bonum, quod propter se, tamquam ultimum finem, desideramus. 2: bona, quæ integrant, et complent, beatitudinem × materiale spei theologicæ. Ratio: nam speramus nostram beatitudinem: hæc autem est status bonorum omnium aggregatione perfectus, et cui nihil deest, quod pertineat ad bonum desiderium. 3: quæ necessaria sunt, et conducunt ad consequendum ultimum finem, ut sunt merita, et dona supernaturalia, atque dona etiam naturalia, et temporalia beneficia, sunt objectum materiale spei theologicæ. Constat: nam ista omnia nobis concupiscimus, atque desideramus ex fine, et ex motivo formali spei theologicæ. His suppositis,

× sunt objectum

St.

Q. 1. Quæritur 1: an sit actus spei theologicæ, quo desideramus fiducialiter obtinere à Deo aliquod bonum absque relatione

ne

ad ultimum finem? Respondendum est affirmative. Ratio: nam ejusmodi actus est honestus: per illum siquidem homo afficitur bene erga Deum, ut bonum ipsi speranti per misericordiam, et liberalitatem; istudque fiduciale desiderium est quedam virtualis protestatio Dei, ut authoris boni desiderati; ac proinde est quedam honoratio Dei. Rursus: ejusmodi actus est theologicus: non quidem secundum formalitatem desiderij; sed secundum formalitatem fiducie; hec ~~nam~~ formalitas habet promotivo Deum, ut auxiliantem. Ergo ille actus, quo desideramus, fiducialiter obtinere a Deo aliquod bonum absque relatione ad ultimum finem, est actus virtutis theologice. Non alius, nisi Spei theologice; ut est certum: ergo. — Nota: ejusmodi actus licet non ordinet positive bonum desideratum ad ultimum finem, non tamen positive excludit talem ordinationem; et sic est honestus:

" ideo cum Ecclesia Deum oramus, ut sic transea-
" mus per bona temporalia, quod non amittamus
eterna. 512

Q2. Dices: Quando a Deo speramus bonum

namque

temporale indifferens, ut est corporis sanitas, talis
Spes non est honesta: ergo ut actus sit Spei theologicæ,
requiritur, quod moveatur ex honestate objecti-
va boni desiderati pertinente ad Spem; hæc autem
honestas stat in ultimo fine, et in ~~[illegible]~~ relatione medio-
rum ad ipsius obtentionem. Confirmatur: nam
Virtutes specificantur à finibus; sed absque rela-
tione ad Deum ultimum finem non stat finis Spei
theologicæ: ergo. — Nego antecedens: quod ~~[illegible]~~ enim bo-
num desideratum sit indifferens, non est, quod sit
indifferens, sperare illud à Deo: cum in hoc ipso
homo benè afficiatur erga Deum, et ipsum hono-
ratione prosequatur. Sic res accepta ad Deum
colendum, ut incensi crematio, est indifferens; et
tamen non est indifferens illam usurpare ad co-
lendum Deum. Ad confirmationem dicito:
virtutes specificantur à finibus; hoc est, à motivis:
Motivum quidem Spei theologicæ, quatenus est fi-
ducia, Deus auxilians est; et istud potest esse moti-
vum actus, quo à Deo speramus bonum absque

relatione ad ultimum finem. Si dicas, esse vitio-
sum actum, qui in eo quod ~~intendit~~ non respicit
finem honestum; Occurram sic. 1º: saltem
per accidens est possibilis actus indifferens in indi
viduo; et sic actus ille spei, qui non contrahit
honestatem ex fine intento, poterit habere ho-
nestatem ex motivo, cui innititur, quatenus ~~est~~ est
fiducia. 2º: requiritur quidem finis honestus;
sed non finis spei, quatenus est desiderium: qua
propter ex fine misericordiæ, justitiæ, et aliarum
virtutum, possumus à Deo sperare bona: et ista
fiducia, quâ talis, erit actus spei theologicæ.
~~[illegible]~~ ~~113~~
23. Quæritur 2º:
an sit spei theologicæ actus, quo alteri fiducia-
liter desideramus supernam beatitudinem.
Respondendum est affirmative. Ratio: nam
ille actus, quatenus est fiducia, habet objectum
formale spei theologicæ: movetur namque ex Deo
auxiliante. Rursus: ejusmodi actus, quatenus
est desiderium, habet objectum formale spei

D.2., C.V.

theologicæ. Probatur hoc: desideramus alteri Deum, et Dei possessionem ut ultimum finem, qui non ut medium, et propter alium finem quem debeat causare. Sed Deus ut ultimus finis, qui est objectum formale spei theologicæ: ergo actus, quo alteri desideramus supernam beatitudinem, habet objectum formale spei theologicæ. Ratio minoris: nam Deus ut ultimus finis, qui secundum bonitatem respectivam ad creaturam rationalem, est objectum formale virtutis theologicæ; non fidei, non charitatis, ut negari nequit: ergo est objectum formale theologicæ spei. Quod autem actus, de quo agimus, sit benevolentiæ, et charitatis ad alterum, quatenus est amor personæ, non obest, quominus sit spei, quatenus est amor boni desiderati; quia iisdem rationibus suadetur, quibus stabilitum est supra, personam sperantem esse objectum formale spei. Recole dicta à ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ num. 19. ad 27.

11. ~~11~~ " Oppones illud Augustini. "Spes non est " nisi bonarum rerum..... et ad eum pertinentium,

quì earum spem gerere perhibetur. Ex quo infertur, quod alterius beatitudinem non possumus sperare, nisi sit persona nobis specialiter conjuncta, cujus beatitudo ad nostrum commodum pertineat; aut nisi sit nobis prius per charitatem unita, qua ratione amicus dicitur alter ego: ut explicat Angelicus, 2.2., q. 17., a. 3., corp.e 545

25. Dico, Augustinum esse accipiendum de spe, quatenus est medium, quo nobis procuramus salutem: spe namque nostræ salutis movemur ad adimplenda mandata; non autem ex spe salutis alienæ. Ratio hujus expositionis: nam Magnus Doctor, super Psalm. 52., expresse docet:
" ipsorum tantùm desperanda est correctio, contra quos
" (nimirum Dæmones) habemus occultam luctam.
Ergo aliorum omnium possumus sperare correctionem, et similiter iisdem desiderare æternam salutem; quin aliud requiratur, nisi quod sit homo viator: ac proinde non requiritur specialis ulla conjunctio. Ad explicationem D. Thomæ.

dico, illam coniunctionem charitatis sufficere, et requiri, ratione cuius homo viator est meus proximus, et quem ut talem diligo ipso spei actu quo illi concupisco suam beatitudinem.//

546 46. Instas.

Actus, quo alteri desidero Castitatem, non est actus castitatis, sed amicitiæ ad alterum; aliter, denominarer castus per actum illum: ergo actus, quo alteri desidero beatitudinem, non est actus spei, sed amicitiæ. Ratio consequentiæ: quia ratio amicitiæ in hoc stat, ut quis alteri velit bonum, quia bonum illius est; sed alteri desidero beatitudinem, quia illius bonum est: sicut mihi illam desidero, quia meum bonum est: ergo. Confirmatur: si desperem de beatitudine alterius, non amitto habitum Spei: ergo eiusmodi desperatio non est actus contrarius spei: Ergo non est actus spei, quo alteri beatitudinem fiducialiter desidero.//

547 D. Nego antecedens: nam sicut actus, quo mihi desidero Castitatem.

propter hujus bonitatem, et honestatem est actus benevolentiæ propriæ, et simul est castitatis; ita et actus quo alteri desidero castitatem propter idem motivum bonitatis, et honestatis castitatis, est actus hujus Virtutis, et simul est benevolentiæ ad alterum. Nego probationem: nam denominatio Virtutis, non desumitur à quolibet actu, sed ab illo, quo bonitas objectiva Virtutis efficaciter applicatur subjecto; cùm autem hoc, quod est, continenter vivere, in quo stat bonitas objectiva Castitatis, non mihi efficaciter applicetur per actum, quo alteri Castitatem desidero: hinc est, quod per ejusmodi actum non denominor, Castus. Similiter discurrendus est de Justitia, de Pœnitentiâ, et generaliter de reliquis Virtutibus. Nego consequentiam; cujus probatio non urget: conceditur namque, actum, quo alteri volumus bonum, quia illius bonum est, esse amicitiæ, quatenus est amor personæ; negatur, non esse spei, quatenus est desiderium beatitudi

nis

propter convenientiam, quā ex se ipsa, ut finis qui, bona, et conveniens est personæ. Similiter dicimus de desiderio, quo persona sperans desiderat sibi suam beatitudinem; quod quidem desiderium est simul spei, quatenus respicit finem, qui; et propriæ charitatis, quatenus respicit personam. Nota: actus, quo alteri desideramus suam beatitudinem, est amor amicitiæ ergo personam; et est concupiscentiæ relatè ad bonum desideratum. Sic D. Thomas, 1.2., q. 26., à corp.e "ad illud bonum, quod quis vult alteri, habetur amor concupiscentiæ; ad illud autem, cui aliquis vult bonum, habetur amor amicitiæ." Igitur actus, quo alteri desideramus beatitudinem, quatenus hanc respicit, est amor concupiscentiæ; et sub hac formalitate contrahit rationem spei theologicæ.

548. 98. Ad confirmationem concesso antecedente, nego consequentias. Ratio: nam habitus spei non expellitur in vi oppositionis physicæ cum actibus spei ipsi contrariis; sed solum

demeritorie, et ex Dei lege. Statuitur, quod desperatio de alterius beatitudine sit actus oppositus Spei, et quod sit actus Spei, quo alteri fiducialiter desideramus beatitudinem; et quod nihilominus per solam desperationem de propria salute expellatur habitus Spei infusus. Hujus divinæ legis est ista congruitas: nam finis primarius infundendi habitum est, ut unusquisque suam salutem operetur, et procuret; huic autem fini non opponitur desperatio de salute alienâ, sed de salute propria: ergo non fuit congruum, ut desperanti de salute alienâ, et non de propriâ, aufferetur spei habitus infusus. Videatur P. Petrus de Oxea, d. 2., s. 5., per totam. 549

49. Consectarium 1.^um

Quæ honestè desideramus obtinere à Deo, quamvis illorum obtentionem ad assecutionem ultimi finis non referamus, sunt objectum materiale Spei theologicæ, quatenùs hæc est fiducia. Constat ex resolutione quæstionis 1.æ Consectarium 2.^um

D.2., O.V.

Aeterna beatitudo est objectum materiale Spei theologicae, et prout haec est concupiscentiae amor, et prout est fiducia consequendi. Constat ex resolutione quaestionis 2ae

Caput 2um

De cognitione, quae ad sperandum requiritur

Sectio 1a

De certitudine consequendi bonum

§2o
N.V.

Quaeritur: an de ratione objecti Spei sit, quod apprehendatur ut probabiliter tantum futurum et possidendum; an vero possit sperari, quamvis apprehendatur ~~Dei revelatione constare alicui~~ ut certo, et infallibiliter futurum, et obtinendum. Sit casus, in quo ex speciali Dei revelatione constet alicui, se esse praedestinatum; quam certitudinem habuisse B. Virginem, dubitandum non est: et similiter, Sanctas animas, quae in Purgatorio detinentur, certissimas esse de sua beatitudine futura.

Supponitur.

In questione, sub certitudine de futuritione boni non posse esse spem, docent aliqui, quibuscum Arriaga; sed oppositum tenent plures, quos inter Hurtadus, Ripalda, et Oxea d. 1. s. 2. s. 21

2. Conclusio. Obiectum potest sperari, quamvis apprehendatur, ut certò, et infallibiliter futurum, ac possidendum: quapropter ad actum spei non requiritur cognitio tantùm probabilis de boni futuritione, ac possessione. Probatur: nam spes dicit desiderium boni, et consequendi fiduciam: ex quâ oritur alacritas, et lætitia; sed nec desiderio, nec fiduciæ obest certitudo consequendi bonum: ergo hæc certitudo non obest spei: ergo bonum potest sperari, quamvis apprehendatur ut certò, et infallibiliter futurum. Probatur minor quoad fiduciam: nam eiusmodi fiducia crescit, quo magis excluditur diffidentia; per certitudinem autem consequendi bonum excluditur totaliter diffidentia: ac proinde ista certitudo non obest fiduciæ, sed ipsam perficit. Probatur eadem

vio, consequendi itaque

D. 2., C. 2. –

minor quoad desiderium: nam ex apprehensione boni statim in nobis excitatur desiderium; quod si advertamus, bonum esse inassequibile, conamur desiderium cohibere. At si appareat, bonum esse consequibile, tanto fortius, et intensius, quanto certiores sumus de assecutione, illud desideramus; et per oppositum, quanto minor est certitudo consequendi, tanto magis desideramus; et per oppositum, quanto minor est certitudo consequendi, tanto magis retrahimur à desiderio: et est opus, ut data opera, atque studio nos excitemus ad fortiter, et intense desiderandum. Cùm demum bonum est ingens, et adest certitudo de illius assecutione, tunc nihil est, quod animum à desiderio forti, et intenso retardet, et sic animæ purgantes vehementissimè desiderant beatitudinem, de quâ sunt certissimæ; et animæ beatæ desiderant intensissimè æternitatem beatitudinis, de qua sunt securissimæ.

522. 3. Accedit ille Symboli articulus: " Expecto resurrectionem mortuorum; de quâ fidei infallibilem

certitudinem habemus: spes autem cum expec-
tatione boni reciprocatur, et spes theologica de-
finitur, certa expectatio futurae beatitudinis:
ex Magistro, in 3., dist. 26. In eo Symboli
articulo verbum, Expecto, non ponitur pro
verbo, Credo; sed accipitur pro suo stricto signi-
ficato: nempe pro spe directa per fidem.//

4. Opponitur 1°: 323

Si spes non obesset certitudo de futuritione boni,
in Deo erit spes [illegible]; consequens est absurdum: stricta
ergo. 2°: non potest dari spes de bono cujus jam
inevitabilem causam habemus: docet An-
gelicus 1.2., q. 67., a. 4., ad 3um; posset autem esse
spes de ejusmodi bono, si spei non obesset certi-
tudo de futuritione: ergo. 3°: sicut se habet ti-
mor ad malum, ita spes ad bonum; sed de malo,
~~quid~~ certo venturum apprehenditur, non potest quod
esse timor, sed ~~tristitia~~ tristitia: ergo de bono, de cujus
futuritione est certitudo, non potest esse spes,
sed gaudium. Minor est doctrina expressa Aris-
totelis, l. 2. Rhetor., c. 5. et illi insistens//

D. T., C. 2. Angelicus nuper citatus, in resp. ad 1um, docet, quod in damnatis sit successio poenarum, et earum futuritionem illi aspiciant; nihilominus in ipsis non est proprie timor, quia nulla est evadendi spes.

521 §. Ad Vum:

Deo tribuitur spes late tali, juxta illud: spectat Dominus ut misereatur vestri; et juxta illud: expectavi, ut faceret uvas, fecit autem labruscas; quae accipiuntur de sincerissima beneplaciti voluntate, qua Deus vult nostra ~~merita~~ ~~[illegible]~~ nostramque salutem. In Deo non esse spem strictam, supponitur: nam bona, per quae Deus est beatus, et feliciter se habens, sunt ipsius essentia, et intrinsecae perfectiones; et circa haec bona Deus non potest habere spem; cum ipsis futuritio repugnat. Bona extrinseca, ~~[illegible]~~ quae Deo a creaturis tribuuntur, ut sunt laus, et obsequium, sunt quidam futura, ~~[illegible]~~ et Deus vult illorum acquisitionem; sed quoniam ista non constituunt Deum beatum, ac felicem, ideo non potest dici, quod Deus illorum spem habeat. Nec voluntas, qua Deus amat

creaturis æternam salutem, est spes: quia ad spem propriè dictam requiritur, quod sit de bono cujus non assecutio apta de se sit causare molestiam, dolorem, aut tristitiam desideranti: Sed sic Deus nobis desiderat nostram salutem, aliaque bona, ut illorum non assecutio apta de se non sit, Deo causare molestiam, dolorem, aut tristitiam: Ergo non est spei actus, quo nobis Deus desiderat nostram salutem, aliaque bona. Ex dictis negandà est major argumenti: requiritur ~~enim~~ in Deo non est spes, quia nequit habere incertitudinem de futuritione, et hæc incertitudo ad spem requiratur; sed quia nullum est bonum, cujus non assecutio possit Deo tristitiam causare. enim

6. Ad 2.um Angelicus ibi accipit spem in vulgari usurpatione; seu rectius loquitur de spe in specie determinata: nempe de spe formidolosa. Hinc stare potest spes boni, cujus jam inevitabilis causa habetur: idque probatur ex eodem Angelico, hic q. 18., a. 3., corp.e docet ~~enim~~, quod in viatoribus enim

" sive sint in vita ista, sive in purgatorio potest
" ipsa spes; quia utrobique apprehendunt beatitu-
" dinem, ut bonum possibile futurum. Sed in
animabus purgatorij est inevitabilis causa bea-
titudinis; decessus namque in gratia methaphi-
sicè connectitur cum futura beatitudine: ergo
cum D. Angelicus docet, non esse spem de bono,
cujus causa inevitabilis jam habetur, docet
id de spe regulariter sumpta, seu de spe in deter-
minata specie.

526 — 7. Ad 3^um, concessa majore, nego mi-
norem: nam in Christo Domino fuit verus
timor mortis, de quâ erat infallibiliter certus,
ut docent communiter Patres; et si pauci aliqui
dicant, Christum timuisse, non suam mortem
× quorum. sed mala Judeorum, et Jude, de quibus malis
× tam certus erat, quàm de suâ morte. Videatur
113. Hurtado, hic disp. ×, à n. 30. Ratio hujus
doctrine: nam timor nihil aliud est, quàm desi-
derium ne malum eveniat, et tristitia de malo,
ut eventuro; nihil horum impediebat per

certitudinem de eo, quod malum eveniat: ergo per hanc certitudinem non impeditur timor. Ad probationem ex Aristotele dicendum, de illa in re praesenti non esse curandum, cum sit manifeste contra Scripturam, et Patres. Ad probationem ex Angelico constat ex immediate dictis: cum ~~vero~~ enim in animabus purgatorij admittat spem sine timore non assequendi, non potest requirere ad timorem spem evadendi. Mens equidem D. Thomę ita in hoc puncto est obscura, ut non conijciatur, quid absolutè senserit; non tamen sic est explicandus, ut dicatur, recessisse à Patribus, nè desereret Aristotelem. Pro Patribus audiatur D. Augustinus, de verbis Domini, serm. 32., c. 1; ubi de judicatis à Deo concludit: "erunt tunc securi, qui modo non sunt "securi; tunc timebunt, qui modo timere nolunt. Atqui tunc nulla erit evadendi spes in ijs, circa quos ęternae damnationis sententia à Deo feretur: ergo.

D. 2., C. 2.

Sectio 2.a

De certitudine non consequendi bonum.

597 Praemissum 1.um De lege ordinaria, Deus non potest
8. hominem viatorem revelare suam aeternam damnatio-
nem. Est communis Theologorum sensus. Ratio:
nam Deus vi praesentis providentiae vult, quod homo
x premij viator posset spe x seipsum excitare ad omnem
virtutis actum, quandiu potest illum exercere.
Constat ex promissionibus generalibus de aeterna
mercede bonis operibus conferenda; de quibus A-
" postolus, 1. Corinth. c. 15: stabiles estote, et immo-
" biles: abundantes in omni opere Domini semper,
" scientes quod labor vester non est inanis in Deo.
Atqui is, cui facta esset revelatio de sua
damnatione non posset deinceps se excitare
spe premij in iis deliberationibus circa vir-
tutum exercitium, ad quas revelatio
illa se haberet antecedenter: ergo de lege

ordinaria, Deus non potest homini viatori suam æternam damnationem revelare. Hinc revelatio facta Judæ de sua damnatione, Matth. 26, non fuit absolutè assertoria, sed comminatoria: revelatio autem absolutè assertoria de ejusdem perditione, Joann. 17, non fuit ipsi Judæ facta, sed alijs Apostolis. Revelata absolutè est Anti Christi æterna damnatio; sed iste illam non credet: aut ipsi non constabit, se esse Antichristum. 528

9. Præmissum 2.um De potentia absoluta, Deus homini viatori suam æternam damnationem potest revelare. Sic plerique Theologorum, quos sequitur Oviedo, d. 5., sect. 2., contra paucos, quibus consentit Esparza, q. 35. Probatur: nam quod Deus possit homini suam damnationem revelare, constare debet, maximè si revelatio fiat in pœnam peccati jam commissi: tunc enim revelatio ejusmodi absolutè non esset contra bonitatem, justitiam, aut misericordiam Dei.

D. 2., C. 2.

Deinde abest quod ejusmodi revelatio esset quaedam occasio peccandi: neque enim esset occasio, quam Deus teneretur impedire; unde peccatum ex hominis arbitrio subsecutum, nulla ratione esset Deo voluntarium. Quod autem revelatio illa componatur cum statu viae, probatur: quia facta illa revelatione, adhuc potest homo non peccare, ac proinde non damnari; sed quamdiu homo potest peccatum vitare, et damnationem effugere tamdiu permanet in statu viae: ergo. Supponitur minor, et probatur major: non magis opponitur libertati revelatio illa, quam Dei praescientia de hominis damnatione: illa enim revelatio est solum manifestatio divinae praescientiae. Sed haec praescientia componitur cum eo, quod homo possit non peccare, et sic damnationem vitare: quandoquidem divina praescientia non imponit necessitatem antecedentem: ergo.

599 8vo. Quaeritur: an sub revelatione

damnationis aeternae, cognita, acceptata, et credita ut facta à Deo, posset stare spes salutis?
Hanc quaestionem omitti posse absque praejudicio theologiae, meritò censuit Rainoldus et tamen magno calore de illa agunt theologi divisi in multas sententias: ~~has videre per extensum apud Alexium disp. 4, sect. 4~~ Notandum: revelatio damnationis supponeret peccatum absolutè futurum, propter quod damnatio incurrenda foret. Duobus modis excogitatur ista revelatio. 1°: Si propter peccatum aliud distinctum ab omissione spei, vel à positiva desperatione damnationem incurrendam esse, revelentur. 2°: si revelatio sit de damnatione absolutè futura propter peccaminosam spei omissionem, aut propter peccatum desperationis positivae.

11. Assertum 1um. Sub revelatione damnationis aeternae, cognita, acceptata

et credita, ut facta à Deo, non posset stare spes æternæ salutis: si nimirum firma persuasio damnationis sit antecedens, seu in signo apto ad retrahendum a spe salutis. Sic communior sententia apud Oviedum, hic, controvers. 6., punct. 2., n. 39. Explicatur. Revelatio æternæ damnationis propter peccata est determinativè posterior ijs peccatis, propter quæ incurrenda supponitur damnatio; sed tamen potest esse antecedens ad alios voluntatis affectus: movendo nempè ad alios, et ab alijs retrahendo. Ratio: quia humanitus impossibile est, ut voluntas non afficiatur variè, pro diversitate cognitionum lætarum, aut tristium, quibus tangitur: quapropter tristissima persuasio de futura damnatione non posset non afficere voluntatem in suis deliberationibus; influendo in alios actus per modum motivi retrahentis. Adest exemplum: nam revelatio de passione Redemptori facta in ipso conceptionis istanti ~~[illegible]~~ x antecedenter

x habuit se

x allicienti; et excludendo alios per modum motivi

ad varios actus liberos, quos Christus Dominus tota vita exercuit, ex certa passionis subeundae cognitione: ergo similiter in re nostra. 531 Rogas:

12\. quo pacto firma persuasio damnationis esse antecedens ~~sive~~ in signo apto ad retrahendum ab spe? Dicendum: esse antecedens quoties non presupponat libertatem ad spem, et exercitium ejusmodi libertatis; sive sit in bonam partem per spei actum, sive in malam, per spei omissionem, aut per desperationem positivam. 532 Jam vero

13\. probatur assertum. Praevium judicium firmum de certa non futuritione boni excludit essentialiter spem; sed in casu, in quo firma damnationis persuasio sit ~~antecedens~~ et in signo apto ad retrahendum ab spe, esset praevium judicium firmum de certa non futuritione aeternae salutis: ergo in eo casu excluderetur essentialiter spes: ergo sub revelatione damnationis aeternae, etc.

sive

antecedens,

D.2, C.2.—

Probatur major 1.° ex D. Augustino, l. de

" Genes. ad litt., c. docet ibi, neque Angelum

" neque Adamum praescivisse suum lapsum, quia

" aliter non potuissent perseverantiam sperare.

Iterum, lib. 21. de Civitat. cap. 24, docet, quod si

Ecclesia esset certa, quinam essent reprobi,

" tam pro ijs non oraret, quam non orat pro

" Diabolo; quod accipitur de oratione fiduciali

cui adjuncta est consequendi spes. Probatur 2.°

eadem major à ratione: nam spes est efficax vo-

luntatis conatus ad consequendum bonum; et prae-

vium judicium firmum de certa non futuri-

tione aeternae salutis excludit essentialiter

efficacem voluntatis conatum consequendi istud

bonum: ergo.

132 19. Minor discursus facti suadetur:

nam sicut voluntas non potest ferri efficaciter

in objectum impossibile; ita nec in consecutionem

boni, quod certo praescitur, non esse futurum: et

quid ~~deinde~~ deinceps prodest, quod bonum esse antecedenter

possibile cognoscatur, si cognoscatur certò, quod

est impossibile consequenter. Rursus: volunctas aplicandi media ex intentione consequendi finem, qui certo cognoscitur non futurum, esse irrationalis, et essentialiter extrinsecanea; haberet enim istam tendentiam formalem, aut virtualem: operor, ut consequar, quod non esse consequendum certissime scio. Denum: possibilitas boni in tantum estimatur, in quantum presumitur, quod ad actum sit reducenda; et ideo non possimus rationabiliter intendere multa bona, quae sunt nobis possibilia, sed de quibus non possumus presumere, quod evenient: ut sunt unio hypostatica, omniscientia, et similia alia. Confirmantur dicta: nam spes imbibit, quietem, et quamdam securitatem, quae recte explicatur per gaudium de futuritione boni: ut est communis sensus ex D. Augustino, et D. Angelico adductis, num. Sed sub previo firmo

esse

3., capit. 1.

D.T., C.R.

judicio de non futuritione æternæ salutis, impossibile est, quod subsequatur ulla quies, et consequenter securitas, gaudiumque de futuritione ergo.

332 Assertum 2.dus Sub revelatione æternæ damnationis, cognita, acceptata, et credita, ut facta à

15. Deo, posset stare spes salutis æternæ: si videlicet firma damnationis persuasio sit consequens, et non in signo apto ad retrahendum ab spe salutis. Sic contra communiorem sententiam docent ex Thomistis Victoria, et ex Nostratibus Vazquius, quos non pauci secuntur, apud Platell, hîc, cap. 3. §. 2. num. 353. Explicatur. Sit homo constitutus sub libertate ad sperandum: necessum, quod eliciat aut actum spei, aut hujus omissionem, aut desperationem positivam, aut hujus etiam omissionem. Supponatur, illum hominem esse damnandum: aut propter peccatum ex exercitium

illius libertatis, qua tunc gaudet; aut propter peccatum aliud jam commissum, aut postea committendum. Dicimus: quod in eodem instanti reali, et pro signo posteriore potest Deus illi revelare suam damnationem; et sic poterit conjungi cum firma damnationis persuasione, tum libertas ad sperandum, tum ipsa spes salutis. Istiusmodi revelatio, cui in sua tendentia corresponderet damnationis persuasio, sic posset procedere: quia modo desperas, damnaberis; aut sic: quamvis modo speras, damnaberis; aut simpliciter sic: damnaberis.

16\. Rogas: an notitia certa de damnatione, prior duratione, possit esse natura posterior, et in signo non apto ad retrahendum ab spe. Dicendum: certitudo damnationis, prior duratione, potest esse natura posterior libertate ad spem. Ratio: nam revelatio potest esse de damnatione incurrenda propter futuram mox spei peccaminosam omissionem, aut desperationem

D. L., C. Q.

positivam; et sic erit certitudo de damnatione prior duratione, et natura posterior libertate ad spem: erit enim determinative posterior omissione spei, aut desperatione; ac proinde erit posterior libertate ad spem: ergo certitudo de damnatione potest esse duratione prior, et natura posterior libertate ad spem. Adest exemplum: nam in Christo Domino fuit prescientia suorum actuum futurorum, secundum substantiam, et secundum modum libertatis; ejusmodi prescientia fuit duratione prior, et natura posterior libertate ad illos actus: ergo similiter in re nostra.

~~586~~ 17. Suadetur jam assertum. Firma damnationis persuasio, quæ sit consequens ad libitum, et exercitium voluntatis ad sperandum, vel non sperandum, aut desperandum, nequit immutare modum operandi in ordine ad ejusmodi actus: ergo intactam relinquit libertatem ad ipsos non minus, ac si in posteriori non esset illa persuasio.

Discursus est bonus; et ostenditur iis omnibus argumentis, quibus probatur, Christi praescientiam de suis actibus non obfuisse illorum libertati: et quibus ostenditur, citra praejudicium divinae libertatis, in Deo esse scientiam mediam de suis decretis: de quo fusè disserui in tract. de Deo Sciente.
Rursus: ista persuasio, quae sit consequens ad libertatem, et exercitium voluntatis, potest etiam conjungi cum spei actu; quia nulla implicatio est in hypotesi facta: quod nimirum voluntas determinet suam libertatem per actum spei; et quod Deus in eodem instanti reali illi revelet suam damnationem, aut illi scientiam de damnatione infundat: sicut in eodem instanti reali potest Deus homini speranti revelare actum spei elicitum, et carentiam desperationis.
Sed eo modo cum actu spei elicito pro priori conjungeretur firma damnationis persuasio pro posteriori: ergo sub revelatione aeternae damnationis, &c.

D.2, C.7.-

537.

18. Confirmatur, et explicatur probatio facta: nam sicut ad spem requiritur boni futuritio, sic ad desiderium requiritur absentia boni; et sicut ad spem requiritur, quod non preluceat certitudo de non futuritione boni, sic ad desiderium requiritur, quod non preluceat cognitio de presenti boni possessione. Atqui libertas ad desiderium, ipseque desiderandi actus, componitur cum cognitione de boni possessione; que cognitio sit consequens, et non in signo apto ad retrahendum à desiderio: ergo libertas ad spem, et ipse sperandi actus potest componi cum certitudine de non futuritione boni; que certitudo sit consequens, et non in signo apto ad retrahendum à spe. Consequentia bona est à paritate; major constat; et minor suadetur: nam bonum, dum non cognoscitur presens, potest excitare eosdem affectus, quos potest excitare absens: ergo in illo priori, in quo non cognoscitur presens, potest excitare desiderium: ergo hoc

Excitatum potest coexistere cum cognitione de possessione boni; quae cognitio in posteriori superveniat.

538

19. Consectarium. Sub revelatione aeternae salutis cognitâ, acceptata, et credita ut facta à Deo, non potest stare timor damnationis aeternae: si nimirum firma salutis persuasio sit antecedens, et in signo apto ad retrahendum à timore damnationis: secus, si in posteriore signo superveniat. Constat: quia sicut se habet spes ad bonum, ita timor ad malum: ut est communis sensus; et traditur à D. Thomâ, citato nostrô n. [illegible] Similiter discurrendum de praepositione peccandi; quod omnino stare non potest cum praevia firma persuasione de peccato futuro: potest tamen stare cum ejusmodi persuasione, quae sit consequens, et non in signo apto ad trahendum. X. SS

539
X. SS.
Sectio 3a.
Argumenta solvuntur.

20. Arguitur 1o contra 1m assertum. Quando adeptio boni posita est in libera potestate hominis, potest illam sperare, quamvis certo et

Q. hoc cap.e

D.R., C.R. —

et infallibiliter sciat, illam non esse futuram. Atqui homo, qui antecedenter esset persuasus de sua damnatione propter peccatum (quodcumque illud sit, dummodo revelatio de damnatione ipsius relinquat in statu viæ, ut supponitur) haberet positam ~~tamen~~ in sua potestate æternæ salutis adeptionem: ergo. Probatur major: nam respectu illius hominis æterna salus non consideratur ut bonum mere possibile; quo pacto ~~tamen~~ posset

a Solum ×

terminare simplicem complacentiam. Rursus: nec consideratur ut bonum absens, et inassequibile; qua ratione ~~tamen~~ posset terminare desiderium inefficax, sive ~~...~~ Superest, ut consideretur tanquam bonum adeptu possibile hic, et nunc; et de facto adipiscendum, si homo tale quid faciat, quod est in sua libera potestate. Sed sic bonum æternæ salutis potest terminare actum Spei: ergo. Confirmatur: ubi non est spes consequendi bonum, adeptio boni non est possibilis: sine spe ~~...~~ eorum consequendi nequit voluntas conari

solum ×
× velleitatum.

ad faciendum id, quod, necessarium est ad bonum obtinendum. Atqui: sub persuasione antecedente futurae damnationis est homini possibilis adeptio salutis: ergo.

21. Respondetur, negando absolute majorem: nam quamvis adeptio boni sit posita in libertate hominis; si adeptio cognoscitur certo ut impossibilis impossibilitate consequente, perinde se habet ad spem, ac si esset ~~antecedenter~~ antecedenter impossibilis, aut si non esset in libera potestate hominis: ut ab authoritate, et a ratione probatum est supra. Ad probationem, concessa majore, nego minorem: bonum ~~tantae~~ genitum aeternae salutis adeptu possibile, et conditionatè obtinendum, si homo faciat, quod libere potest facere, ~~non~~ solum potest terminare in efficax desiderium, dum praecognoscitur certissime non obtinendum. Ad confirmationem, distinguo majorem: ubi non est spes consequendi bonum, adeptio boni non est possibilis, saltem consequenter, concedo; non est possibilis,

a

determinatè antecedenter, nego majorem. Distinguo adjunctam probationem: sine spe consequendi nequit voluntas conari ad faciendum id, quod necessarium est ad bonum obtinendum, ex intentione illud obtinendi, concedo; ex alia intentione, ut est ex motivo obedientiæ, charitatis, et aliarum virtutum, nego probationem. Distinguo minorem: sub persuasione antecedente futuræ damnationis est homini possibilis antecedenter adeptio salutis, concedo; est possibilis consequenter, nego minorem et consequentiam. Igitur in hypotesi, de qua agimus, esset absolutè, et simpliciter potentia ad consequendam beatitudinem: esset etiam libertas ad media, quæ tunc essent necessaria, quæ essent obedientiæ, charitatis, et aliarum virtutum actus: quarum objectis non opponeretur antecedens illa damnationis persuasio. At in eadem hypotesi tolleretur spei objectum: quapropter neque ~~tunc~~ in ea hypotesi spei actus esset medium simpliciter necessarium ad salutem;

neque voluntas posset ex intentione obtinendi salutem conari ad applicanda media alia necessaria. Sed instando,

22\. Arguitur 2°. Praevia certitudine damnationis, homo potest consequi salutem, si velit: ergo potest velle efficaciter salutem: ergo potest illam sperare. Confirmatur 1°. qui potest libere aliquid facere, potest etiam velle efficaciter, illud facere: ergo qui potest libere consequi salutem; potest illam efficaciter velle, atque sperare; sed sub praevia certitudine futurae damnationis, homo posset libere consequi salutem: ergo. Confirmatur 2°: revelatio damnationis, et hujus certitudo magis opponitur consecutioni beatitudinis, quam hujus efficaci intentioni, atque spei; sed non excludunt liberam potestatem consequendi beatitudinem: neque liberam potestatem efficaciter intendendi, atque sperandi consecutionem beatitudinis. Urgetur: praelucente persuasione damnationis, homo posset, et teneretur non desperare: ergo posset sperare.

D. 2., C. 2.
542
23.

Respondetur, concesso antecedente, distinguo 1.ᵘˢ consequens: ergo potest velle efficaciter salutem indirecte, et in medijs necessarijs, concedo; directe, et in se, nego hanc, et 2.ᵃᵐ consequentiam. Per revelationem, ex qua oritur previa damnationis certitudo, non impeditur status viæ; neque impediuntur, aut impossibilitantur actus charitatis, et aliarum virtutum: quarum motiva manerent intacta. At motivum spei per ejusmodi revelationem, et certitudinem esset sublatum. Hinc posset homo salutem velle efficaciter indirecte, et in alio: hoc est, posset efficaciter velle media, quibus obtineri potest beatitudo; non tamen posset ex motivo spei velle hæc media, nec posset efficaciter velle beatitudinem directe, et in se. Quod si supponatur, certitudinem damnationis, ex revelatione subortam, esse prius duratione, et posterius natura, libertate hominis; discurrendum sic est. 1.° si sit pro posteriori ad exercitium libertatis preteritæ nihil prodest ad spem: ut est evidens, si revelatio

damnationis propter peccatum preteritum constituat hominem extra statum viæ. 2º: si sit propposteriori ad exercitium futuræ libertatis, tota antecedente duratione non esset locus spei: nam illa certitudo damnationis, quæ quæ est impedimentum sperandi, esset inimpedibilis per antecedentes libertates. 3º: presente jam illa libertate, a qua certitudo damnationis dependet pro posteriori, posset esse potentia proxima, vel remota ad sperandum. Proxima quidem: si revelatio sit de damnatione futura propter omissionem spei, aut propter desperationem positivam. Remota autem: si revelatio sit de damnatione futura propter aliud peccatum: nam potentia proxima evitandi hoc peccatum, esset potentia ad impediendam illam certitudinem de damnatione; qua impedita, esset potentia ad sperandum. Doctrinam immediate traditam explicabis exemplo prescientiæ, qua Christus Dominus antevidit futura

D. 2., C. 2.

non esse, quæ non fuere ex sua ipsius libera determinatione.

543 21. Ad 1.am Confirmationem, dato antecedente, distinguo consequens: ergo sub prævia certitudine futuræ damnationis, qui potest libere consequi salutem, potestate remota potest illam efficaciter velle, atque sperare, admitto; potest potestate proxima, nego consequentiam: et constat ad reliquum. Sensus est: libertas consequendi salutem est immediata libertas ad media; quæ propter est libertas ad vitandum illud peccatum, à quo pro posteriori determinativè dependet revelatio damnationis, et hujus certitudo: quâ vitata, esset proxima potestas ad efficaciter volendam, et sperandam salutem.

Ad 2.am Confirmationem, nego majorem de efficaci intentione, et spe beatitudinis; qui actus sint pro posteriori ad revelationem damnationis, et hujus certitudinem. Ratio; quia ejusmodi certitudo aufert constitutivum libertatis ad sperandum, et simul aufert objectum spei; quod esse non potest bonum certò non futurum: unde pro posteriori excludit essentialiter

intentionem efficacem, et spem beatitudinis. At illa
certitudo non excludit essentialiter Dei auxilia ad
vitanda peccata, et ad media, quibus obtineri potest
beatitudo: ac proinde non excludit liberam potes-
tatem consequendi beatitudinem. ~~342~~
Ad Urgentiam,
25. distinguo antecedens: praelucente certitudine damna-
tionis, homo posset, et teneretur non desperare, sumpta
desperatione pro absoluta nolitione beatitudinis,
pro voluntate non vitandi peccata, aut pro inor-
dinata diffidentia, quasi per Deum staret damna-
tionis futuritio, concedo; sumpta desperatione
pro exclusione efficacis intentionis consequendi
beatitudinem, et operandi ex hac intentione, nego
antecedens: et consequentiam. Ratio partis
concessae: quia illi enumerati actus essent in-
juriosi Deo, ut bono summe desiderabili, ut prae-
cipienti; et ut auxilianti; Ratio partis negatae: quia illa efficax
intentio aut esset simpliciter impossibilis, aut
non esset prudens. Si v. ejus positiva exclusio

D. T., C. T.

esset necessaria; et consisteret in ipsa certitudine de damnatione futura. Si 2.^us non potest esse inordinata, exclusio illius intentionis, quae non potest concipi, nisi imprudenter.

Sol. Ub. Arguitur 3.º contra 2.^us assertum. Implicat, quod in priori sit spes, aut ad spem libertas, et quod in posteriori sit firma damnationis persuasio; hoc ipso sub revelatione aeternae damnationis cognita, acceptata, et credita ut a Deo facta possit stare spes salutis, quatenus firma damnationis persuasio sit consequens, et non in signo apto ad retrahendum ab spe: ergo. Probatur maior: libertas ad spem constituitur per hoc judicium: probabiliter salvabor; aut: non est certum, quod non salvabor. Sed implicat, quod cum ejusmodi judicio conjungatur pro posteriori firma damnationis persuasio: ergo. Confirmatur: in eo instanti, in quo est illa persuasio, est pro posteriori naturae desperatio, seu positiva exclusio efficacis intentionis consequendi salutem: ergo si pro priori naturae ad illam persuasionem

implicat, quod

sit spes, jam coexistent spes, et desperatio; positiva quae efficax intentio consequendi salutem, et hujusce intentionis positiva exclusio. Implicat eorum actuum coexistentia: ergo. — 26

27. Respondetur, negando majorem. Ad probationem distinguo majorem: libertas ad spem constituitur per hoc judicium: probabiliter salvabor: cum explicita, vel implicita restrictione, concedo; absque omni conditione, et restrictione, nego majorem. Similiter est discurrendum de illo alio judicio: non est certum, quod non salvabor, et distincta eodem modo minore, nego consequentiam. Judicium regulativum spei debet esse prudens: ac proinde non debet esse omnino absolutum, quo quis judicat, probabiliter consecuturum salutem, non obstante quacunque contingente suppositione, quae potest esse in contrarium; istud ~~vide~~ judicium enim falsum esset, et imprudens. Igitur judicium, quod praerequiritur ad spem, habet implicite, aut adjunctam istam restrictionem: probabiliter

D.A., C.R.–

salvabor, quantum est ex parte eorum, quae hic et nunc considerari debent in deliberatione ad spem concipiendam. Ratio: nam praevio isto judicio salus ipsa, et media ad salutem sunt in potestate hominis; et pro voluntate hominis media sunt reducibilia ad actum, et salus ipsa est assequibilis: ergo praevio ejusmodi judicio potest homo efficaciter desiderare salutem; et gaudere de futuritione salutis, quantum est ex parte illorum, quae praecedunt; et hanc futuritionem, sic consideratam, praeferre omnibus bonis incompossibilibus. Atqui non implicat, quod cum judicio illo restricto conjungatur pro posteriore, firma damnationis persuasio: in iis namque intellectus actibus nulla est contradictio, contrarietas: Ergo. × aut

127. 78. Ad confirmationem, nego antecedens: illa quidem firma damnationis persuasio est praedeterminatio ad desperationem, seu omissionem spei; sed non

non est prædeterminatio illius libertatis, quam
in priori exercitam supponit: quapropter
solum necessitat ad ~~desperandum~~ ab spe, non desisten-
in posteriori naturæ, sed in sequenti instanti dum
reali. Non itaque conjunguntur spes et des-
peratio; positiva efficax intentio consequendi
salutem, et hujus intentionis positiva forma-
lis exclusio. Solutio data confirmari posset iis
argumentis, quibus non improbabiliter dicitur,
cum peccato actuali posse conjungi in posteriori
visionem Dei, quæ est prædeterminatio ad Dei
amorem super omnia; non pro illo instanti, pro
quo præsupponit libertatem exercitam per pe-
ccatum: sed pro sequenti instanti. Videri po-
test Oviedo, in 1.2., tract. 1., controvers. 3. punct.
4. Conjungibilitatem visionis cum peccato præ-
supposito ~~rejecimus~~ tract. de beatitudine; sed iis rejeci
argumentis ego, ut ex impossibilitate ejus conjun-
ctionis nil possit esse contra doctrinam solutionis
datæ. Sed instando 528.

23. Arguitur 2.° Oppositum

B. 2, C. 2.

spei, et firmæ persuasionis de damnatione non emollitur per hoc, quod spes sit in priori, et in posteriori sit illa persuasio: ergo non possunt conjungi. Antecedens suadetur: nam aliter posset similiter dici, quod peccatum pro priori, et visio Dei pro posteriori non pugnant, et similiter omnis quarumcunque formarum oppositio posset vinci eodem modo: quod absurdissimum est. Confirmatur: nam cum spe connectitur ista revelatio: quamvis modo speras, damnaberis; et cum desperatione connectitur ista revelatio: damnaberis, quia modo desperas: ergo libertas ad sperandum et desperandum constituitur per carentiam ejusmodi revelationum: ergo male ex iis revelationibus probatur, spem, et libertatem ad sperandum componi cum certitudine damnationis.

3p. Respondetur

enim

negando antecedens: sunt ~~nde~~ formæ, quæ servato quodam prioritatis, et posterioritatis ordine non pugnant; et eo non servato pugnant.

essentialiter. Declaratur exemplis. 1.º effectus
qui essentialiter pendeat ab aliqua causa, ut
cognitio, qua me ipsum cognosco, potest coexistere
suae causae, ita ut causa sit in priori, et effectus in
posteriori; sed non potest illi coexistere inverso
illo ordine. 2.º libertas creata, et Dei praesci-
entia determinativa posterior possunt coexiste-
re; et implicat, quod sit in priori praescientia
Dei, et in posteriori libertas creata. 3.º non
praecognita prohibitione ~~actionis~~, haec potest esse
absque malitia formali, etiamsi in posteriori
naturae superveniat prohibitionis notitia: quae
prodest, ut non continuetur actio; non tamen
possunt esse pro priori cognitio prohibitionis, et
pro posteriori actio expers malitiae formalis.
Discurrimus similiter in re nostra. Ante-
cedentis probatio retorquetur, et infringitur
in exemplis adductis; et directe dicendum est.
Quoties ex mera coexistentia formarum sequitur

D. 2., C. 2. —

contradictio, toties prodest nihil ordo ista, vel illa prioritatis, et posterioritatis. Sic implicitar sunt essentialiter inconjungibiles assensus, et dissensus; amor Dei perfectus, et voluntas peccandi graviter; et multæ aliæ formæ. Id ipsum explicatur exemplo peccati actualis, et visionis Dei. Et ex harum formarum merâ coexistentia sequeretur hæc contradictio: quod nempe Deus hominem ~~inimi~~ inimicabiliter odisset, et simul non sic eum odisset, quoniam illâ ~~[illegible]~~ eadem voluntate, qua illi daret visionem ipsius, eum assumeret ad sui consortium, et ad communicationem bonorum, quæ sunt propria rationara amicis, et filiorum hæreditas.

§ 31 Ad Confirmationem, concesso antecedente, nego consequentiam: nam sicut Dei præscientia esset determinative posterior libertate, et spe, vel desperatione; sic illæ revelationes, quæ hujusmodi præscientiam supponunt.

Atque libertas non constituitur per carentiam illius, quod est determinative posterius libertate, ejusque exercitio: ergo libertas ad sperandum non constituitur per carentiam earum revelationum. Hinc neganda est altera confirmationis consequentia. Adde: etiam non admissis ijs revelationibus, hæc posset stare in posteriori ad exercitium libertatis ad sperandum, quia Deus sic simpliciter revelaret: damnaberis; hæc autem non conectitur essentialiter sive cum spe præhabita, sive cum pravia desperatione: unde adhuc stabit conjugibilitas spei, et libertatis ad sperandum cum certitudine futuræ damnationis.

Sectio 4.a

Concluditur materia præcedentium

§ 54. 32.

Superest, ut tandem explicetur; quænam cognitio de boni futuritione sufficiat ad spei actum. Hæc res est valde dificilis: nam cognitio, quæ ad spem theologicam sufficiat, debet esse supernaturalis; et non facile assignatur cognitio

D. 2., C. 2.—

supernaturalis, quae sufficiat ad spem, quae est gaudium, et securitas quaedam, de absoluta futuritione boni sperati. In hac difficultate placet sententia, quam tradit Oviedus, hic, controv. 4., punct. 3., à n. 24.

552 33. Dicendum 1º est: ad actum spei requiritur cognitio de possibilitate boni, et carentia judicij praeexistentis ante determinationem voluntatis ad spem, aut ad hujus omissionem, quo intellectus judicet absolute, illud bonum non esse futurum; non tamen requiritur carentia judicij de non futuritione boni, quod judicium sit in posteriori ad determinationem voluntatis ad spem, aut ad hujus

2, et 3., omissionem. Constat ex dictis sectionibus praecedentibus per totas. Dicendum est 2º: ad actum spei non requiritur judicium absolutum de futuritione boni, etiam sub conditione spei, et hujus perseverantiae, judicata simul conditionis purificatione. Ratio: quia multi ex reprobis

habuerunt aliquando actum spei theologicæ de salute, quam non sunt consecuti: ergo in istis illud judicium absolutum fuisse falsum, necessum est: ergo si ejusmodi judicium requireretur ad spem, jam hæc supponeret, inter principia ad ipsam requisita per se, judicium falsum. Quod dici non potest de actu spei theologicæ, atque infusæ: quæ dirigitur cognitione supernaturali, cui falsitas repugnat.

Dicendum est 3º: ad actum spei præter judicium de possibilitate boni, et carentiam judicij prævij de illius non futuritione, requiritur, et sufficit judicium prudentiæ, quo intellectus judicet probabile, bonum esse obtinendum, attentis motivis, et circunstantijs occurrentibus; hoc autem judicium regulativum spei theologicæ est certum, et infallibile, et ad prudentiam infusam pertinet.

34. Explicatione probatur doctrina data: nam per spem erigitur animus ad procurandum efficaciter bonum, quamvis sit arduum, et dificile; et aliquam securitatem

de boni consecutione habet; aliquod etiam gaudium de ejus futuritione. Ad ejusmodi autem animi erectionem, securitatem, et gaudium, non sufficit cognitio de possibilitate boni; neque de illius futuritione sub conditione, etiam posita in potestate operantis, nisi etiam habeatur spes, quod ista conditio purificabitur. Quænam igitur est cognitio, qua regulatur hæc ipsa spes de futura conditionis purificatione? Non potest esse cognitio de mera possibilitate: hæc namque solum est proportionata ad meram complacentiam, et ad simplex desiderium. Igitur superest, ut assignetur cognitio, non qua ~~judicium~~, me facturum, quod potero facere; sed qua ~~judicem~~, probabile esse, me facturum id, quod in mea potestate positum erit. Ergo tandem ad spem requiritur judicium prudentiæ, quo intellectui appareat probabile, bonum esse obtinendum, attentis motivis, et circumstantiis occurrentibus, et concernentibus deliberationem ad sperandum.

judicem, judicem,

D. 2., C. 2. 558 397
35

Atque judicij, quo spes regulatur, motiva sunt eadem, quibus Deus in Scripturâ omnes omnino et singulos homines hortatur ad spem: nam Deus hoc ipso, quod unicuique dicat, volo, ut de mea bonitate confidas, quod sis salvandus, illi implicitè dicat, quod prudenter judicare potest, esse probabile, quod ~~salvandus~~ salvabitur: unde istud judicium reflexum de probabilitate salutis futuræ est verum; certum, atque supernaturale; ut rectè expendit Oxea, disput. 3., sect. 4., n. 3. Neque est aliquid, quo impediatur, vel vitietur ista probabilitas: nam improbabilitas salutis consequendæ desumeretur ex fragilitate voluntatis; ex prævijs habitibus jam contractis; ex vehementia passionum inclinantium ad peccatum; ex multitudine, et gravitate scelerum commissorum. Atqui eos ipsos, qui ea omnia timendi damnationem motiva habent, Deus hortatur, ut de suâ bonitate confidant, quod sint salvandi: ergo etiam isti possunt prudenter judicare, esse probabile, quod sint salvandi.

D. 2., C. 2.-

19 19

555 Quae hucusque dicta sunt, consonant dictis n. 479.

36. ~~et 606~~, pro explicanda certitudine spei. Habetur

x certitudo bonorum, quae Deus promisit, ea ratione

cap. praecedent., n. 18., et 38., qua a Deo promissa sunt; et ex hac parte spes est

summe certa: neque ~~[illegible]~~ potest deficere, nisi ex de

fectu nostrae cooperationis. Hoc sensu, spes non

confundit; ut loquitur Apostolus, ad Rom. C. 5:

hoc est, quod non assequamur bona a Deo promissa,

x est non stat penes Deum, sed confusio nostra, quoniam

Deo resistimus. Praeterea: spes perfecta, videlicet effi-

cax, constans, et perseverans connectitur infallibili-

ter cum objecto sperato: nam infallibiliter connec

x expectatione titur cum ~~[illegible]~~ meliorum, quibus purifi-

catur conditio sub qua Deus promisit. Hoc

etiam sensu spes non confundit, quia charitas

Dei diffusa est in cordibus nostris; ut ibidem

addit Apostolus: hoc est, spes perfecta per

charitatem operatur, et sic operatur salutem.

Haec inconcussa sunt; sed tamen ad spem

istam perfectam concipiendam, ad perseverandum

in ipsa, ad fiduciam dico, quod non deficiat salus nostra ex defectu nostrae cooperationis, requiritur omnino, quod speremus à Deo auxilia efficacia: et ad istam concipiendam spem, requiritur illud judicium de probabilitate, quod Deus illa auxilia dabit, ac proinde requiritur judicium de probabilitate consequendi salutem //

Disputatio 3

De Charitate Theologica Virtute

Tametsi Apostolus, Charitatis maximus Encomiastes, nos de hac divinissima Virtute disputaturos praemoneat: » oro vos, ut Charitas magis » abundet in scientia; nihilominus eae sunt temporis angustiae, ut coerceri debeat instituta disputatio, et charitati scientia non possit abundare. Non paucas difficultates, quae huc spectant, in aliis tractatibus, ac praesertim in disputationibus de divina gratia, enodavimus; modo superest agendum de objecto formali Charitatis, et de hujus virtutis perfectione //

D. 3, C. 1. —

Caput 1um

De objecto formali Charitatis Theologicæ

Sectio 1a

Exponitur, quid sit Charitas

556

N. 1. Charitatis in sensu proprio usurpatio est, quâ accipitur pro amore honesto, quo aliquis alterum ex amicitiâ amat; et dicit ordinem ad redamationem; et simul connotat statum, in quo amor, et redamatio consistentiam, et permanentiam habeant. Talis est charitas, quæ est inter parentes, et filios; et talis est quævis alia hominum amicitia. Hinc charitas theologica accipitur in præsenti pro amore, quo Deum diligimus propter ipsum; connotato amore, quo Deus nos diligit; atque etiam statu hominis, cui hæc mutua redamatio permanenter innititur: et iste status est charitas habitualis.

557 2. De charitate dixit D. Augustinus, lib. de moribus Eccles., c. 11. » est virtus conjungens nos Deo, quâ ipsum diligimus: quæ definitio potest in hoc sensu explicari: //

est Virtus, qua Deum benevolo, et amicabili amore super omnia diligimus. Charitas alia est habitualis; et actualis alia. Habitualis est, qualitas supernaturalis permanens, qua disponimur, et potentes sumus ad actum amoris benevoli, et amicabilis, quo Deum diligimus super omnia; actualis vero charitas est ille idem benevoli, et amicabiliter diligendi Deum actus. Charitatem esse Virtutem per se infusam, et theologicam, constat: nam quæ de Fide, et Spe dicuntur ut sint Virtutes per se infusæ, et theologicæ, probant à fortiori de Charitate; juxta illud Apostoli, sæpè adductum testimonium. „Nunc autem ma-
„nent Fides, Spes, Charitas, tria hæc; major est
„horum Charitas. ~~[illegible]~~

Charitatem habitualem esse donum creatum, est certissimum contra Magistrum, qui docuit, esse Spiritum Sanctum, qui mentem inhabitans suppleat vicem virtutis creatæ ad Dei dilectionem.

3. 558

Probatur doctrina communis.

Apostolus 1. Corinth., C. 12., Charitatem

D. 3, C. I. —

" et alias virtutes vocat Charismata, et dona Spiritus
" Sancti. Tridentinum sess. 6., cap. 7., definit, quod
" in justificatione hæc omnia simul infusa accipit homo
" Fidem, Spem, et Charitatem. Rursus: ex Apos-
" tolo ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus
". nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.
Sensus est, quem explicat D. Augustinus, lib. de
" spir. et litt., cap. 32: Charitas Dei dicta est dif-
" fundi, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit
" dilectores suos, sicut fides Jesuchristi, qua nos
fideles facit. Ergo Charitas, qua dilectores su-
mus, non est Charitas, qua Deus nos diligit; ac
proinde distinguitur ab Spiritu Sancto; et est
donum creatum, non minus, quam est fides, qua
sumus fideles. Demum: actus charitatis elici-
tur modo connaturaliori; sed iste modus est, ut
× virtute — eliciatur a ~~[illegible]~~ intrinseca, et animæ in-
hærente: ergo datur virtus unita, et inhærens
animæ, a qua eliciatur actus charitatis: ergo datur
Charitas habitualis distincta ab Spiritu Sancto qui
mantem ...

" Obijcit Magister illud 1. Joann., Cap. 4:
" Deus Charitas est; quod non potest hoc sensu expli-
cari, ut Deus sit author, et dator charitatis. Ratio:
" nam sic dicitur, Deus spes mea, et patientia mea;
" non tamen dictum est, Deus charitas mea, sed sim-
" pliciter est dictum. Deus charitas est: ut acute
disserit D. Augustinus, l. 15. de Trin., c. 17. Confir-
mari potest hac ratione: nam charitatis effectus
est remissio peccati; sed hic effectus postulat virtutem
infinitam: ergo charitas est virtutis infinitae; at-
que adeo non est donum creatum, sed ipse Spiritus
Sanctus. — Ad argumentum: Deus est charitas,
non praecise quia est author, et dator charitatis,
sed quia ipse est charitas increata: et ratione a-
moris essentialis toti Trinitati communis; et quia
Spiritus Sanctus secundum suam proprietatem
personalem est amor productus, non quo Deus forma-
liter amat, sed qui est terminus, et fructus amoris,
quo Pater, et Filius se mutuo diligunt. Sic etiam
" Deus est dilectio; et ideo qui proximum diligit, con-
" sequens est, ut ipse praecipue dilectionem diligat;

D.3., C.1.-

97. Deus autem dilectio est: ut recte argumentatur S. Augustinus, lib. 8. de Trinit., c. 7. At ex eo, quod Deus sit charitas increata, non sequitur, quod sit illa charitas, quae nobis diffunditur, et qua Deus nos facit dilectores suos; ut ex eodem D. Augustino dictum est. Ad Confirmationem: ad remissionem peccati non requiritur virtus infinita ex parte causae formalis; sufficit ~~modo~~ forma, quae constituat hoc concretum: justum, et Sanctum. Istud autem concretum non est infinitum: ac proinde, nec forma, qua illud constituitur, debet esse virtutis infinitae.

100. §. Regrediendum est ad explicandam naturam actus, qui est actualis charitas theologica. In primis: ille actus est amor, quo Deum diligimus; nomine autem amoris, non solum intelligitur motus complacentiae voluntatis in bono; nec solum actus, quo voluntas alicui vult bonum; sed praecipue accipitur unio affectiva amantis ad aliquod bonum: quod recte ex D. Dionysio explicat Rhodes, dic., d. 4., q. 1., s. 1. Itaque complacentia de bono potius est antecedens ad amorem

quam ipse amor: nam bonum prius voluntati placet, quam ametur; velle autem alicui bonum potius est amoris effectus, quam amor ipse: nam prius voluntas movetur affective in personam, quam ipsi bonum velit. Hinc amor propriissime dictus est inclinatio, et motus voluntatis in bonum, de quo complacuit, ut seipsam in illud effundat, et illi adhereat; quam inclinationem, et motum facilius experimur, quam explicamus, dum cum Augustino dicimus: "amor meus pondus meum, illo feror quocumque feror."

6. Dunde: iste charitatis amor, quo Deum diligimus, est benevolus, seu benevolentię. Hujus amoris est natura, ut ametur persona propter ipsam, et non propter commodum, quod potest in amantem resultare; et hinc oritur discrimen actus charitatis ab actu spei: nam iste non est amor benevolentię, sed concupiscentię. Benevolus charitatis amor, quo Deum diligimus, est etiam amicabilis; habet enim modo perfecto omnes conditiones, quę ad amicitiam requiruntur. 1° est benevolentia, quia Deus propter ipsius bonitatem amatur

P. 3., C. 1. –

enim ab Domine: neque ~~enim~~ homo isto charitatis amore vult sibi Deum, quia suum bonum est; sed vult Deo omnia bona, quia Deus dignus est. 2°: dicit ordinem ad amorem, quo Deus amicabiliter hominem amat: nam homo non diligit Deum amicabiliter, quin statim à Deo amicabiliter redametur ut filius, et ut hæres. 3°: iste reciprocus Dei amor hominem non latet: nam ex testimonio conscientiæ, quantum satis est, cognoscit, se amare Deum; et ex fide est certus, quod Deus diligentes se diligat. 4°: per hunc amorem

enim mutuum est communicatio bonorum: Deus ~~enim~~ totum se in hominem effundit; et homo vicissim Deo tribuit gloriam, et honorem. Nec dicas, quod Deus non

enim nisi propter se ipsum amat hominem; hoc ~~enim~~ omisso, ~~enim~~ nihil est contra amorem amicitiæ. Ratio: nam Deus amat propter suam ipsius bonitatem homines; sed ut totum commodum, et fructus hujus amoris in ipsos homines refundatur: quod sufficit, ut ipsos Deus amicabiliter diligat.

562. Denique: iste charitatis amor est, quo Deum super omnia diligimus. 1°: quoniam Deum ita amamus, ut iste

affectus excludat a corde omnes affectus divinæ voluntati graviter obliganti contrarios; et iste modus diligendi Deum super omnia est sub gravi præcepto, et sicut est necessarius, sic est sufficiens ad salutem. 2º dilectionis Dei super omnia amor sic crescere potest, ut excludat etiam peccata venialia; sed iste amor est consilij: nam licet obligati simus ad venialia vitanda, non sumus obligati ad illa vitanda ex motivo charitatis. 3º amor Dei super omnia, qui summam Christianam perfectionem continet, est ille, quo volunt as Deum amat et nihil amat, nisi propter Deum; cujus amoris excellentiam explicuit Augustinus, Solilo., c. 13. Deum sic alloquens: "minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat."

8. §. 8. Dictis addenda sunt pauca, quibus explicatur objectum materiale charitatis. Hoc objectum dupliciter consideratur: et per modum finis cui, et est persona, cui bonum amamus, et sub hoc respectu amor est amicitiæ; et per modum finis qui, et est bonum

D. 3., C. I. –

quod personæ volumus, et sub hac ratione amor est concupiscentiæ: juxta doctrinam ex D. Thomâ datam, ~~[illegible]~~ disp. 2, C. 1, n. 11.

~~Sect.~~ 9. Quod attinet ad personas, quibus possumus bonum ex charitate velle, primum, et principale objectum est Deus: est ~~[illegible]~~ enim Charitas ex suo conceptu primario hominis erga Deum amicitia. Rursus: unusquisque potest se ipsum amare amore charitatis; nam ex amore, quo homo diligit amicabiliter Deum, dimanat amor, quo homo seipsum amat propter Deum; hoc ~~[illegible]~~ enim ipsum est Deo gratum. Tandem: proximus est objectum Charitatis. Constat ex illo Joann. 4: "Si diligimus invicem, Charitas ejus in nobis est. Probatur & ratione: nam proximus ad Deum spectat, et est capax beatitudinis; ad amicitiam autem spectat amare, non solum personam amici, sed et omnia, quæ cum ipso conjunguntur. Intelliguntur nomine proximi Christus Dominus, quà homo; Angeli, et homines beati, et homines viatores, non solum justi, sed peccatores: ~~[illegible]~~ enim istis Deus vult vitam, et sunt in via, ut possint Deo

tamquàm centro, et ultimo fini inhærere. Hinc odium Sanctorum circa peccatores, non terminatur ad personas, sed ad peccata: ut explicat Augustinus, in Psalm. 138. Inde rursus imprecationes Sanctorum contra peccatores, quæ præseferunt desiderium malorum spiritualium, et æternæ mortis, non sunt imprecationes, sed malorum prædictiones; vel alio modo exponendæ sunt, quo non excludatur amor charitatis: ut rectè explicat Angelicus, hic, q. 25. ar. 6. ad 3.um Quod autem nomine proximi non veniant damnati, supponitur: nam isti sunt irrevocabiliter à Deo centro, et ultimo fine separati; et quamvis affectu naturali possimus de illorum damnatione tristari, præscindendo ab eo, quod ibi resplendeat justitia divina: charitas ipsa non inclinat ad istum affectum, sed ad conformandam voluntatem nostram cum voluntate divina, quæ gaudet de illorum æterna infælicitate, tamquam iniqua

D. 3., C. 1.

resplendet divinæ justitiæ rectitudo.

10. Quod vero attinet ad bona, quæ personis ex charitate amatis, concupiscimus, sciendum est. 1.° Deo possumus ex charitate velle omnia, quæ ipsi sunt bona intrinsece, et extrinsece. Bona intrinseca Dei determinant affectum gaudij; quia illa semper possidet: et sic ex charitate gaudemus, quod Deus sit omnipotens, æternus, et sic de cæteris attributis. Bona extrinseca Dei, quæ possessa cognoscuntur, terminant affectum gaudij; quæ autem apprehenduntur nondum possessa, terminant affectum desiderij. 2.° nobis, et proximis ex charitate possumus concupiscere bona supernaturalia, ad quæ sumus elevati: ut sunt superna beatitudo, et gratia sanctificans; non tamen ea, ad quæ non sumus elevati: ut est unio hypostatica. Quantum deinde ad bona naturalia, possumus ex charitate nobis, et proximis concupiscere, quæ ad supernam beatitudinem possunt conducere et ordinari.

Sectio 2ª

Objectum formale charitatis explicatur

Assertum praevium. Objectum formale charitatis theologicae est bonitas Dei, prout Dei: non quatenus est bona nobis; sed quatenus per ipsam Deus in se ipso bonus est. Constat: nam amor charitatis est benevolus, et amicabilis; iste amor est, quo aliquis amatur pure, et praecise propter suam ipsius bonitatem, non quia amanti bonus est, non intuitu alicujus commodi resultantis in amantem: ergo amor charitatis est, quo Deum amamus pure, et praecise propter suam ipsius bonitatem: ergo objectum formale charitatis theologicae est bonitas Dei, prout Dei. Hic nota quod Deus sit noster ultimus finis, et essentialis objectiva beatitudo, est bonitas, qua Deus in se ipso bonus est: quia propter amor Dei prout in se ipso est noster ultimus finis pertinet ad charitatem; pertinebit autem ad spem, si sit amor Dei prout est noster ultimus finis obtinendus: cadente reduplicatione supra totum complexum objectivum: Deus a nobis obtinendus. 566 VI.

D. 3. C. 1

567. Dices. Qui diligit Deum propter beneficia accepta ipsum diligit amore charitatis; sed tunc non diligitur Deus propter bonitatem, qua Deus in se ipso bonus est, sed qua bonus est amanti: ergo. — Occurro:

12. diligere Deum propter beneficia accepta amore, qui ex hoc ipso motivo concipiatur, est amor concupiscentiæ, et pertinebit ad Spem, non ad Charitatem. Moveri ex beneficijs à Deo acceptis ad diligendum Deum propter ipsius bonitatem in se, duos dicit actus: et imperium pertinens ad gratitudinem; et actum elicitum pertinentem ad Charitatem. Igitur amare Deum propter beneficia accepta, est amor concupiscentiæ; velle compensare beneficia accepta, est affectus gratitudinis: et quoniam nulla excellentior est compensatio, quam amare Deum propter se, hinc est, quod ex imperio gratitudinis potest elici actus Charitatis, quo Deus diligatur pure, et præcise, quia in se ipso bonus est. In formâ, distinguo maiorem: qui diligit Deum propter beneficia accepta, se tenente isto motivo ex parte imperij, diligit amore charitatis, concedo; se tenente isto motivo ex parte actus eliciti, nego.

nego majorem: et distincta similiter minore, nego consequentiam. 568

13. Conclusio. Actus charitatis habet suum objectum formale in omnibus simul, et in singulis Dei perfectionibus, etiam in ijs quae constituunt bonitatem eo sensu naturalem, quoniam de Deo demonstrantur naturali lumine. Sic docent communiter Nostrates, Hurtado, Ripalda, et Oviedus, Controv. 4., punct. 1. Dissentiunt multi, quorum alij docent, objectum charitatis in sola natura divina; alij docent, consistere in speciali attributo bonitatis; alij tenent, consistere determinate in complexo omnium divinarum perfectionum; alij denique tenent, consistere in ijs tantum divinis perfectionibus, quae sunt supra lumen rationis naturalis. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~ 569

14. Probatur Conclusio jacta. Objectum formale charitatis est bonitas Dei, prout Dei, quatenus per ipsam Deus in se ipso bonus, et perfectus est; sed ita conceptus invenitur formaliter

tum in omnibus simul, tum in singulis Dei perfectioni-
bus, tum etiam in ijs, quae constituunt naturalem
Dei bonitatem: ergo objectum formale Charitatis
reperitur formaliter in omnibus simul, tum in
singulis Dei perfectionibus, tum in ijs, quae natura-
lem Dei bonitatem constituunt: ergo actus chari-
tatis habet suum objectum formale. 2a Constat
major ex asserto praevio. Minor probatur:
nam de omnibus simul Dei perfectionibus, dubitari
non potest: ijs ~~inde~~ enim Deus non solum est radicaliter
summe perfectus, sed etiam est formaliter summe per-
fectus, et simpliciter infinitus in tota linea essendi.
Rursus: si aliquae divinae perfectiones se solis
constituant Dei naturam, sive essentiam, ijs Deus
est in seipso bonus, atque perfectus: essentia namque
Dei est primum, principalissimum, et optimum,
quod est in ipso. Demum: quaelibet Dei perfectio in
sua ratione est quid ita nobile, perfectum, et
pulchrum, ut in ea ratione nil perfectius aut esse,
aut cogitari possit: ac proinde unaquaeque Dei

perfectio est bonitas, et perfectio, qua Deus in se ipso bonus, et perfectus est. Ergo bonitas Dei, prout Dei, quatenus per ipsam Deus in se ipso bonus, atque perfectus est, reperitur formaliter, tum in omnibus simul, tum in singulis &c. Sto

15. Confirmatur, et explicatur: Amor Dei perfectè benevolus, et amicabilis, ex motivo alicujus divinae perfectionis est theologicus: ergo à fortiori, si sit ex motivo perfectionis constituentis divinam essentiam: ergo adhuc potiori jure, si sit ex motivo omnium simul divinarum perfectionum. Atqui amor iste non est actus theologicus spei: ergo est amor theologicus charitatis: ergo actus charitatis habet suum objectum formale in omnibus simul, et in singulis Dei perfectionibus. Iterum: quocumque modo ex enumeratis consideretur Dei bonitas, excedit infinitè omnem bonitatem creatam, quae illi, et quanta ista sit, quae possit movere ad amorem perfectum, et amicabilem personae creatae: ergo bonitas Dei, prout complectens omnes simul

perfectiones, aut prout est in singulis, potest movere ad amorem Dei perfectè benevolum, et amicabilem. Denique: Scriptura, ut provocet nos ad Dei amorem perfectum, et justificativum, ac proinde perfectæ charitatis, proponit nobis modò unam modò aliam divinam perfectionem: ergo in singulis, et simul in omnibus, habet suum objectum formale actus Charitatis. Pro antecedente sufficiat illud Psalm. 13: "Confitemini Domino, quoniam "bonus, quoniam in seculum misericordia ejus; ubi proponitur Dei misericordia. Item illud, Ps. 112 "quis sicut Dominus, Deus noster, qui in altis habitat; ubi proponitur Dei incomprehensibilis excellentia.

174. 16. Arguitur 1.° Dei bonitas est formale objectum Charitatis; sed Dei bonitas est speciale quoddam attributum; de quo accipitur emphaticum illud Psalm. 72: "quam bonus Israel "Deus! ergo objectum formale charitatis sistit in speciali bonitatis attributo. 2.° objectum formale Charitatis est idem, atque objectum primarium charitatis sistit in natura divina: ergo.

Sed objectum primarium

Confirmatur 1.° nam attributa amantur

quia sunt perfectiones convenientes naturæ divinæ: ergo amantur propter divinam naturam quæ est ipsum subjectum, cujus amamus attributa: ergo sola divina natura est objectum formale charitatis. 2º objectum formale charitatis est id, quo Deus constituitur in ratione ultimi finis; sed sic dicit solam Deitatem: per id enim Deus est ultimus finis, per quod est primum principium; per solam Deitatem, quæ est radix omnium attributorum: ergo. &c. est autem primum principium

11. Ad 1m concessa majore, nego minorem: permitto, quod in Deo sit speciale bonitatis attributum: sive istud reponatur in bonitate morali; sive in inclinatione, ut Deus diffundat bonitatem suam. Nego, quod Deus sit dumtaxat bonus per speciale bonitatis attributum; quodlibet enim attributum Dei est bonum in suo genere, et per illud Deus est bonus in eo genere: et per omnia simul est simpliciter, et summe bonus, atque perfectus in tota linea essendi. Hoc ipsum est, quod continet illa emphatica exclamatio: quam bonus Israel Deus! Ceu exprimitur quanti-

tas

D.3., C.1.

et magnitudo divinæ bonitatis; quantitas autem et magnitudo non continetur in uno aliquo attributo: cùm Deus sit bonus, perfectus, atque amabilis, quia sapiens est, quia Omnipotens est, quia justus est: et sic de cæteris Dei perfectionibus.

573 18. Ad 2.um: nego majorem in sensu formali: nam objectum primarium est nobilius, atque perfectius, quod propter se attingitur; objectum autem formale est, quod attingitur propter se. Omnes divinæ perfectiones attinguntur propter se à Charitate: cùm unaquæque sit bonitas, quâ Deus in se ipso bonus est; inter omnes autem perfectiones divinas illæ sunt nobiliores, in quibus divina essentia consistit: unde omnes, et singulæ perfectiones divinæ sunt objectum formale Charitatis, et sola essentia divina est illius objectum primarium. Hinc, quod essentia divina sit prima bonitas, quodque eminenter contineat cæteras divinas perfectiones, solùm probat, quod sit objectum primarium Charitatis; et permittit, quod aliæ perfectiones sint objectum formale: nam quælibet in suo genere

est simpliciter infinita, et qualibet Deus est infinitè bonus in se ipso. —— 19. Ad 1am confirmationem distinguo antecedens: attributa amantur, quia sunt perfectiones convenientes divinæ naturæ, et quia ipsi divina natura est sufficienter amabilis, concedo; aliter, nego antecedens. Distinguo consequens: ergo amantur, non præcisè propter divinam naturam, concedo; præcisè, et necessariò, nego hanc, et subductam consequentiam. Sensus est: natura divina habet suam formalem bonitatem, propter quam possumus illi amare suas attributales perfectiones. Nihilominus attributa ipsa habent etiam suam formalem bonitatem, qua redditur amabilis divina natura: et sic potest amari divina natura propter bonitatem attributorum; ac proinde hæc possunt esse objectum formale charitatis —— Ad 2am confirmationem, concessa majore, nego minorem. Ad probationem adjunctam dico: per id Deus est ultimus finis, per quod realiter est primum principium; non autem per id præcisè, quod est formaliter primum principium. Ratio: nam per id Deus est ultimus

D. 3., C. 4.

finis, per quod est in se ipso summe foelix, et cujus intuitio pertinet ad perfectam formalem beatitudinem ipsius Dei. In hoc conceptu veniunt, non solum natura divina, quae est radix, sed et omnia attributa, ipsaeque divinae relationes. Cujus ratio: neque enim Deus esset summe foelix, nisi haberet omnem omnino perfectionem; aut si esset solitarius, hoc est, si ipsius summa bonitas non esset infinite communicata: si Deus non esset Trinus. Ergo Deus est formaliter ultimus finis per id, quod est realiter primum principium: nempe per divinam naturam, per attributa, et per relationes. Hanc dedi doctrinam in tract. de beatitudine, dum reposui essentialem objectivam beatitudinem in omnibus simul perfectionibus necessariis, absolutis, et relativis.

475 20. Arguitur 3°. Actus charitatis est amor amicabilis: ergo necessario habet pro motivo Deum, et perfectiones, quibus Deus potest redamare; sed non quaelibet attributa sunt perfectiones, quibus Deus potest redamare: ut est evidens de Omnipotentia: ergo — Dico objectum

formale Charitatis theologicæ facit differre actus charitatis ab actu amoris purè naturalis; sed bonitas Dei hoc sensu naturalis, quoniam de Deo demonstratur ~~lumine~~ rationis naturalis, non facit differre actum charitatis ab amore purè naturali: nam homo potest per vires arbitrij amare bonitatem Dei, quam naturali lumine potest cognoscere: ergo. Urgetur: damnata est hæc Baij propositio, quæ est 34.a = Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut author naturæ, et gratuiti, quo Deus ama~~tur~~ ut beatificator ~~est~~, vana est, et commentitia, et ad illudendum sacris litteris, et plurimis ~~veterum~~ testimonijs excogitata ». Ergo amor Dei est naturalis, si moveatur ex ipsius naturali bonitate. Ergo objectum formale Charitatis, non est Deus utunus, et ut author naturæ, sed ut trinus, et ut author gratiæ. — lumine — tur — Veterum

21\. ——, Ad 3.um concesso antecedente, nego consequentiam: nam possumus amicabiliter Deum amare, qui redamare potest, quin motivum amandi ipsum sit Deitas aut complexum earum perfectionum — 176

D. 3., C. 1.

intellectus, et voluntatis) quibus potest redamare.
Sed possumus accipere pro motivo quamlibet divinam perfectionem, qua in se ipso bonus est Deus, qui potest redamare. Sic amicabiliter diligimus hominem iustum propter gratiam sanctificantem, et tamen haec non est perfectio, qua ille possit redamare: sed sufficit, quod sit perfectio, qua bonus, et amabilis redditur homo, qui redamare potest. Nota: amor terminatus ad omnipotentiam, prout talis est amor complacentiae, et approbationis; prout terminatus ad Deum propter omnipotentiam est benevolentiae, et amicitiae.

577. 22. Ad 2.^{um} nego maiorem.
Ratio: nam eadem bonitas Dei, ut est Unus et ut est author naturae, quae potest esse motivum naturalis dilectionis, potest esse motivum supernaturalis amoris, charitatis theologicae, et dilectionis per Spiritum Sanctum in cordibus diffusae. Ostenditur: nam ~~amor~~ ipse amor esset necessario actus naturalis, quia non haberet motivum supernaturale; habet autem tale motivum supernaturale. Probatur: nam motivum est bonitas Dei, ut est Unus, et ut est author naturae;

eatimus

Quae bonitas est supernaturalis: est enim bonitas increata, essentialiter divina, atque adeo est in ordine divino, in quo conceptu consistit formaliter supernaturalitas: ergo amor Dei, ut est Unus, ut est author naturae habet motivum supernaturale: ergo non est necessario actus naturalis. Quod possit homo viribus arbitrij Deum ex illo motivo diligere, nihil obest: nam amor ex viribus arbitrij elicitus erit infoecundus gratiae, et non prout oportet ad salutem. Unde, ut amor ex ejusmodi motivo elicitus sit prout oportet, atque adeo sit Charitatis theologicae simpliciter, atque infusae, requiritur, quod ejusmodi motivum per illustrationem supernaturalem proponatur, et quod ad dilectionem moveatur voluntas creata per gratiam supernae inspirationis, et actus eliciatur per vires effectivas supernaturales. Sic fuse docui in tract. de gratia, ubi admisi, esse possibilem naturalem Dei amorem perfectum, et amicabilem. 578

23. Ad urgentiam: illa Baij propositio damnata est propter censuram, quam inurit

N. 3, C. 1. —

oppositam Catholicorum sententiam. Insuper, quia excludit duplicitatem amoris, quo Deus potest diligi tum ut est author naturæ, tum ut est beatificator. At non est propter hoc damnata, quia debeat esse amor naturalis, qui ex Dei bonitate naturali tamquam ex motivo, concipiatur. Arrogandæ itaq. sunt consequentiæ, quæ ex damnatione illius Bajanæ propositionis non bene inferuntur.

179. 24. Arguitur 5°

Bonitas divina, quæ est objectum formale Charitatis, est Dei integritas, et adæquata pulchritudo; sed hæc integritas, et pulchritudo complectitur constitutivè omnes Dei perfectiones simpliciter simplices, sive absolutè infinitas: una *enim dempta, Deus non esset integer, atque perfectus in sua pulchritudine: ergo — 6°. Si objectum formale charitatis consistat in omnibus simul, et in singulis Dei perfectionibus, jam multiplex esset virtus charitatis, et haberet objecta formalia specificè diversa: consequens est absurdum: ergo. Additur: aliquæ sunt Dei perfectiones, ut Omnipotentia, quæ solum habent

bonitatem physicam: ergo seorsim ab alijs Dei perfectionibus non possunt esse motivum actus charitatis, qui habet bonitatem moralem. 58

29. Ad 1.us nego majorem de objecto formali necessario: concedo plane, quod tota Dei integritas, et pulchritudo sit objectum formale sufficiens charitatis, et addo, esse objectum formale necessarium charitatis secundum totam honestatem objectivam, quam habere potest. Ostenditur: nam si actus non attingat unam aliquam Dei perfectionem, jam ex illa perfectione non desumit honestatem, quam ex ipsa potest desumere. Nihilominus, ut actus sit charitatis sufficit, quod vel ex una tantum Dei perfectione, qua Deus in aliquo genere est integer et pulcher, moveatur. Hoc, quod probatum manet, confirmatur exemplo: nam ut hominem amicabiliter diligamus, non requiritur, quod omnes ipsius dotes, quibus bonus, et perfectus est, videamus: sed sufficit, quod videamus aliquam, ut est insignis sapientia: ergo similiter in Deo. Quod autem Deus non esset

integer atque perfectus, unâ dempta perfectione, nihil probat: evincitur, quod Deus conciperetur imperfectus, si conciperetur cum carentia alicujus perfectionis; non autem, quod concipiatur imperfectus, si concipiatur aliqua Dei perfectio praecisive ab aliis perfectionibus. Sed qualibet Dei perfectio praecisivè ab aliis est bonitas increata, qua Deus

amabilis: in se ipso bonus est, et à nobis est ~~amabilis~~: ergo etc.

26. Ad 6.^{um}

581. nego 1.^{am} majoris partem, et distinguo 2.^{am}: Si virtus charitatis haberet objecta formalia specificè diversa, quae continentur formaliter sub ratione formali, quae respicitur ab habitu, ut est charitas theologica, concedo; aliter, nego majorem: et consequenter ad reliquum. Sensus est: quod charitas sit theologica desumitur ex eo, quod sit tamquam ex motivo ex bonitate increata, quatenus per ipsam Deus in se est bonus. Ista autem conceptus reperitur tùm in complexo omnium divinarum perfectionum, tùm in singulis; et hinc

Virtus una, eademque ~~virtutem~~ infusa charitatis theologicae est ad actus specificè diversos ex specifica (vel quasi specifica) diversitate objectorum formalium.

quæ sub ratione formali, quæ respicitur ab habitu, continentur. Sic eadem potentia visiva est ad actus specifice diversos ex specifica diversitate colorum quos attingit; et qui continentur sub ratione formali coloris, quæ à potentia prout visiva respicitur. — Ad additamentum: Omnipotentia, et similes aliæ perfectiones, quæ formaliter habent bonitatem physicam, habent etiam bonitatem objectivam moralem: est ¤ secundum rectam rationem amor ad ipsas terminatus propter ipsarum bonitatem. Sic, quod proximus careat miseria, est quid physicum; et tamen est formaliter honestus actus, quo intendo ipsum à miseria liberare.

¤ enim

Sectio 3.ª

Duplex dubium resolvitur

582 V.

Quæritur 1.º an bona extrinseca, quæ Deo volumus, sint objectum formale Charitatis theologicæ. Negativa sententia est communis, et illam tenet Oharnoldus, hic controversia 2: sententiam autem affirmativam citatis Hurtado, Ripalda,

D. 3., C. 4. — et Oviedo defendit Oxea, disp. 4, sect. 4, à num. 65.

Placet sententia ista; et probatur sic: nam actu Charitatis, quo Deum, quia ipse est bonus, amamus, etiam amamus Deo bona ipsi extrinseca, quia Deo sunt extrinsecè bona, et convenientia: ergo ejusmodi actus respicit Deum, ut finem, cujus, et respicit Dei extrinseca bona, ut finem, Qui. Atqui uterque finis est objectum formale actus: finis cujus, quatenus actus est formaliter benevolus Dei amor; finis vero qui, quatenus ille idem actus est concupiscentia bonorum, quae propter suam intrinsecam bonitatem sunt extrinsecè bona, et convenientia Deo: ergo bona extrinseca, quae Deo amamus, sunt objectum formale actus, quo Deum propter se diligimus, et quo insimul ejusmodi bona Deo concupiscimus.

583 — 78.

15 Opponēs. Bona extrinseca non faciunt Deum meliorem, aut magis amabilem: ergo non possunt esse objectum formale Charitatis, qua Deum diligimus. Iterùm: formalitas, quae respicit bona extrinseca Dei, non potest esse amor theologicus:

respiciat namque illa bona propter intrinsecam ipsorum bonitatem; haec autem est quid prius creatum: ergo. 84.

29. Ad 1.am argumenti partem, concesso antecedente, distinguo consequens claritatis gratia: ergo bona extrinseca Deo non possunt esse objectum formale Charitatis, qua Deum diligimus, secundum formalitatem benevolentiae, concedo; secundum formalitatem concupiscentiae, nego consequentiam: utramque autem formalitatem claudit amor charitatis, quo Deum diligimus, et ipsi volumus bona extrinseca: juxta doctrinam ex D. Thoma datam, nota disput. 2., cap. 1., numer. 47. opportune: quamvis actus liberi Dei sint adaequate intrinseci, et dicant perfectionem, nihilominus, cum non sint perfectiones simpliciter simplices, nec positive infinitae, de ijs gaudemus gaudio charitatis, hoc modo; ut formalitas benevolentiae moveatur ex perfectionibus Dei necessarijs; et formalitas concupiscentiae ex perfectione propria imbibita in actibus liberis, prout virtualiter distinctis à necessarijs perfectionibus.

D. 3., C. 1. —

Eodem modo gaudemus de alijs Dei perfectionibus, quæ supra actus liberos internos reduplicant aliquid ad extra; ut sunt ista, et similia alia concreta: Deus revelans; Deus justificans; et Deus beans. Ad 2.am ejusdem argumenti partem nego antecedens; cujus probatio non urget: nam licet bonitas intrinseca eorum bonorum (gloriæ nempe, et honoris) quæ Deo amamus, sit quid pure creatum, adhuc est bonitas volita Deo, et propter Deum, tamquam propter finem, cuj. Hinc illa formalitas, quæ illa bona denominat, Deo concupita, ultimo sistit in Deo, et pertinet ad actum, qui denominat Deum benevole amatum: quod sufficit, ut illa formalitas sit amor theologicus.//

585 3o. Quæritur 2o: an bonitas aliqua creata possit esse objectum formale proximum charitatis theologicæ? Negativam sententiam tenent fere omnes theologi; ~~apud Mastrium disput. ...~~ sententiam autem affirmativam docent ex thomistis Cajetanus, et Bañez, et ex Nostratibus Suarius,

et Ripalda, disp. 36., sect. 1. Placet hæc sententia; et probatur sic: nam actus, qui ex sua tendentiâ intrinseca est virtualis amor Dei, quia in se bonus, est actus theologicæ charitatis; sed potest bonitas aliqua creata esse objectum formale proximum actus, qui ex sua intrinsecâ tendentiâ sit virtualis amor Dei, quia in se bonus: ergo potest bonitas aliqua creata esse objectum formale proximum actus theologicæ charitatis: ergo aliqua creata bonitas potest esse objectum formale proximum charitatis theologicæ. Majorem suppono ex latè ~~tradita~~ in tractatu de pœnitentiâ, et ex insinuatis in hoc tract., ~~[illegible]~~ disp. 1., c. 2., n. 19. tradendis

~~586~~

31.

Probo minorem discursus facti, assignando actum, cujus formale proximum motivum sit bonitas aliqua creata, et qui ex sua intrinseca tendentia sit virtualis amor Dei, quia in se bonus. Hunc actum invenio in amore, quo diligimus proximum propter gratiam sanctificantem, in quantum hæc est, participatio divinæ bonitatis, qua Deus in seipso bonus est. Ejusmodi actus

N.B., C.V. —

habet pro objecto formali proximo bonitatem creatam: habet ++ pro objecto formali proximo id, quod exprimitur per istam causalem: diligo proximum quia in illo est gratia santificans; et quia haec est participatio bonitatis, qua Deus in se ipso bonus est. Atqui in hac propositione praecise assertur bonitas aliqua creata: ergo ejusmodi actus habet pro objecto formali proximo bonitatem creatam. Rursus: ejusmodi actus ex sua intrinseca tendentia est virtualis amor Dei, quia in se bonus est. Ratio: nam ille actus sua intrinseca tendentia ostendit, motivum indirectum, remotum, et extrinsecum amandi proximum propter gratiam santificantem, esse bonitatem divinam, qua Deus in se ipso bonus est, sed hoc est, quod ejusmodi actus ex sua intrinseca tendentia sit virtualis amor Dei, quia in se bonus est: nam sic bonitas divina in se, quamvis non formaliter amata, tamen quatenus praecognita, movet voluntatem ad illum actum, et id ostendit ipse actus per suam intrinsecam tendentiam: ergo ejusmodi actus ex sua intrinseca tendentia est virtualis amor Dei, quia in se ipso est bonus. Facole dicta, ~~[illegible]~~ loco nuper citato.

++ enim

Quod diximus de actu assignato, de quo expressa est Augustini sententia, lib. 8. de Trinitate, c. 8, asserentis, proximum ex charitate diligi, quia diligitur, quia regeneratus est; dictum pariter esto, de quocumque alio, qui sit ab intrinseco virtualis amor Dei, quia in se bonus. Sic Charitatis theologicae actus erit, quo diligimus proximum ex hac ipsa ratione, quia ad Deum in se bonum ille pertinet. 588 Objicitur 1°. objectum
32. formale actus theologici est theologicum, et divinum; sed nulla bonitas creata est theologica et divina: ergo nulla bonitas creata est objectum formale (nempe totale, et adequatum) actus theologici: ergo nullum objectum, quod sit bonitas creata, potest esse objectum formale proximum Charitatis theologicae. 2°. adoratio Sanctorum propter excellentiam creatam, prout participatam ex divina excellentia, est actus Duliae, non Latriae; ergo dilectio proximi propter gratiam Sanctificantem, quia haec est participatio bonitatis, qua Deus in seipso bonus est, non est actus Charitatis theologicae. 3°. quod ejusmodi actus

sit virtualis amor Dei, quia ipse bonus, non stat in eo, quod determinet ad formalem Dei amorem: id enim convenit attritioni, et alijs actibus, qui non sunt charitatis theologicæ; deinde, ejusmodi actus non est tantæ perfectionis, quantæ est formalis amor Dei: ergo perperam dicitur quod ejusmodi actus sit virtualis amor Dei, quia ipse bonus. 2°: nam ratio diligendi proximum est Deus: non enim per charitatem diligimus in proximo, nisi Deum; et ideo eadem charitas est, quâ diligitur proximus, et Deus: ergo solus Deus potest esse objectum formale proximum charitatis theologicæ. Antecedens est doctrina D. Thomæ, hic, q. 103, a. 3.

585. 33. Ad 1um: objectum formale actus theologici, sive proximum et formaliter attactum intrinsecè, sive ultimum, et virtualiter intrinsecè attactum, est theologicum, et divinum; stat autem, quod actus habeat objectum materiale proximum creatum, et quod virtualiter intrinsecè habeatur ex bonitate divina propter se: unde stat, quod ejusmodi actus sit theologicæ charitatis.

In prædicto modo attingendi motivum divinum stat sufficienter theologalitas actus ex objecto: nullus enim virtutis moralis actus est ex sua intrinseca tendentia virtualis amor Dei propter se. Ad 2.um adoratio Sanctorum propter excellentiam creatam, prout participatam ex divina excellentia, ideo non est Latriæ, quia Latria solùm est ad cultum, quo profiteamur divinitatem personæ, cui illum exhibemus; quod longè abest à cultu, quem exhibemus Sanctis propter excellentiam creatam prout participatam ex Dei excellentia: ideoque ad prædictam Sanctorum adorationem requiritur habitus Duliæ. At Charitas theologica est ad amandum proximum prout conjunctum Deo; et ad proximis concupiscenda bona, quæ sunt ipsius propria: dummodo ultimum motivum virtualiter intrinsecè attactum sit bonitas Dei prout Dei. Hoc autem salvatur in actu, quo diligimus proximum propter gratiam Sanctificantem, quia hæc est participatio bonitatis, qua Deus in se ipso bonus est. Ad 3.um verum est, non rectè explicari, quod actus sit virtualis

n. 3., c. 1

amor Dei per hoc praecise, quod determinet ad formalem Dei amorem: verum est deinde, quod nullus actus, qui non sit formalis amor Dei, est tantae perfectionis, quantae est formalis iste amor. Igitur, quod actus dilectionis proximi ~~[illegible]~~ × bonitatem creatam, quatenus est participatio bonitatis Dei in se, sit virtualis amor Dei, in hoc stat, quod ex sua intrinseca tendentia ostendat motivum extrinsecum, et ultimum amandi esse bonitatem divinam. Oritur 1°: ejusmodi actus determinat ad formalem amorem Dei, non utcumque, sed habendum formaliter, et intrinsece × ex eodem motivo, quod prius fuit virtualiter ~~[illegible]~~ attactum; quod neque attritioni, nec alijs moralium virtutum actibus, convenire potest. Oritur 2°: virtualis amor Dei, et formalis amor Dei, sunt aequivalentes, quia sunt ex eodem motivo divinae bonitatis propter se, quamvis dispares sint in modo attingendi illud idem motivum — Ad 2ius: ratio diligendi proximum est Deus, vel formaliter, vel virtualiter amatus; et per charitatem non diligimus //

× propter

× intrinsecè

8

ni proximo, nisi Deum, tamquam ultimam rationem diligendi: et ideo eadem Charitas est, qua diligitur proximus, et Deus. Sic explicanda est Angelici doctrina; ex quo sunt testimonia pro nostra sententia; ut ex contrariis defensoribus fatetur Oviedus, controv. 4., punct. 3., n. 53.

35. Observandum. Non reijcio moralem amicitiam hominis ad hominem. licet enim omnis bonitas creata virtualiter amabilis sit participatio bonitatis, qua Deus est in se bonus; nihil obest, quominus ejusmodi bonitas moveat ad amorem precise quatenus per ipsam homo est bonus, et non quatenus est participatio divinae bonitatis, qua Deus in se bonus est. Actus iste amicitiae moralis esse poterit supernaturalis, si bonitas creata proponatur per cognitionem supernaturalem, et aliqua ratione referatur ad Deum ultimum finem. Dari de facto habitum supernum infusum ad hujus amicitiae moralis actus, docetur communiter. Oppositum tenet Suarius: quia regulariter amatur

proximus actu superno propter Dei bonitatem, et in Scriptura, et Patribus non est sermo de Charitate infusa, qua diligatur proximus, quæ sit alia a Charitate, qua diligimus Deum.

Caput 2.um

De perfectione Charitatis Theologicæ

Sectio 1.a

Charitas est radix, formaque virtutum

192 Charitatem esse omnium perfectissimam virtutum,
N. 1. docemur ab Apostolo 1. ad Corinth. 13: major horum
est Charitas. 1.o quia sine charitate nihil prosunt
perfectiones omnes sive intellectus, sive voluntatis:
Si linguis hominum loquar, et Angelorum.....
non Charitatem habuero, nihil sum. 2.o quia charitas
omnes virtutes continet, illasque imperat: Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non
agit perperam. 3.o quia charitas in via inchoat,
et in patria perficit supernam nostram beatitudinem: Charitas numquam excidit. Ratio
a priori: nam illa est omnium virtutum præstantissima,

quæ modo præstantissimo fertur in objectum præs-
tantissimum. Objectum Charitatis est Deus
secundum omnes simul, et singulas suæ perfec-
tiones; modus autem, quo charitas in ipsum
fertur, est præstantissimus: fertur ~~inde~~ * in sum- * enim
mum bonum propter se, sistendo in illo, non ut ex
ipso commodum aliquod capiamus, ipsumque rebus
omnibus præferendo. Ergo Charitas est virtutum
omnium præstantissima. §3

2. Dictum est, Charitatem
imperare omnium virtutum actus; et in hoc
consistere, quod sit virtutum omnium radix. Dictum
est, Charitatem esse necessariam, ut ceteræ virtutes
prosint; et in hoc consistit, quod illa sit omnium
virtutum forma. Ut hæc indubitata doctrina
explicetur, supponendum est, actum charitatis
esse de condigno meritorium gratiæ Santifican-
tis, et gloriæ essentialis: cum ~~inde~~ * sit certum, * enim
quod homo per actus suos mereatur de condi-
gno præmium gratiæ, et gloriæ; per quos actus
illud merebitur, si non illud mereatur per actus
Charitatis? Explicanda sunt hæc duo. 1um

an aliarum à charitate virtutum actus sint de condigno meritorij gratiæ, et gloriæ essentialis? Quæritur 2: an requiratur, quod operans referat in Deum relatione propria charitatis actus aliarum virtutum, ut isti sint de condigno meritorij gratiæ, et gloriæ essentialis?

894 Conclusio 1a. Non solum actus charitatis, sed aliarum virtutum actus supernaturales, et in statu gratiæ sanctificantis eliciti, sunt de condigno meritorij gratiæ, et gloriæ essentialis. Est omnium Theologorum sententia, à qua recessit Bañez, cui favet D. Bonavent., necnon et D. Thomas, apud Suar. lib. 12. de gratia, c. 8. Probatur Conclusio ex Sacra authoritate. Math. 25: "venite benedicti.... possidete paratum vobis regnum..... esurivi enim, et dedistis mihi manducare." Et cap. 19: "si vis ad vitam ingredi, serva mandata..... non homicidium facies etc." Ergo actibus misericordiæ, et aliarum virtutum, quibus servantur mandata, promittitur regnum Cœlorum, et vita æterna; regnum autem Cœlorum, et vita æterna est gloria essentialis. Tridentinum

Sess. 6., Cap. 16., docet absolute, bonis operibus
" Justorum reddendam esse tamquam mercedem
" vitam æternam; loquitur autem de omnibus
bonis operibus: nam confirmat doctrinam illo
Apostoli testimonio 1ª. Chorinth., Cap. 15: =
" abundate in omni opere bono, scientes, quod labor
" vester non est inanis in Domino. Et cap. 10: =
" Justi de die in diem in justitia bonis operibus cres-
" cunt, ac magis justificantur; quod testimonium
+ indefinitum accipitur universaliter de omnibus
+ bonis operibus: sicut accipitur universaliter de
+ omnibus propositio illa indefinita, quam statuit
". idem Concilium: bona opera ita esse Dei dona
". ut sint hominum merita. Ergo omnia opera bona
Justorum merentur de condigno gratiam San-
ctificantem.

2. Probatur â ratione Conclusio. 695.

Neque ex natura rei, neque ex Dei lege, re-
quiritur, quod actus sit Charitatis, ut sit meritorius
de condigno gratiæ, et gloriæ essentialis: ergo
non solum actus Charitatis, sed et aliarum virtutum
actus, si supernaturales sint, et eliciti in statu
gratiæ Sanctificantis, sunt ss.ª Ostenditur pars 1ª.

antecedentis: nam actus aliarum à charitate virtutum, possunt esse supernaturales, facti nempè ex gratiam per Christum; habent æqualitatem proportionis cum gratia Sanctificanti, et gloria essentiali, dùm nimirùm eliciuntur in statu gratiæ Sanctificantis. Ratio huius: nam eliciti in eo statu sunt obsequia filiorum Dei, et hæredum regni Cœlestis: et hinc desumitur æqualitas proportionis, seu virtutis; gratia enim sanctificans condignificando operationes Iustorum fructificat gratiam, et est semen gloriæ. Probatur 2ª eiusdem antecedentis pars: nam Dei lex, quæ solius charitatis actum ordinat ad præmium gratiæ, et gloriæ essentialis, non ostenditur ex sacra authoritate; quod Deus aliarum virtutum actibus promiserit præmium vitæ æternæ: ut constat ex testimonijs pro nostra doctrina adductis.

ex

enim

imò ostenditur ex sacra authoritate,

336. §. Conclusio 2ª. Non requiritur quod operans referat in Deum relatione propria Charitatis actus aliarum virtutum, ut

ut ipsi sint de condigno meritorij gratiæ sanctificantis, et gloriæ essentialis. Sic communiter DD. contra paucos aliquos; quos ~~[illegible]~~, disputabimus. Supponitur, omnem supernaturalem virtutum actum esse ab intrinseco ordinatum ad finem
„ charitatis: quia omnes virtutes participant
„ aliquid à charitate; scilicet desiderium summi
„ boni, propter quod operantur: docet Angelicus, in 3., dist. 26., quæst. 2., a., 2, ad 3. Supponitur, requiri ad meritum de condigno gratiam sanctificantem, cui inseparabiliter est annexa habitualis charitas: unde relatio charitatis in hoc consistens, quod operans habeat charitatis habitum infusum, requiritur omnino ad meritum de condigno. Igitur non admittitur necessaria charitatis relatio, quæ aliquo ex his modis explicetur. 1o: quatenus si operans interrogaretur, an illud opus faceret propter Dei bonitatem in se, posset cum veritate, respondere affirmativè. 2o: quatenus operans præhabuerit actus charitatis perfectæ; præsertim, si illo expressè ex motivo charitatis suas omnes operationes ad Deum direxerit. 3o: quatenus

D. 3., C. 7. –

ex actuali imperio charitatis operans eliciat actum; aut jam elicitum referat ad Deum propter se. Ex assignatis relationibus 1.a dicitur interpretativa; 2.a virtualis; 3.a actualis, et formalis. His prenotatis,

597. Probatur conclusio: nam predicta relatio operum in Deum ex motivo Charitatis, non requiritur, ut actus aliarum virtutum sint Deo obsequiosi, sive grati; neque ut sint supernaturales, et facti ex gratia per Christum; neque ut habeant condignitatem ad premium gratiæ, et gloriæ essentialis: hanc enim condignitatem habent à gratia sanctificante in cujus statu fiunt, et ratione cujus sunt opera filiorum Dei, et heredum regni Cælestis. Ergo non requiritur, quòd operans referat in Deum, relatione propria charitatis, aliarum virtutum actus ut ipsi sint de condigno &c. – Ratio data desumitur ex Tridentino sess. 6., Cap. 16. docente, Justis

» bene operantibus ex virtute, et auxilio gratiæ, ni-
» hil deesse, ut promereri vitam æternam censeantur; et Canon 26: si quis dixerit, Justos non debere

" pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, ex
" peccare, et sperare æternam beatitudinem....si
" bene agendo, et divina mandata custodiendo usque in
" finem perseveraverit, anathema sit. Atque in
his, quæ Concilium requirit, et sufficere ad meritum
condignum docet, non enumeratur relatio propria
charitatis: Ergo hæc non requiritur, ut actus aliarum
virtutum sint meritum condignum gratiæ, et gloriæ
essentialis. 598

Ut bene capias utriusque conclusionis doctrinam, hæc notabis. 1.us: prima gratia sanctificans non cadit sub meritum de condigno: neque enim propterea ad primam gratiam sanctificantem est forma aliqua, quæ reddit operantem participem divinæ naturæ, Dei amicum, et hæredem, hinc autem desumitur æqualitas, et condignitas meriti. 2.us: prima gratia sanctificans cadit sub meritum de congruo: actus enim, quibus homo se disponit ad justificationem, sunt aliquod meritum. Ex his notatis fit, quod nec actus charitatis, nec aliarum virtutum actus mereantur de condigno, sed tantum de congruo primam gratiam sanctificantem; et quod tam actus charitatis, quam aliarum

D. 3. p. L. 2. —

condigno

virtutum mereantur de condigno augmentum gratiae sanctificantis. 3us: ultima dispositio ad justificationem, quae coexistat gratiae santificantis, est meritum condignum primae gloriae essentialis, quae correspondet primae gratiae sanctificantis. 4us: bona opera, quae post justificationem fiunt, sunt meritum de condigno augmenti gloriae essentialis: quae dantur secundum mensuram operum, et laboris. Ex notatis fit, quod extra Sacramentum solus actus perfectae contritionis, seu actus, nullus actus seorsim ab ejusmodi contritione mereatur de condigno primam gloriam; et quod in Sacramento illam mereatur de condigno attritio, et caeterae dispositiones, quae realiter coexistant gratiae, quae in Sacramento obtinetur; et quod actus tum charitatis, tum aliarum virtutum eliciti post justificationem, mereantur de condigno augmentum gloriae essentialis.

enim —

599. 8. Arguitur 1. contra 1am Conclusionem. Ex Scriptura solis actus charitatis meretur de condigno gloriam.

8 8

ac proinde gratiam sanctificantem, quae est jus
ad gloriam: ergo aliarum virtutum actus non
sunt meritorii de ~~condigno~~ condigno gratiae, et gloriae essen-
tialis. Antecedens probatur. Ad Ephes., c.
" 3: in charitate radicati, et fundati, ut possitis
" comprehendere. Item 1. ad Corinth., c. 13: =
" si distribuero in cibos pauperum omnes facul-
" tates meas, charitatem autem non habuero,
" nihil mihi prodest. Demum: D. Augustin-
us, lib. de natura, et gratia, c. 42, et saepe alibi,
totam justitiae nostrae rationem charitati attribuit;
sed praemium gloriae essentialis correspondet nos-
trae justitiae apud Deum: ergo — 2°. Solus actus
charitatis habet aequalitatem proportionis, et
virtutis cum gloria essentiali: ergo aliarum vir-
tutum actus non merentur de condigno gratiam,
et gloriam essentialem. Suadetur antecedens 1°:
quia gloria unit hominem cum Deo, quantum
in termino potest fieri; et est possessio Dei prout
est in se: solus autem actus charitatis unit homi-
nem cum Deo, quantum fieri potest in via; et
est affectiva tendentia ad Deum prout est in se.
2°: quia in patria fruitio est quasi substantia

M. 3, C. 2.

Cum via charitatis est quasi substantialis vita animae, et aliae virtutes sunt quasi accidentia: cum autem accidentia non possint causare substantiam, consequens est, ut aliarum virtutum actus non possint de condigno mereri fruitionem Dei, et gloriam essentialem. 3°: augmento gratiae, et charitatis correspondet augmentum gloriae essentialis; per actus autem aliarum a charitate virtutum non augentur gratia, et charitas: nam habitus non augetur nisi per proprios actus: ergo &c.

Arguitur 3°

600 Contra 2. conclusionem. Opera moralia honesta non tendunt ex sua intrinseca natura in finem charitatis: ergo ut in istum tendant, debent ab operante in Deum referri relatione propria charitatis. Sed, ut sint meritoria de condigno gratiae, et gloriae essentialis, debent tendere in finem charitatis: sunt enim merita quasi via ad terminum, et quasi media ad charitatis finem: ergo — 2°: quod inter conditiones meritorum de condigno non enumerat Tridentinum relationem propriam charitatis, non probat

D. 3, S. 2.

quod ista non requiratur: neque inde enumerat, # enim 373
quod opera sint ex motivo supernaturali; et tamen
hoc requiritur: Ergo. Confirmatur: nam Scrip-
tura, et Patres frequenter exigunt ad meritum
relationem charitatis; et ideo Angelicus, 1. 2.,
" q. 114., a. 4., ad 3., concludit: dicendum, quod
" actus non est meritorius, nisi fides per dilectionem
" operetur. — 1o. Ad 1., nego antecedens; cujus proba-
tiones ex Scriptura non urgent. Ad 1. testi-
moniorum: sermo est de Charitate habituali, quae
tam necessaria est ad meritum de condigno, quam
est necessaria gratia sanctificans, propter mu-
tuam inseparabilitatem. Ad 2. testimonium:
non dicitur absolute, quod actus aliarum virtu-
tum non prosint, sed quod non prosint, nisi habea-
tur charitas: proinde habenti charitatem pro-
sunt, et quidem tamquam meritum condignum
gratiae, et gloriae: ut constat ex nostris probationi-
bus. Ad 3.: promittitur in Scripturis prae-
mium vitae aeternae diligentibus Deum; sed etiam
promittitur operibus misericordiae, et observa-
tioni mandatorum: ut constat ex testimoniis,

Q. 3. C. 2. –

pro nostra conclusione adductis. D. Augusti-
nus totam nostrae justitiae rationem Charitati
Hoc autem attribuat, non probat, quod aliarum virtutum
actus non sint de condigno meritorii, sed solum,
quod Charitas infallibiliter annexam habeat
justificationem, et quod potest imperare omnium
virtutum actus, et excludere omnem voluntatem
graviter peccaminosam. Hinc, quoniam
actus Charitatis habet infallibiliter adjun-
ctam gratiam Sanctificantem, quod aliarum
virtutum actibus non convenit; merito docuit
» Angelicus, citatus nuper: meritum vitae aeter-
» nae primo pertinet ad Charitatem, ad alias
» autem virtutes secundario.

11. Ad 2.um nego antecedens;

602

enim cujus probationes nullius sunt roboris: ea inter
omnia, quae afferuntur, pertinent ad aequalitatem
quantitatis, non ad aequalitatem proportionis, et
virtutis. Ratio: quia haec aequalitas proportionis,
constitutiva meriti de condigno, non stat in simili-
tudine praedicatorum inter meritum, et praemi-
um; sed stat in eo quod, opera sint obsequia Deo

exhibita a Dei filijs, et haeredibus regni coelestis: hoc autem convenit non solùm actibus charitatis, sed aliarum virtutum actibus ex auxilio gratiae, et in gratia sanctificante factis. Ad 1.am probationem: illa excellentia charitatis, quâ unit hominem cum Deo, facit, quod majus sit meritum charitatis, quàm aliarum virtutum; et hoc pertinet ad aequalitatem quantitatis, non ad aequalitatem proportionis. Ad 2.am: non charitas, sed gratia sanctificans, est substantialis vita animae: et hinc actus aliarum virtutum, ut condignificati per gratiam sanctificantem, habent aequalitatem cum gloria essentiali, quae est vita aeterna; et quamvis actus aliarum à charitate virtutum sint quasi accidentia in ordine supernaturali, nihilominus sunt meritum condignum gloriae essentialis: quia condignificantur per gratiam. Sic actus Christi Domini secundùm se spectati non sunt valoris infiniti; et hunc valorem habent quatenùs condignificantur à persona Verbi. Ad 3.am probationem: per actus aliarum à charitate virtutum augentur gratia, et charitas: habitus quidem acquisitus non augetur

D. 3, C. 2.

nisi per actus proprios, seclusis habitibus infusis: nam

" Justi de die in diem in justitia bonis operibus cres-

" cunt, ac magis justificantur: ut dictum est ex

Tridentino.

603 12. Ad 3.um distinguo antecedens: illud

concedo de operibus moralibus honestis naturalibus;

et illud nego de ijsdem operibus supernaturalibus:

et cadit reliquum. Omnes virtutes participant

aliquid à Charitate, ut cum Angelico dicebamus.

Marum actus supernaturales, qui fiunt ex auxilio

et virtute gratiæ, ab intrinseco sui tendunt in finem

charitatis: cum auxilium ipsum divinæ gratiæ

ab intrinseco sui in illum finem tendat. Actus super-

naturales virtutum moralium actus à Justo eli-

citi condignificantur à gratia Sanctificante.

Ergo et in ijs supernaturalibus actibus est suffi-

ciens tendentia in finem charitatis, et condigni-

tas requisita ad premium gratiæ, et gloriæ essen-

tialis.

604. 13 Ad 4.um, nego assumptum; et ad probationem

adjunctam dico: Tridentinum expressè requirit,

quod actus meritorius fit ex auxilio, et virtute

gratiæ; et in hoc ipso venit motivum supernaturale

quo operatio sit ex intentione elevata ad Deum, vel ut amandum propter se super omnia, vel ut obtinendum per beatitudinem; vel ut colendum; vel ut placandum; vel ut obsequendum. Ratio hujus doctrinæ, quam tradidi in tract. de gratia: nam si actus sistat in sola honestate naturali absque respectu ad Deum, erit quidem honestus, et laudabilis; sed non erit supernaturalis, nec gratiæ, et gloriæ meritorius. Audi D. Leonem, serm. 7. in Quadragesima, c. 2: opera bona non sunt fraudanda sua
" laude, si propter naturæ commendationem fiant; sed
" quia non ex fidei fonte procedunt, ad præmia æterna
" non perveniunt: ideo alia est conditio operum cælesti-
" um; alia terrestrium. Atqui absque relatione propria charitatis bona opera Justorum fiunt ex auxilio, et virtute gratiæ: ergo istis operibus nihil deest, ut per ipsa Justi vitam æternam promereri censeantur: ut Tridentinum definit.

14. Ad Confirmationem.

Scriptura, et Patres ad meritum condignum requirunt relationem charitatis: tum quatenus actus tendat in finem charitatis, et aliquid de charitate participet; tum quatenus actus condignifice tur

D. 3., C. 2.—

a gratia sanctificante, quam inseparabiliter comitatur charitas habitualis. Ad textum D. Thomæ

" dicendum: actus non est meritorius, nisi fides per

" dilectionem operetur: hoc est, merito primario, derivato nempè à dilectione; non autem merito secun-

a. dario, quod per se convenit aliarum virtutum actioni ex gratia auxiliante, et in gratia sanctificante factis.

" Instas: meritum vitæ æternæ pertinet ad alias vir-

" tutes secundario, secundum quod earum actus à

". Charitate imperantur: docet ibidem Angelicus.

Decurro: illud meritum præcipuum, et excellens quod est proprium Charitatis, non est secundario in actibus aliarum virtutum, nisi à charitate imperentur. At meritum non ita præcipuum, et excellens, quale est in charitate, et quod compa-

* rativè ad meritum charitatis dicitur secundarium, convenit per se aliis virtutibus, etiamsi ipsarum actus non imperentur à Charitate.

Sectio 2ª Elucidatio doctrinæ traditæ

606 Certum est, Charitatem augeri; juxta illud

15. " Apostoli ad Philip. 1, 9. : ut Charitas vestra

magis, ac magis abundet. Quæritur tamen 1º: an Charitas augeatur per actus habitu remissiores? Quæritur 2º: an actus charitatis in primo sui durationis instanti mereatur augmentum habitus? Pro resolutione harum difficultatum in varias sententias abiere Theologi, quas potes videre apud Oviedum, in 1. 2., tract. 9., controv. 3. punct. 2: in ijs resolvendis sequemur communiorem, et probabiliorem dicendi modum. Suppono, per actum meritorium augeri gratiam sanctificantem, et charitatem; et quoniam gratia Sanctificans est radix habituum infusorum, suppono etiam, quod per quemlibet actum meritorium augentur omnes habitus infusi. De habitu Charitatis, et habitibus moralium virtutum non est dubium; de habitibus fidei, et Spei, suadetur: nam, ex Tridentino sæpe citato,
" Justi per bona opera crescunt in justitia; hoc autem justitiæ incrementum affert augmentum fidei, Spei, et Charitatis: ideo addit Tridentinum.
" Hoc justitiæ incrementum petit Ecclesia dum
" orat: da Domine fidei, Spei, et Charitatis augmen-
": tum. ~~607.~~ 16.

Conclusio 1ª. Charitas, et gratia sanctificans

D. 3. C. 7. —

augentur per actus habitu remissiores. Probatur: bona opera Justorum sunt de condigno meritoria vitæ æternæ, et gratiæ sanctificantis, atque augmenti Charitatis; sed actus remissiores habitu sunt bona opera Justorum: ergo ejusmodi actus sunt de condigno meritorij vitæ æternæ, et gratiæ sanctificantis, atque augmenti charitatis: ergo Charitas, et gratia sanctificans augentur per actus remissiores habitu. Totus discursus legitime desumitur ex testimonijs Sacræ Scripturæ, et Tridentini adductis sectione præcedenti: ijs ~~inde~~ et enim universaliter stabilitur meritum bonorum operum, quæ à justo fiunt ex gratia, non exclusis actibus habitu præcedente remissioribus. Urgetur: dici non potest, quod homo sit alio deterioris conditionis eo præcisè, quia illo est justior; hoc sequetur, si actus habitu remissior non mereretur augmentum gratiæ, et charitatis: ergo. Ostenditur minor: sint duo homines, alter justus ut quatuor, alter justus ut duo; eliciant ~~actum~~ charitatis intensum ut duo: qui minùs est justus mereretur augmentum Charitatis, et gratiæ; et illud non mereretur justus ut quatuor: ergo iste ~~[illegible]~~ deterioris conditionis esset. Atqui id illi contingeret, eo præcisè

quia justior: nam per hoc precisè, quod non esset justior, sed aequè justus cum illo alio, mereretur similiter per actum illum, augmentum charitatis, et gratiae sanctificantis: ergo. — Dices 1º: actus remissior habitu 608
11. est meritorius per hoc precisè, quod mereatur conservationem gratiae, et charitatis praecedentis; et per hoc, quod homo per actum remissiorem mereatur augmentum gratiae, et charitatis conferendum postea, quando homo melius se disponet per actum intensiorem: ergo charitas non augetur per actum habitu remissiorem — Nego utramque partem antecedentis: nam minus justus mereretur non precisè conservationem gratiae praecedentis; neque augmentum postea conferendum: ac proinde magis justus eo precise, quia magis justus, esset deterioris conditionis; quod absurdum est. — Rursus: gratia praecedens conservatur precise per hoc, quod non admittatur peccatum lethale: ergo actus remissior habitu id tantum mereretur, quod debitum aliunde erat; et hoc etiam absurdum est. Denique juxta Tridentinum Justi per bona opera in

Sanctitate crescunt, atque adeo per actus habitu remissiores. Non crescerent in sanctitate, si tantum merentur conservationem gratiæ per habitu: ergo ×
actus et per habitu remissiores merentur gratiæ augmentum. Quod autem istud conferatur statim, suadetur: tum quia alter justior, qua præcisè justior, esset deterioris conditionis, quam minus justus; tum quia actus intensior, qui eliciatur postea, habet adæquatè suum præmium in augmento gratiæ sibi correspondente, ac proinde frustra dicitur, quod sit dispositio ad gratiam, quæ correspondebat actui præcedenti; tum denique quia si postea nullus actus eliciatur, actus præcedens manebit sine præmio. Decimus.

~~60…~~ 18.

Augmentum gratiæ correspondens actui remissiori, si in via nullus deinceps actus intensior eliciatur, dabitur in patria, in ipso ingressu beatitudinis.

Contra: nam Tridentinum citat: sess. 6., c. 10, universaliter docet: „quod justi euntes de virtute in virtutem, renovantur de die in diem, et in justitia bonis operibus crescunt, atque magis justificantur: ergo incrementum gratiæ confertur

statim in via, non reservatur conferendum in patria.
Praeterea: vel augmentum gratiae confertur in patria dependenter a nova libera dispositione; vel independenter ab ista. Si 1us: ergo illa libera dispositio poterit non poni; et sic poterit manere sine praemio actus, qui in via fuit meritorius; quod dici non debet. Si 2us: ergo sicut in patria sine nova libera dispositione conferretur augmentum gratiae, sic et in via poterit conferri. Cur itaque non conferetur in via? <u>Ergo</u>

10. Dices 2o: qui elicit actum remissiorem habitu, ~~[illegible]~~ is tepidè utitur habitu; sed qui tepidè utitur habitu, non meretur augmentum illius: ergo qui elicit actum remissiorem habitu, non meretur illius augmentum: ergo charitas non augetur per actum habitu remissiorem. — Concessa majore, nego minorem: nam qui ~~tepide~~ tepidè utitur habitu, is benè, quamvis non optimè, habitu utitur; utitur siquidem habitu per actum tepidum, qui secundum negativum ~~[illegible]~~ tepiditatis ~~[illegible]~~ dicit negationem majoris perfectionis, solùm et secundum positivum dicit perfectionem actûs

D. 3., C. 2.

honesti, Deo obsequiosi, et supernaturales facti ex gratia auxiliante, et in gratia sanctificante.

» Nec illud Apoc. 3.; quia tepidus es, incipiam

» te evomere ex ore meo: accipitur de tepiditate quæ sibi adjungit negligentiam peccaminosam, saltem venialiter: ut explicat Angelicus, q. 13, ad 4um.

» Inde etiam illud Sanctis familiare; in via Domi-

» ni non progredi, regredi est: non est contra nostram doctrinam. Ratio: quia is, qui elicit actum habitu remissiorem, vere progreditur, quamvis lente progrediatur.

2º. Instas. Habitus naturalis acquisitus non augetur per actus remissiores; nam potius isti actus conducunt, ut deperdatur habitus: ergo habitus infusus charitatis non augetur per actum habitu remissiorem. Occurro per manifestam retorsionem: nam actus charitatis habitu remissior conduceret, ut deperdatur habitus; quod est absurdissimum. Admisso antecedente, nego consequentiam, propter manifestam disparitatem: nam habitus naturalis acquisitus dependet ab exercitio actuum similium iis, a quibus

generatus est: quia propter facilitas ad actus intensos paullatim decrescit, siij actus non repetantur; per actus autem remissos incipiet generari alia facilitas, sive alius habitus ad actus similiter remissos. E converso: charitas infusa augetur per actus, hoc modo, ut actus moveat Deum ad augmentum habitus; actus autem remissior habitu habet quidquid ex natura rei, et ex lege Dei requiritur, ut Deus intuitu actus moveatur ad concedendum augmentum habitus: est ~~[illegible]~~ enim bonum opus hominis justi ex virtute, et auxilio gratiæ factum. 512

21. Conclusio 2ª.

Actus charitatis, et aliarum similiter virtutum, sunt meritorii in primo suæ durationis instanti. Probatur: nam actus charitatis, et aliarum etiam virtutum, habet in primo durationis instanti quidquid requiritur, ut sit meritorius: habet enim ~~[illegible]~~ in eo instanti esse actum honestum supernaturalem, Deo gratum, potentem movere Deum ad retributionem, et a gratia sanctificante habet æqualitatem, seu condignitatem: ergo actus charitatis, et aliarum similiter virtutum, sunt

tt sup. meritoriis in primo durationis instanti. Confirmatur: peccatum mortale statim, atque committitur est demeritorium, et expellit gratiam: ergo actus charitatis statim, atque elicitur, est meritorius, et auget gratiam. Consequentia est a fortiori: cum Deus promptior sit ad præmiandum, quam ad puniendum; præmiet ultra condignum, et citra condignum puniat.

643. 22. Oppones. Si actus charitatis sit meritorius in primo durationis instanti, consequens est, ut actus, quo per plura instantia durat, eo sit magis meritorius, et majus præmium mereatur. Sequella est absurda: ergo. Minor probatur. 1°: quia jam si duret per aliquod tempus constans infinitis instantibus, actus erit infinite meritorius, et infinitum præmium merebitur; quod est absurdo majus. 2°: quia si duo homines actu æquales perfectionis imperent sibi ipsis dilectionem Dei per unam horam, æquale præmium uterque merebitur, quamvis alter ante expletam horam è vita discedat; ac proinde major duratio actus non auget meritum.

642. 23. Respondetur, concessa majore,

enim
370

negando minorem: doctrina # illa, quae dicitur ab-
surda in argumento, communis est theologorum sen-
tentia, uno dissentiente Bañesio; et probatur
efficaciter. 1°: quia unusquisque propriam mer-
cedem accipiet, secundum suum laborem: ex Apos-
tolo, 1. Corinth., 3. Atqui, caeteris paribus, plus
laborat, qui per horam durat in bono opere, quam
qui durat per quadrantem: ergo. 2°: nam ad fastigia
celsiora mora ipsa passionis ascenditis, longoque
temporis ductu, glorias vestras non trahitis, sed
augetis: ut allo quitur Sanctos Confessores D. Cypri- [redacted]
anus, ~~Epistol. 16.~~ 3°: quo plus durat actus peccami-
nosus, gravius est peccatum, et majus supplicium
meretur; duratio # est circumstantia aggravans
malitiam: ergo a pari, quo plus durat actus ho-
nestus, est majus meritum, et meretur praemium
majus. 4°: licet idem sit actus quoad substantiam
in tota duratione, atque in primo instanti, nihil-
ominus a duratione redditur moraliter, et equi-
valenter multiplex; et durare in actu bono, hoc
ipsum est laudabile, Deo gratum, et obsequio-
sum: quapropter ex hoc ipso redditur magis me-
ritorius actus, et acceptatur ad majus praemium.

Epistol. 16. alloquitur ad le

enim

D. 3, C. 2. —

~~645.~~

24. Probationes minoris non urgent. Ad 1am, negetur cum Zenone contra Aristotelem, quod quantitas temporis claudat instantia in infinitum divisibilia; et cadet suppositum probationis. Hoc omisso, dicatur, actum pro majore duratione esse magis meritorium: non secundum partes proportionales temporis, quae sint infinitae, sed secundum aliquotas, quae finitae sunt. Ad 2am, si uterque homo aequaliter duret in actu imperante, aequale erit utriusque meritum; inaequale autem, si ille qui durat per horam in dilectione ~~imperante~~ ~~imperata~~ · x · duret pariter in actu imperante. Haec responsio est ~~[illegible]~~ · x · dicentium, quod actus imperatus non addit meritum; in opposita autem sententia, cui subscripsi in tractatu de divina gratia, negandum est probationis assumptum.

[margin: imperata, · x · in sententia]

Nota.

~~646~~

24

Augmentum meriti per durationem probabilius adstruitur geometricum, quam arithmeticum: ita ut crescat meritum, non per instantia, sed per minima naturalia, et brevissimas morulas; aliqua ~~[illegible]~~ · x · est duratio, qua naturaliter explet potentia in sua operatione, ~~[illegible]~~ · x · naturaliter ~~[illegible]~~ · x · temporis punctum ab operatione desistat. Iterum: ~~continuato~~ in actu · x · continuatio

[margin: x. et enim; · x · quin; x post]

non tantum premij meretur, quantum ipsorum actuum repetitio: in continuatione namque non reperitur nova libertas, nova applicatio, novusque voluntatis conatus; atque circumstantiæ reperiuntur in actuum repetitione. Demum: homo nihil, nisi quod à Deo accipit, donat Deo; nihil autem donat Deo, quin iterùm à Deo premium accipiat; et quo plùs homo Deo donat, plùs premij à Deo meretur. Hinc crescit meritum ad majus premium, crescente specifica bonitate actùs, ejus intensione, duratione, et similibus circumstantijs concernentibus valorem moralem actus. Quænam autem sit illa proportio, quam Deus servat in commensurando premium cum merito, non potest facilè determinari: neque enim colligitur ex authoritate Sacrâ; neque àpriori, aut à posteriori per rationem potest deprehendi: ut rectè notavit Platell. hic, Cap. 3., §. 3., n. 228

Disputatio 2ª

De Virtutibus theologic. in comuni

Post disputationes de Theologicis singulis Virtutibus, pauca veluti spicæ colligendæ manent, quæ ad

— vam multas resolvi

earundem Virtutem communem considerationem propius spectant. Multas difficultates, quae hic avocari possunt, resolvi ~~nam~~ in tractatu de Poenitentia, ~~nam~~ in tractatu de gratia, atque etiam in praecedentibus disputationibus.

Caput 1us.

Difficultates aliquot breviter resolutae.

Sectio 1a

Doctrina in compendium redacta

647.

N. 1. "Virtus, ex Arist., 2. Ethyc., c. 2., et 6, // definitur: habitus electivus, secundum rectam rationem; et: habitus, qui bonum facit habentem; atque etiam: dispositio perfecti ad optimum." Earum definitionum rectitudinem comprobare poteris facta inductione per omnes virtutes tum intellectus, tum voluntatis. Non hic agimus de Virtutibus naturalibus, et pure acquisitis:

harum

~~[illegible]~~ existentiam supponimus contra Bajo-Jansenistas. Ratio: nam libertas ad bonum naturale honestum est homini connaturalis.

Homo ductu, lumine, atque virtute naturæ plerasque opera legis naturalis facit; in homine est ~~infusa~~ insita vis naturæ, qua legitimum aliquod anima rationalis et sentit, et facit. Hæc omnia late probavi ex Scriptura, Patribus, et ratione in tractatu de divina gratia. Atqui ex repetitione actuum naturalium honestorum generatur naturalis habitus ad similes actus; istique habitus est virtus naturalis, et pure acquisita: est enim habitus electivus secundum rectam rationem: ergo dantur virtutes naturales, et pure acquisitæ, nempe per actus honestos viribus arbitrij facti. Non de istis virtutibus, quæ steriles sunt gratiæ, et beatitudinis, sed de infusis, et supernaturalibus, est nobis sermo. 648

2. Propositio 1.a Virtus supernaturalis, et infusa est habitus à Deo homini collatus ad actus ordinis divini, qui ex sua intrinseca, et propria excellentia superant vires inductivas physicas, et morales totius naturæ. Explicatur: actus supernaturales honesti sunt ordinis divini: conducunt enim per se ad gratiam sanctificantem,

Et ad visionem beatam: hæ autem sunt formæ, per quas natura creata elevatur ad ordinem divinum, et redditur particeps divinæ naturæ, evaditque Deiformis. Hinc ejusmodi actus prærequirunt gratiam per Christum; quod de actibus credendi, sperandi, et diligendi, atque pœnitendi, prout oportet ad gratiam justificationis, definit Tridentinum, sess. 6., Can. 3: atque de omni omnino actu quo homo faciat bonum aliquod pertinens ad æternam salutem, definit Arausicanum, can. 7. Igitur virtutes, quæ sunt ad ejusmodi actus supernaturales, ipsæ sunt supernaturales, atque à Deo hominibus infunduntur.

619. 3a. Propositio 2a. Gratia sanctificans affert secum virtutes supernaturales, et infusas ad omnem actum honestum. Constat: nam per gratiam sanctificantem Deus maxima, et pretiosa nobis promissa donavit; et in his ipsis omnia divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam, et pietatem conferunt: ut habetur, 2. Petr., cap. 1. Hæ virtutes, quæ gratiam sanctificantem comitantur, non continentur in ternario Fidei, Spei, et Charitatis.

Sed sunt multæ aliæ: ut religio, pœnitentia, quæ sunt virtutes ad Deum; misericordia, et justitia, quæ sunt virtutes ad proximum. Ideo D. Augustinus, tract. 8., in 1. Epistol. Joannis, comparat virtutes exercitui, cujus imperator est Deus, qui per gratiam sanctificantem sedet intus in mente homini. Igitur gratia sanctificans est radix omnium virtutum infusarum: quatenus ipsa est forma constituens hominem viventem vita Divina; ac præterea ipsi debentur potentiæ operativæ actuum divinorum: habitus autem infusi sunt ejusmodi potentiæ. Hinc non requiritur, quod à gratia sanctificante producatur physice virtutes infusæ; satis enim explicatur, quod gratia sit illarum radix, per hoc quod gratiæ sanctificanti omnes illæ virtutes debeantur. Sic rem istam explicuit D. Dionys. de Eccl. Hierarch., Cap. 2., parte 1: "ut divina operemur, necessaria est sacratissima illa, et ineffabilis operatio, qua divinus in nobis status efficitur."

620.

4. Propositio 3.a Certum omnino est, existere in justis habitus infusos fidei,

Spei, et Charitatis. Constat: nam Tridentinum,
» sess. 6., Cap. 7., definit, justificationem fieri per volun-
» tariam susceptionem gratiæ, et donorum; et addit:
» in justificatione hæc omnia simul infusa accipit
» homo per Jesum Christum, cui inseritur, fidem,
» Spem, et Charitatem. Atqui non loquitur de
actibus: nam susceptio gratiæ, et donorum subse-
quitur præparationem hominis, quæ fit per
actus fidei, Spei et Charitatis; et id ipsum,
quod præsupponitur ut dispositio, nequit subinferri
ut terminus dispositionis: ergo loquitur de ha-
bitibus fidei, Spei, et Charitatis. Rursus:
Moguntinum, cap. 7., docet, hominem in justi-
» ficatione accipere Dei gratiam, fidem, et Chari-
tatem in corde diffusam, ac spem; et addit: quod
» iis donis in ipso manentibus.... vere existit justus.
Dona autem manentia, non sunt actus, sed
habitus: ergo in justis sunt habitus infusi fidei,
Spei, et Charitatis. Doctrina data aut est
de fide, aut est sententia fere omnium theolo-
gorum, aut theologice certa, ut volunt pauci
aliqui.

~~624~~ 5. Propositio 2a. Certum etiam est,

praeter Fidem, Spem, et Charitatem, dari in justis virtutes alias, per se infusas, intrinsece super naturales, et naturae indebitas. Deducitur ex definitione Clementis V., in Concilio Vien. et habetur in Clementina unic. de Summ. Trinit. Ibi

„ concluditur: opinionem, quae dicit, tam parvulis

„ quam adultis, conferri in baptismo, informan-

„ tem gratiam, et virtutes, tanquam probabilio-

„ rem, et dictis Sanctorum, ac Doctorum mo-

„ dernorum Theologiae magis consonam, et confor-

„ mem, Sacro approbante Concilio, duximus eligen-

dam. Atqui temerarium esset, dicere, esse falsam illam opinionem, quam ut probabiliorem et dictis Sanctorum conformiorem eligit Pontifex, et Concilium approbat: ergo haec ipsa opinio vera est. Dices modo: in data definitio-ne non est sermo de fide, Spe, et Charitate tantum. 1º: quia nomen virtutum est genericum, et comprehendit omnes veras virtutes. 2º quia hoc ipsum est, quod docebat sententia illa Docto- rum modernorum Theologiae, quam eligit Pon- tifex, et approbat Concilium. 3º: nam Controversia

D. 4. C. 4. —

determinata a Clemente V. eadem est, quam prius proposuerat Innoc. III. Cap. Majores de baptismo; Innocentius autem sic disserit:
" Illud autem, quod opponentes inducunt, fidem
" aut Charitatem, aliasque virtutes, parvulis
" non infundi, á plerisque non conceditur absolute.
En controversia erat de alijs virtutibus distinctis ab illo ternario: neque enim propter fidem, et Charitatem, essent virtutes aliq; cum solùm superesset Spes. —

622. 6. Propositio 5.a Virtutes infusæ dant potentiæ naturali posse simpliciter ad actum supernaturalem. Explicatur: non ideo dicitur, quod habitus infusus dat simpliciter posse, quia sine ipso non stet posse simpliciter: ad initium namque fidei non ~~praeponitur~~ præsupponitur habitus infusus; et præsupponitur posse simpliciter. Neque ideo habitus infusus dicitur, dare posse simpliciter, quia cùm ille adest, non detur aliud ~~principium~~ principium sufficiens ad actum; datur siquidem istud aliud ~~[illegible]~~ quod est gratia actualis, per quam ex Concilijs, et Patribus (ut latè docuit in tractatu de divina gratia) suppletur, non solùm in genere moralis,

sed et in genere effectivo, insufficientia naturæ D.4., S.1. —
ad actum salutarem. Igitur habitus infusus 385
dat posse simpliciter: non quidem ad actum
secundum substantiam; sed ad majorem perfec-
tionem, quam ab habitu potest actus accipere. In
hoc stat verum discrimen habitus infusi ab aquisito:
nam potentia se ipsâ non valet ad illam majorem
~~[illegible]~~ × perfectionem, ad quam elevatur per × actus
habitum infusum; valet autem ad actum cum
tota illa perfectione, cum quâ illum facile ponit
sub habitu acquisito. Ratio hujus: nam habitus
naturalis acquisitus oritur ex prævijs actibus
naturalibus præcontentis in potentia naturali:
ergo ejusmodi habitus non extenditur ad alios
actus, qui non præcontineantur similiter in poten-
tia naturali: ergo hæc potest simpliciter, quamvis
difficile, elicere actum cum tota illa perfectione
cum quâ illum facile ponit sub habitu acquisito.

Propositio 6.ª 628

Virtutes infusæ non dant simpliciter facili-
tatem ad actum supernaturalem. Ratio:
nam stat, quod habitus infusus sit intensissimus,
et quod magna sit difficultas ad actum. 1.º nam

De Virt. Theol. C.º 4.º

siquis post multos heroicos virtutum actus incidat in lethale, ineoque per magnum tempus perseveret, et postea resurgat, iste recuperat totam gratiam, et intensos habitus infusos, quos prahabuerat; et tamen experitur magnam difficultatem in eliciendis virtutum actibus, quos diu supponitur intermisisse. 2º: quia si maximus peccator se disponat per intensissimum charitatis actum ad justificationem, magnam assequetur gratiam, et habitus intensos; et tamen constat, quod magnam experitur difficultatem in exercitio virtutum. Dices: id provenit ex presuppositis habitibus vitiosis. Contra; nam si habitus infusi dant simpliciter facilitatem expellentur habitus vitiosi, in quibus, stat difficultas: difficultas namque per facilitatem expellitur; atqui habitus vitiosi per oppositos infusos non expelluntur: ergo habitus infusi non dant simpliciter facilitatem ad virtutum actus.

8. Propositio 1ª

Actus supernaturales virtutum augent meritorie habitus infusos, et generant acquisitos; qui sunt naturales. Utraque doctrinæ pars est certa;

quod autem habitus acquisiti generati ex super-
naturalium actuum repetitione sint naturales,
suadetur sic. Eadem est difficultas ‡ actum super-
naturalem, atque ad naturalem ejusdem virtutis:
ergo per eandem facilitatem vincitur difficultas ad
unum, et alterum actum. Sed difficultas ad actum
naturalem vincitur, per acquisitum habitum na-
turalem: ergo per eundem habitum naturalem
acquisitum vincitur difficultas ad actum superna-
turalem: ergo actus supernaturales generant
habitum acquisitum naturalem; vel, si iste praesup-
ponatur, ipsum intendunt. Omnia constant ex
antecedente; et hoc probatur: nam tota difficultas ad
actum est ex materia, et ex objecto motivo, atque
ex efficacia, et firmitate; atqui eadem est materia,
et objectum motivum, eadem est efficacia, atque
firmitas in actu naturali, atque in supernaturali
ejusdem virtutis: ergo eadem est difficultas ad actum
supernaturalem, atque ad naturalem ejusdem
virtutis. Confirmatur: difficultas, et facilitas
discernuntur practice a potentia; sed inter actus
supernaturalem, et naturalem ejusdem virtutis
potentia practice non discernit: ergo eadem est ad ambos

‡ ad

B. L. C. I. — Sive facilitas, sive difficultas. Nota: habitus acquisitus est ad actus similes ijs, à quibus est genitus: non omnimodo similitudine; sed similitudine quo- materiam, ad ~~~~~~~ motivum, et alias qualitates practicè discernibiles.

~~625~~ 9. Propositio 8.a Ex Virtutibus in- fusis tres tantùm sunt Theologicæ, Fides, Spes, Charitas. Hanc doctrinam Theologi desumunt ex sepissimè adducto Apostoli testimonio: "nunc au- "tem manent tria hæc, Fides, Spes, Charitas. Ratio: nam Deum non possumus attingere, nisi sub ratione veri, et sub ~~~~ boni: Deum autem ratione sub ratione veri sola Fides attingit; sub ratione boni Deus duobus modis attingi potest. 1.o: prout est summum bonum nostrum; et sic attingitur per Spem. 2.o: ut est summum bonum in se ipso, et propter se amabile; et sic attingitur per charitatem. Atqui Virtutes theologicæ sunt, quibus Deus attingitur: ergo; tantùm enumeratæ tres, sunt Theologicæ virtutes. Explicatur ratio facta: illæ virtutes sunt theologicæ, quæ suo actu directè, et immediatè attin- gunt Deum, et non purè ut subjectum cuij; sed iste modus attingendi Deum tribus tantùm assignatis

B. 1; C. 1.

327

virtutibus convenit: ut per singulas discurrendo suis locis ostensum est, et constabit amplius ex dicendis infrà, ~~...~~ ergo. 626

10. Propositio 3.a

Virtutes morales infusæ sunt multæ, inter seipsas, et à charitate realiter distinctæ. Constat ex authoritatibus adductis, ~~...~~ num. 9. quibus adjungo egregium D. Augustini testimonium, lib. de dono perseverantiæ, Cap. 17. ibi, ~~...~~ bonum docuit, Castitatem esse Dei donum, subjungit: "quod dixi de Castitate, hoc de Fide, hoc de Spe, hoc de Charitate, hoc de omni obedientia, quia obeditur Deo, veracissimè dicitur. Ecce omnium virtutum actus, quibus Deo obsequimur, ~~...~~ sunt Dei dona, sicuti actus Theologicarum virtutum: ac proinde ad omnium virtutum moralium actus sunt habitus infusi. Quod autem inter se, et à charitate distinguantur realiter, ægrè à ratione probatur: tum quia omnes virtutes morales infusæ, simul cum Charitate infunduntur, et amittuntur; tum quia sicut una potentia naturalis sufficit ad omnes actus naturales, sic unus habitus infusus posset sufficere ad omnes virtutum moralium actus. Nihilominus, cum

B. 4., C. 1.

ordo supernaturalis servet proportionem ad ordinem naturalem; et cum virtutes naturales acquisitæ distinguantur inter se; Dicendum est, quod habitus infusi moralium virtutum inter se, et à charitate distinguantur. Habituum distinctio desumitur ex diversis objectis formalibus totalibus. Sic Angelicus, 3 p., q. 85., a 2: Species habituum distinguuntur secundum species actuum; et ideo ubi occurrit specialis actus laudabilis, illic necesse est, ponere specialem habitum virtutis.

II. Propositio 1a.

627. Nullus supernus habitus infunditur, quin simul infundatur gratia sanctificans. Sic antiquiores Theologi, D. Thomas, Bonav., Scot., et alij, quos sequitur C. de Lugo, disp. 16. de fide, s. 2. Probatur: nam de habitibus infusis virtutum moralium, res est certa; de habitibus Fidei, et Spei, suadetur ex Tridentino, sess. 6., cap. 7: in ipsa justificatione hæc omnia simul infusa accipit homo, fidem, Spem, et Charitatem: ergo antequam homo justificetur, et Charitatem accipiat, non accipit fidem, et Spem infusas? Verum est, quod adverbium, Simul, aliquando accipitur pro voce, pariter; ut

D. Cap. 18. Eccli, ubi dicitur: Deus creavit omnia simul.
Sed usitatissima illius adverbij significatio stat pro
~~[illegible]~~ tempore; et in hoc significatione usurpa- Simultate
tum esse a Tridentino, probatur: nam dicit, quod
in justificatione ipsa infunditur Fides, et Spes;
justificatio autem est in eo instanti, in quo gratia
sanctificans infunditur. Quod ibidem subjungit
D. Tridentinum: Fides, nisi ad eam Spes accedat, et
D. Charitas, non unit perfecte cum Christo; non sic intel-
ligitur, ut prius tempore infundatur aliquando
Fides, et Spes, quam Charitas, sed ita, ut Fides
sit prioris naturae, quam Charitas: et quod Fides
se sola justificare non possit. Ratio doctrinae data:
nam gratia sanctificans est radix omnium virtu-
tum infusarum, ex dictis, ~~[illegible]~~: ergo nulla virtus supra
supernaturalis infunditur, nisi praeinfusa gratia Disp. de Cha-
sanctificante. Conservantur quidem in peccatore ritate:
Fides, et Spes; sed hinc non est argumentum ad
primam infusionem 1°. quia illa conservatio est ex
speciali Dei misericordia, de qua nos docet sacra au-
thoritas; at haec nos non docet de infusione Fidei, et
Spei sine gratia, et Charitate. 2°: quia sicut major
dispositio requiritur, ut infundatur, quam ut

D. 2., C. 1. —

×gratia sanctificans, sic major dispositio requiritur ut infundantur

conservatur fides, et spes: hæc autem major dispositio stat in actibus, quibus peccator disponitur ad justificationem, in qua hæc omnia simul infusa accipit homo fidem &c.

12.

scriptura; ×

Propositio II.a Charitas et omnes virtutes morales infusæ expelluntur omni, et solo peccato mortali. Constat: nam ex Scriptura ††

gratia et charitas inseparabiles sunt. Mater illo:

Scriptura dictis, et Patribus; qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. Atqui omni, et solo peccato mortali expellitur gratia Sanctificans: ergo omni, et solo peccato mortali expellitur Charitas. Rursus: deficiente radice, deficiunt proprietates; nisi pro aliqua, vel aliquibus datur specialis ratio; sed gratia Sanctificans est radix virtutum moralium infusarum: ergo deficiente gratia Sanctificante, deficiunt omnes virtutes

†† enim

morales infusæ: neque enim pro aliquibus tunc conservatione est specialis ratio, sicuti est pro conservatione spei, et fidei: ergo cum expellatur gratia Sanctificans omni, et solo peccato mortali; consequens est, ut omni, et solo peccato mortali expellantur omnes virtutes morales. Per peccata venialia remittitur fervor Charitatis; sed

Charitas ipsa non minuitur: et hoc est certum. 1º: quia si quis haberet tantum quatuor gradus charitatis, et gratiæ, et continuata serie committeret quatuor venialia, totam gratiam, et charitatem deperderet: et redigeretur ad statum, in quo nec esset in peccato mortali, neque in statu justitiæ; quod in hac providentia est impossibile. 2º: quia si per peccatum veniale minueretur charitas, etiam minueretur gratia sanctificans, et gloriæ essentialis præmium antecedenter debitum; hic autem interveniret excessus pœnæ gravis, supra levem culpam. Atqui cùm aliquis delinquit in minori, non meretur detrimentum pati in majori; ut rectè docet Angelicus, 2.2., q. 24, a. 10: ergo. — 629

13. Propositio 12ª. Fides habitualis infusa amittitur omni, et solo peccato interno infidelitatis. Hæc posterior pars constat ex Tridentino sess. 6, cap. 15., definiente, quod gratia justificationis amittitur quolibet peccato mortali, non tamen fides. Separabilitas fidei à gratia sanctificante constat ex illo Apostoli: si habuero omnem fidem charitatem non habuero, nihil sum; et ex illo Jacobi:

D. 4., C. 1. –

" Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Igitur voluit Deus congruentissime, ut in peccatore fideli maneat habitus fidei, ut possit connaturaliori modo elicere actus fidei, quibus ad justificationem disponatur. Posterior pars constat etiam ex Tridentino, nuper citato: docet enim, quod Fides amittitur peccato infidelitatis. Hoc non potest accipi de fide actuali: quo enim modo fidem actualem amittat, cum implicet, quod illa habeatur à committente peccatum infidelitatis? Ergo Fides habitualis est, quae eo peccato amittitur. Praeterea: Apostolus de quibusdam, qui non totam fidem, sed unum resurrectionis articulum negarunt, dicit 1, Timo., c. 1: circa fidem

" naufragaverunt; quo aptè innuitur, habitum fidei absolutè, et totaliter peccato infidelitatis deperdi. Voluit itaque Deus congruentissimè, quod non maneret ejusmodi habitus in illo, qui suo peccato contemnit motivum illius. Quod autem habitus fidei non amittatur infidelitate purè externa certum est: nam qui purè externè negat fidem, non est haereticus; verè dispositus est ad credendum, immo, et verè credit.

Propositio 13.ª Infidelitas, qua fides infusa amittitur, est dissensus, dubitatio, atque etiam deliberata formido de objecto à Deo revelato, stante sufficiente revelationis propositione. Constat: nam quolibet ex numeratis modis, negatur, aut esse verum, aut esse certum, atque infallibile, quod Deus testatur, quando sufficienter constat, Deum esse testatum; et sic qui eo modo se gerit, facit Deum mendacem. E contrario: qui ex ignorantia culpabili aut negat, aut se exponit periculo negandi articulum à Deo revelatum, peccat contra fidem, sed non peccato infidelitatis, expellente fidei habitum: nam sic peccans credit, quæcumque sibi sunt sufficienter proposita, tamquam revelata à Deo; et dispositus est ad credenda, quæcumque sibi proponantur sufficienter: unde abest pertinatia. Hæc autem requiritur ad peccatum infidelitatis: ut constat ex cap. Damnamus de summ. Trinitate. — 634.

15. Propositio 14.ª Spes habitualis infusa amittitur, tum peccato destruente fidem, tum peccato desperationis. Constat pars 1.ª: nam fides juxta Patres, et Theologos est fundamentum

D. 4. C. 1. — totius ordinis supernaturalis: ac proinde fides

31

et secundum actum, et secundum habitum est prior natura spe; et hac expellitur, expulsa fide. Constat etiam 2.ª pars: nam peccatum desperationis directè opponitur spei, et ejus formali motivo; sed quodlibet mortale expellit habitum infusum, cui directè opponitur, et cujus formale motivum destruit; et est unanimis Theologorum sensus: ergo peccato desperationis expellitur habitus infusus spei. Desperatio potest esse vel quatenus opponitur fiduciæ, vel quatenus opponitur desiderio consequendi ultimum finem. 1.º modo dicit dejectionem animi, et resilientiam à consequenda beatitudine propter difficultatem, aut propter incertitudinem. 2.º modo dicit contemptum, aut odium beatitudinis, aut alium actum directè oppositum amori, et desiderio consequendi Deum, nostrum finem ultimum. —

-lientiam

632. 16. Propositio IV. Peccatis distinctis ab infidelitate, et desperatione non expellitur habitus infusus spei. Deducitur ex Tridentino, sæpè citatis Sess. 6., et Cap. 7.

docente, quod fides, nisi ad eam accedat spes, et charitas, non facit vivum Xpti. membrum; per quae verba videtur supponere, quod, sicut fides, sic etiam spes, possit esse informis in peccatore. Rursus: non expellitur spes per solam peccaminosam omissionem actus spei praecepti; sicuti non expellitur fides per solam omissionem actus fidei, pro quo urget praeceptum: Ratio: quia illa peccaminosa sperandi omissio non opponitur directe motivo spei. Denique: nec expellitur spes per peccatum praesumptionis, dum separetur ab ab infidelitate. Praesumptio est ~~[illegible]~~ directa, atque ·x· inordinata,
~~[illegible]~~ spes. 1º si aliquis praesumat obtinere x immoderata
beatitudinem viribus solius arbitrij; ut praesumebat Pelagianus. 2º si aliquis praesumat obtinere beatitudinem ex mera liberalitate Dei, sine bonis operibus; ut praesumit Lutheranus. Ita praesumptio conjuncta haeresi formali expellit habitum spei. At si absit haeresis, praesumptio non expellit illum habitum; esse autem potest praesumptio sine haeresi. 1º si quis ita se gerat, ac si non crederet, necessarium esse Dei auxilium; in quantum nihil sit solicitus de implorando auxilium Dei. 2º si quis ita se gerat, ac si non crederet, necessaria

esset bona opera; in quantum sic vivat, ac si certissimè
sciret, quod in mortis articulo esset pœnitentiam
acturus. Quod autem ista simplex præsumptio
non expellat habitum spei, probatur: nam qui
eo modo præsumit, potest adhuc sperare beatitudi-
nem consequendam beneficio Dei; et per pœnitentiam
agendam in mortis articulo: unde ejusmodi præ-
sumptio nullum actum includit directè oppositum
motivo formali spei.//

633 D. Propositio 16a. Habitus
charitatis, et gratia sanctificans eadem proportio-
ne producuntur, intenduntur, et remittuntur;
Hinc in omnibus justis, viatoribus, et beatis, est cha-
ritatis habitus; sed iste non est intensior in patria,
quàm fuerit in via. Postrema hæc doctrinæ pars
suadetur: tunc reddet unicuique secundum opera ~~sua~~ (ejus)
Matth. C. 16. Ergo in patria non augetur
habitus nisi fuerit meritum in via; sed merito
in via statim confertur augmentum gratiæ, et
charitatis correspondens: ergo non superest augmen-
tum gratiæ, et charitatis conferendum in patria: ergo
habitus charitatis non est intensior in patria, quàm

fuerit in via. Certum est, quod Deus premiat ultra condignum: sed istud premium ultra condignum quod attinet ad augmentum gratiæ, et charitatis confertur statim, atque elicitur actus meritorius. Quod autem actualis charitas patriæ sit major, et specificè diversa à dilectione charitatis in via, docui cum D. Thoma in tract. de beatitudine.

18.

Propositio 17.a 632

Habitus fidei infusæ est tantum in viatoribus fidelibus, et in justis in Purgatorio detentis. Ex 1.a parte sequitur, quod Angelus, et homo in prima creatione habuerint fidei habitum: quo videlicet connaturaliter elicerent actus fidei, spei, et charitatis, quibus beatitudinem promererentur. Pars 2.a constat: nam quamvis in purgatorio non sit status viæ quoad merendum, aut demerendum; est nihil ominus status viæ quoad credendum, sperandum, atque diligendum: viatorum autem, et tendentium ad Deum ultimum finem et proprium, ambulare per fidem: Ex Apostolo, 1. Corinth., c. 3. Quod in damnatis non sit habitus fidei, ex eo probatur, quod sint in statu, in quo nullum super-

rium

fidei actum habere possint; quamvis aliquam fidem naturalem possint habere: ut cum D. Thoma explicatur, ~~n. 366.~~ Quod vero habitus fidei infusæ non fuerit in Christo Domino viatore, nec sit in Beatis, probatum manet, ~~n. 635.~~

loco suo Diss. 1. eadem Disput., loco ~~635~~ suo.

19. Propositio 18.ª

Habitus spei infusæ tantum non datur in damnatis, atque in viatoribus infidelibus, aut desperantibus. Quod in enumeratis subjectis ille habitus non datur, et quod detur in viatoribus fidelibus non desperantibus, constat ex dictis. Quod detur in animabus purgatorij, probatum est, ~~n. 642.~~ Superest probandum, dari ejusmodi habitum in Beatis, et probatur sic: nam licet in Beatis non sit primarius spei actus, cum possideant beatitudinem; sunt tamen alij actus spei. 1.º gaudium de possessione summi boni. 2.º actus proprius spei de gloria corporis, quæ est supernaturaliter futura. 3.º fiducia cum omnimoda securitate de æterna perseverantia beatitudinis: hæc ~~unde~~ enim quamvis non sit simpliciter futura, secundum negationem futuritionis, est futura secundum quid; quatenus dicit existentiam

Diss. 2., c. 2., n. 6.

actuum beatificantium pro tempore sequenti. Atqui tatenùs in Beatis non esset habitus Spei infusæ, quatenùs in ipsis foret otiosus, et nullum actum posset elicere: ergo cùm hoc sit falsum, verum est, quod in Beatis maneat habitus Spei infusæ. Scriptura, et Patres significant, Spem non remanere in patriâ; sed est sensus: quod non remaneat actus primarius Spei, quod est fiduciale desiderium consequendi Deum ultimum finem. Id docuit
D. D. Chrysostomus, citatus ~~nostro~~ ~~[illegible]~~: Cessant fides, et Spes, cùm venerint credita, et sperata: ergo solùm cessat in Beatis spes circa bona, quæ possident; disput. 1., c. 2., num. 71:
Hinc dicendum etiam est, quod in Christo Domino sit habitus Spei infusæ: cujus aliquos actus etiam nunc habet; et quâ, dùm fuit Viator, speravit gloriam corporis.

Sectio 2ª

Assertiones compendio datæ, et probatæ.

Assertio 1ª. Actus Virtutum infusarum sunt ex motivo supernaturali; non tamen sufficit motivum supernaturale, ut actus honestus sit supernaturalis, et ad virtutem infusam pertineat. ~~636~~ 20.

n. 4., C. V. - Prior assertionis pars constat ex dictis, ~~xx~~ Pars
Disp. 3., C. 2. posterior suadetur: nam ex ~~[illegible]~~ eadem bonitate
n. 12. Dei, quae naturali lumine demonstratur, potest
disput. 3., esse tum naturalis dilectio Dei, tum supernus cha-
c. 1., n. 22. ritatis amor; ut constat ex dictis, ~~xx~~. Iterum:
Dei bonitas, quâ est author gratiae, et supernatura-
lium donorum, et quae est motivum superne dilec-
tionis, potest esse motivum dilectionis naturalis: ergo
ut actus honestus sit supernaturalis, et ad virtutem
infusam pertineat, non sufficit motivum supernatu-
rale. Probatur antecedens: nam illa Dei bonitas
potest cognosci cognitione naturali; ut cognoscitur
ab hereticis, et vel ab ipsis Demonibus. Atqui
potest Deus amari propter illam bonitatem ut pro-
positam cognitione naturali; et amor esset naturalis:
nam ad supernaturalem amorem requiritur super-
naturalis cognitio: ergo. Confirmatur: propositâ
bonitate Dei supernaturali per supernaturalem
cognitionem, potest Deus denegare concursum
supernaturalem; sed nihilominus posset voluntas
amare Deum propter illam bonitatem: ergo amare
posset amore naturali. = Dices 1°: virtutes non
~~637~~ 21.
essentijs, sed finibus discernuntur a vitijs, e[...]

ex Augustino, l. 2. contra Julian., c. 3. Ergo virtutes infusæ discernuntur à naturalibus ex objecto formali motivo; ac proinde, actus naturalis, et supernaturalis non possunt habere idem objectum
" formale motivum. — 2.º Deus in quantum est
" universale bonum, à quo dependet omne bonum
" naturale, diligitur naturali dilectione; in quan-
" tum vero est bonum beatificans supernaturali bea
" titudine, sic diligitur dilectione charitatis; ex
Angelico, 1. p., q. 60, à 2., ad 2.um Ergo amor supernaturalis, et naturalis distinguuntur ab objectis formalibus. — 3.º amare Deum super omnia, ut authorem bonorum supernaturalium, est ipsum amare prout oportet: neque enim Deus postulare aliud potest, ut nostra dilectio sit salutaris, nisi quòd ipsum amemus super omnia ex motivo supernaturali, nobilissimo, sine admixtione motivi naturalis. Sed homo viribus naturæ non potest amare Deum, prout oportet; ut docet fides contra Pelagium: ergo &a — 638

22. Ad 1. virtutes discernuntur ~~disjunguntur~~ à vitijs ex finibus; et ex iisdem virtutes infusæ distinguuntur à naturalibus, quoties

istarum

actus ~~actum~~ vitiantur ex pravo fine: qualiter ferè semper
in Infidelibus officia virtutum vitiari, docet Au-
gustinus. At virtutes infusæ non discernuntur à
naturalibus ex fine, seu ex objecto formali, quando-
cumque actus naturalis sit undequaque honestus,
.X. elevatâ — et minimè vitiatus, et ex intentione ad Deum ~~elevata~~ X
procedat — Ad 2.um Deus ut author naturalis est
X naturalis — objectum dilectionis, si natura sibi ipsi relinquatur,
et non præveniatur principijs supernaturalibus; et
sic Deus posset amari à creatura rationali non
elevata ad supernum finem. Deus ut bonum bea-
tificans est objectum dilectionis supernaturalis inquantum
attento fine supernaturalis beatitudinis, ad quem
Deus creaturam elevavit, ipsam supernâ gratiâ
præveniat, ne inutiliter ad justificationem, et salutem
diligat. Hoc sensu accepta doctrina Angelica,
nego quod dilectio naturalis non posset terminari
ad Deum prout gratiæ authorem, et quod dilectio
supernaturalis non possit terminari ad Deum
prout authorem naturæ — Ad 3.um Quod dilectio
Dei sit super omnia, et ex nobilissimo supernaturali
motivo, non est, quod sit prout oportet ad justifica-
tionem, et salutem: insuper requiritur quod sit

quod sit in eodem ordine divino, in quo est gratia sanctificans, et visio beata; et ad hoc requiruntur supernaturalia principia. Deus à nobis postulat dilectionem perfectam; et nos superna gratia prævenit, ut sit prout oportet: quapropter eamdem fiduciam habebimus, quod ipsum prout oportet diligamus, quam de hoc habuerimus, quod ipsum perfectè, super omnia, propter suam bonitatem diligimus. — 632

23. Instas: Sequitur, quod actum virtutis infusæ esse prout oportet, sit denominatio purè extrinseca: desumpta videlicet ex eo, quod profluat ex principijs supernaturalibus; consequens est absurdum; ergo et doctrina, ex qua sequitur. Superest, ut dicatur, quod virtutes infusæ à naturalibus acquisitis distinguuntur ex objectis formalibus: quæ est sententia D. Thomæ, 1.2, q. 63, a. 2. // — 620

24. Nego sequelam, mihi absurdissimam. Docui in tractat. de divina gratia, actum esse salutarem, sive prout oportet ad meritum gratiæ, et vitæ æternæ, esse perfectionem intrinsecam, entitativam, et se tenentem ex parte ipsius actus. Ratio: ex Concilijs, et Patribus, gratia requiritur

D. 4, C. 1. —

ut actus sit salutaris, et prout oportet: ergo hoc non est praecisè, quod actus proveniat à gratia; aliter fugeret argumentatio Conciliorum, et Patrum, et redderet hunc sensum ineptissimum: "Gratia requiritur ad actum, ut sit ex gratia." = Dicimus: perfectio ista intrinseca, et entitativa, ratione cujus actus honestus est prout oportet, nobis ignota,

enim — et à nobis indescribibilis est: neque enim consistit in excellenti honestate; neque in modo tendendi firmo, atque intenso; neque in victoriâ maximae difficultatis; neque demum in praestantia motivi. Et vel hinc quoque oritur incertitudo nostrae justificationis; sed tamen prudenter confidimus, quod omnis actus honestus, elicitus ex motivo superna-

enim — turali, est prout oportet: conamur enim tunc, quantum possumus; et rectè de Deo sentimus, quod dederit gratiam, ut fructuosè operemur. Nego, quod subjungitur Instantiae; et ad authoritatem D. Thomae dico, hunc esse sensum: quod virtutes infusae ab acquisitis distinguantur, secundum objecta for-

nc — malia, non specificativè accepta, sed prout appli-

principium — cata cognitione, et inspiratione superni, quibus adjungitur principium effectivum supernaturale,

Assertio 2ª. Actus virtutum infusarum non possunt ab extrinseco vitiari. Sic docent Suar. Vazquez, et multi alij, quibuscum Petr. Hurtadus, hic, disp. 63, §. 36. Probatur: nam ad actum virtutis infusæ requiritur gratia per Christum; sed ad actum vitiosum non potest requiri gratia per Christum: ergo actus vitiosus non potest esse virtutis infusæ; actus autem ab extrinseco vitiatus est vitiosus, et est saltem veniale peccatum. ~~624.~~ - 25.

Ratio hujus: nam actus dicitur ab extrinseco vitiari, duobus modis. 1º: si procedat ex intentione, saltem virtualiter, peccaminosâ. 2º: si non ordinetur ad finem, ad quem ex præcepto saltem sub obligatione levi, debet ~~obligari~~ ordinari. Utrovis modo actus est vitiosus, et veniale saltem peccatum: ergo.

~~622~~ - 26.

Discursus factus est bonus, si probetur minor. Probatur sic: nam gratia per Christum requiritur tantum ad actus bonos; neque ~~enim~~ enim Christus ~~tum~~ mortuus est, ut fiant actus vitiosi, et turpes: ergo ad actum vitiosum non potest requiri gratia per Christum. Urgetur: omnis actus, ad quem requiritur gratia per Christum, est dispositio.

ad gratiam sanctificantem: ut nempe hæc infundatur, vel augeatur; omnis enim ejusmodi actus est initium, aut augmentum justificationis, ut est Conciliorum, et Patrum doctrina. Atqui actus vitiatus non potest esse dispositio ad gratiam sanctificantem: ergo ad actum vitiatum requiri non potest gratia per Christum. Ostenditur minor: nam actus vitiatus est saltem peccatum veniale; gratiæ autem sanctificanti opponitur connaturaliter peccatum veniale: ut est omnium sensus. Sed nil, quod connaturaliter opponitur formæ, potest esse dispositio ad formam: ergo.

623 VI. Oppones 1.° voluntas constituta sub gratia ad actum virtutis infusæ, v. g. Misericordiæ &c., potest illum elicere ex intentione, et fine vanæ gloriæ: ergo actus virtutum infusarum possunt ab extrinseco vitiari. Probatur consequentia: non enim implicat, quod actus habeatur ex duplici motione interna, quarum quælibet possit sine alia actum elicere: ergo idem ille actus, qui elicitur ex motione gratiæ, potest simul elici ex vanæ gloriæ intentione. 2.°: qui ex affectu venialiter malo intendendi

vanam gloriam accedat cum attritione ad sacramentum pænitentiæ, valide suscipit sacramentum: durum enim est, istum hominem de sacrilegio damnare: ergo supernaturalis attritio potest ab extrinseco vitiari. 3.º vitio nostræ voluntatis possumus abuti actionibus externis supernaturalibus, consecratione v.g.: ergo et etiam actibus internis supernaturalibus, ut est attritio, possumus abuti, illos imperando ex pravo fine. — 2.º cognitio supernaturalis potest influere in actum peccaminosum: ergo et actus peccaminosus potest influere per modum imperii in actum supernaturalem. Consequentia tenet, et antecedens probatur: nam actus fidei infusæ, quo aliquis Deo crederet revelanti suam damnationem, influeret in desperationem, et in Dei odium: ergo. — 6.2.

28. Ad 1.um respondeo voluntas eliceret actum misericordiæ aut solum ex motione gratiæ, aut solum ex motione vitiosi imperii, aut simul ex motione gratiæ, et imperii turpis. Si 1.us ille actus erit supernaturalis; sed non erit extrinsece vitiatus: cum voluntas non operetur tunc, nisi conformiter ad motionem gratiæ. Si 2.us ille actus erit malus, et vitiatus; sed non erit supernaturalis, neque virtutis infusæ: neque enim habitus infusus

D. 2., C. 4. — influit in actum, qui ex motione gratiæ non elicitur. Si 3.um id non est possibile. Ratio; quia licèt actus Misericordiæ sit ex se bonus, et ex parte objecti intrinsecè attacti habeat quidquid requiritur, ut sit honestus, nihilominus Deus prohibet, quod ponatur hîc, et nunc ex imperio turpi: ergo quando actus ponitur hîc, et nunc ex illo imperio, Deus in ipsum non influit specialiter per gratiam; aliter, Deus esset suæ prohibitioni contrarius: ergo cum eo vitioso modo ponitur actus Misericordiæ, non elicitur ex motione gratiæ. Quod dicitur, actum posse haberi sufficienter ex duplici motione interna, ad rem non est, 1°: quia turpe imperium non potest sufficere ad actum supernaturalem; sed ad summum ad actum naturalem Misericordiæ. 2°: quia motio gratiæ non est ad actum ex fine turpi; sed ad actum, excluso fine turpi, quod sibi præfixit illud imperium.

625 29. Ad 2.um Distinguo duas intentiones, quæ interveniunt in casu adducto: quarum una tendit in confessionem externam, quæ non est supernaturalis, ex fine vanæ gloriæ; et altera vult, illam confessionem non esse sacrilegam, sed validam, et fructuosam. Hæc intentio est bona, atque supernaturalis; et ab hac imperatur attritio

requisita:

ac proinde hæc attritio non vitiatur ex affectu vanæ gloriæ, cum ab ipso non imperetur. Nota bene: intentio vanæ gloriæ adimpletur per confessionem externam: unde per ejusmodi pravum affectum sola externa confessio imperatur; interim imperata interna attritione per aliam intentionem bonam faciendi confessionem validam, et fructuosam. Quoniam autem finis vanæ gloriæ obtineretur per confessionem, etiam invalidam; hinc est, quod intentio vanæ gloriæ non tendit in confessionem validam, secundum totum, quod formaliter, et constitutive dicit. Verum est, quod pœnitens non vult consequi vanam gloriam per confessionem externam in circumstantijs, in quibus foret sacrilega; et ad hoc sufficit, quod sola externa confessio in circumstantijs, in quibus non est sacrilega, imperetur. Sed non propterea ex fine vanæ gloriæ imperat pœnitens quidquid requiritur, ut confessio non sit sacrilega.

3p. Ad 3um:

Actionibus externis supernaturalibus sic abutitur, ut neque volitio interna, neque actio externa vitiata, sit ex motione gratiæ divinæ: et totus effectus supernaturalis est a Deo; qui ad præsentiam

pravæ voluntatis,

D. 2, C. 1.

et actionis externę vitiatę concurrit specialiter cum Ministro Sacramentorum, operante nomine Apti. At actus interni supernaturales non possunt esse, nisi ex motione divinę gratię: ac proinde non possunt esse, nisi prout ~~intenduntur~~ a Deo per supernas illuminationem, et inspirationem; sic autem non intenduntur a Deo, nisi secluso pravo fine. Si opponas illud Christi Domini, Matthei 6: attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; sic occurram. Sensus est de officijs, et operibus externis virtutum: hęc ~~inde~~ enim, utpote hominibus pervia, sunt apta ad captandam vanam gloriam; non autem de internis actibus: cum ~~inde~~ enim isti non sint pervij, nisi Deo; apti non sunt ad pravum illum finem.

31. — ~~627.~~ Ad 2.um Cognitio supernaturalis non potest influere in actum peccaminosum; omnis ~~enim~~ enim supernaturalis cognitio retrahit a peccato. Actus fidei, quem quis haberet de sua revelata damnatione, non moveret ad desperationem peccaminosam; quamvis ex objecto revelato miser ille homo desumeret occasionem peccandi. Nec quia gratia requiritur,

Margin: intenduntur — enim — enim — enim

ut omissio actus supernaturalis sit imputabilis, dis-
mitur argumentum, ut gratia influat in omissio-
nem peccaminosam: nam sic requiritur gratia, ut
moveat ad actum ipsum supernaturalem; et retrahat
ab ejus omissione: quæ non esset imputabilis, nisi ex parte
libertatis esset gratia alliciens ad actum supernum,
et retrahens ab ejus peccaminosâ omissione. At si actus
virtutis infusæ ab extrinseco esset vitiatus, gratia move-
ret, et per se influeret in actum peccaminosum; quod
esse implicatorium, probatum est. 688

32. Instas. Potest Deus
ex supremo dominio prohibere actus virtutum infusa-
rum: quo casu, si elicerentur, essent vitiati. Resp.
Replica novam difficultatem intrudit; et probat ni-
mis: nempe, quod actus virtutum infusarum po-
ssit esse intrinsece ~~supernaturalis~~ malus. Ratio: nam actus est
intrinsece malus, i. formaliter, vel virtualiter est voli-
tio malitiæ: et sic velle ~~donare~~ dare eleemosynam ex fine
vanæ gloriæ, non ~~tam~~ solum præintento per imperium, sed
et intrinsece attracto, est volitio intrinsece, immediate, et
ipse mala. Atqui actus virtutis prohibitus esset
virtualiter volitio malitiæ; esset ~~etiam~~ enim virtualiter velle
inobedientiam, et contemptum præcepti: ergo actus
virtutis prohibitus esset intrinsece, immediate, et in

D. 4, C. 1. —

in se ipso malus. Jamvero pro solutione Instantiæ admitto, quod Deus prohibere possit actus internos virtutum naturalium acquisitarum; saltem si excipias actum dilectionis Dei super omnia: hunc enim actum non posse à Deo graviter prohiberi, suppono. // Ratio: quia implicat, sub gravi prohibitione poni actum amoris Dei super omnia, qui essentialiter pugnat cum peccato gravi; aut saltem implicat, quod in sensu composito talis prohibitionis ponatur ille actus; quod mihi sufficit, ut actus amoris Dei super omnia non posset vitiari per oppositionem ad prohibitionem gravem. His premissis,

33. Nego assumptum de prohibitione, in cujus sensu composito esse possit actus virtutis infusæ; quidquid sit, an ipsa prohibitio actuum virtutum naturalium sit indirecta prohibitio actuum virtutum infusarum. Ratio negandi: nam implicat actus virtutis infusæ, qui non sit ex motione prevenientis gratiæ; implicat autem, quod Deus moveat preveniente gratia ad actum, quem ipse prohibet: ergo implicat, quod sit actus virtutis infusæ, et quod sit à Deo prohibitus: ergo implicat, quod Deus prohibeat actus virtutis infusæ prohibitione, in cujus sensu composito possint esse illarum virtutum actus. =

enim

sit actus

D. 4., C. 1. —
34. — 400

Assertio 3.ª Actus Virtutum infusarum superiorum possunt efficaciter imperari per actus inferiorum virtutum. Haec est communissima sententia, quam tradit Oxea, disp. 9. de Charit. sect. 2: dissentit tamen Esparza docens, actum charitatis à nulla alia Virtute posse imperari. Probatur doctrina nostra ex illo, Prov. 8: Ego diligentes me diligo: quibus verbis Deus nos allicit, ut ipsum amore charitatis diligamus; et nos monet, ut si ab ipso diligi volumus, diligamus ipsum: quia diligentes se diligit. Ergo ex amore honesto, quo volumus, ut Deus nos diligat, possumus efficaciter velle Deum diligere amore charitatis. Constat consequentia: nam aliter, si id non possemus praestare, frustra nos Deus hortaretur, ut ipsum diligamus, si ab ipso diligi volumus. Simile argumentum desumitur ex illo Joan., c. : diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos: quibus verbis monemur, ut si gratitudinem erga Deum quam maximam exhibere velimus, ipsum, prius nos amantem, redamemus dilectione charitatis. Ergo ex honestate gratitudinis possumus efficaciter velle

D. 2, C. 1.

Deum diligere amore Charitatis; alioquin frustra exhortaremur ad Deum sic amandum, quia ipse prior dilexit nos.

654. 35. Probatur à ratione idem assumptum: nam voluntas intendens finem aliquem honestum potest honeste eligere quodcumque medium utile ad finem; sed ad finem virtutis inferioris est medium utile dilectio charitatis: ergo voluntas intendens honestum finem virtutis inferioris, potest honeste eligere, tamquam medium, dilectionem Charitatis: ergo actus virtutum infusarum inferiorum possunt efficaciter imperare actus superiorum virtutum, atque etiam ipsius charitatis. Ratio minoris: nam absque dubio ad finem honestum Charitatis erga nosipsos, et ad finem honestum gratitudinis erga Deum, est medium valde utile dilectio perfectæ charitatis, ut constat ex prætallatis Scripturæ testimonijs. Iterum. in casu subeundi martyrium atrocissimum, nihil proponi potest utilius ad servandam patientiam in tormentis, quam elicere ferventissime, et perfectissime Charitatis actus: ergo isti actus possunt tunc ex desiderio servandi patientiam imperari:

amans

~~amaretur~~ ferventissimè Deum, patiturque quam ita-
ter pro Deo, et ipse dilectionis actus meretur de
congruo auxilia efficacia ad patientiam servan-
33. dam; et charitas patiens est, et omnia sustinet;
inquit Apostolus, 1.ª Corinth., 13.

 enim 401 652

36. Obijcitur 1.º

Actus charitatis est perfectior actu patientiæ: ergo
est inordinatum, et præposterum, refferre actus
charitatis ad patientiam; sed sic reffertur, si
actus patientiæ imperaret efficaciter actum cha-
ritatis, quo Deum diligimus super omnia. 2.º ad
amorem charitatis non potest moveri voluntas,
nisi ex sola Dei bonitate; sed non moveretur hoc
modo, si ille amor imperaretur efficaciter ab
actu patientiæ: nam sic homo movetur ad aman-
dum Deum ex bonitate patientiæ, sive vult
amare Deum propter patientiam: ergo. 3.º: im-
perium efficax vincit omnem difficultatem, quæ
est in actu imperato; sed nullius virtutis actus
potest vincere difficultatem actus charitatis: nam
iste actus continet in se observationem totius legis,
et victoriam omnium tentationum; nullius
autem alterius virtutis actus potest vincere
totam difficultatem, quæ est in observatione

D.4, C.1.

totius legis, et in victoria omnium tentationum:

ergo.

~~668.~~ Ad 1.um 3. Quod actus charitatis sit perfectior

31. actu patientiæ, non obest, quominus actus charita-
tis sit medium valdè conducens ad finem patientiæ:
unde non est inordinatum, refferre actum chari-
tis ad finem patientiæ. Si ita ~~[illegible]~~ ordinaretur, ut non
alitèr amandus foret Deus, nisi id esset necessari-
um, aut conducens ad patientiæ finem, tunc esset
inordinatio; sed negatur, quod ex imperio pati-
entiæ non posit, nisi modo illo inordinato, deter-
minari actus perfectæ charitatis. Nec proptereà
Deus refertur ad creaturam; sed solùm est verum,
quod amor Dei refertur ad honestatem creatam
patientiæ, et ad ipsum hominem sibi desiderante-
tem, tum honestatem patientiæ, tùm dilectio-
nem charitatis: hanc quidem ut medium; illam
verò ut finem. Si instando inferas: ergo tunc
non magis apretiatur homo dilectionem cha-
ritatis, quàm honestatem patientiæ; negabo con-
sequentiam. Ratio: nam sicut ipsa dilectione
perfectæ charitatis magis apretiatur homo
divinam bonitatem, quàm omne aliud bonum;
sic ipsa perfectæ charitatis dilectio est practicè,

D. Q., C. V. — 402

Et exercite sui ipsius prelatio super omnem aliam honestatem. Hoc difficile videtur; sed evanescit difficultas, semel statuto, quod dilectio perfecte charitatis sit medium valde conducens ad finem patientie. Et urgetur: nam aliquando urget per ~~[illegible]~~ preceptum charitatis; quando [illegible] nimirum judicatur prudenter, esse medium necessarium ad vincendam tentationem contra aliud preceptum: ergo tunc efficax intentio servandi illud aliud preceptum imperat efficaciter perfectam charitatis dilectionem. accidens

38. Ad 2.um 60 2a

Aliud est motivum directum amandi Deum; aliudque motivum reflexum imperandi, sive efficaciter volendi Dei amorem. Quando per actum patientie imperatur actus charitatis, motivum reflexum est honestas patientie; sed motivum directum (adequate sufficiens) amandi, est sola divina bonitas. Doctrinam capies, si attendas ad propositiones istas: propter honestatem patientie, et ex hoc motivo volo Deum amare; et volo, Deum amare propter honestatem patientie, et ex hoc motivo. Hec propositio evertit tendentiam

essentialem Charitatis; sed hæc tendentia servatur in illa alia propositione. Non propterea nego, quod motivum diligendi Deum posset esse honestas creata simul movente Dei bonitate: dummodò actus tendat cum debitâ apretiatione in bonitatem divinam supra honestatem aliam creatam; ut explicui satis, disp. 1., C. 2., n. 83.

~~655.~~ 39. Ad 4.^m Actus aliarum Virtutum possunt vincere difficultatem, quæ est in actu Charitatis; quod de Charitate propria, qua volumus, ut à Deo diligamur, et de gratitudine ergà Deum præamantem nos, probatum est, ex apertis Scripturæ testimonijs. Ad hæc: ipsa dilectio charitatis est sub præcepto: ergo ex motivo obedientiæ potest voluntas sibi imperare dilectionem charitatis, et vincere omnem difficultatem, quæ est in hoc actu. Et cùm non possit per actum aliarum virtutum vinci tota difficultas, quæ est in actu Charitatis. Non quia aliarum virtutum motivum est infra excellentiam charitatis: nam hoc non facit, quod iste excellentissimus actus non sit medium valde utile, et aliquandò necessarium ad finem aliarum virtutum. Non quia interdum detur facilitas ad actum justitiæ, vel Castitatis, et

non sit facilitas ad observationem totius legis, ad victoriam tentationum, ad ipsamque dilectionem charitatis: nam hoc facit unicè, quod actus aliarum virtutum, assumentes ut medium charitatis dilectionem, sint difficiles; sed non facit quod ejusmodi actus difficiles non possint esse ex propriis motivis aliarum virtutum. Nota: sermo est de actibus imperantibus, efficacibus, absolutis, et perseverantibus, dum urget electio actus imperati: accidit enim frequenter, ut vel imperium non fuerit absolutum, et efficax; vel quod imperium [illegible] cesseat, dum venitur ad actum imperatum, propter hujus experimentalem difficultatem.

656

20. Instas. Si actus aliarum virtutum possunt imperare actum charitatis, non esset prerogativa, et specialis proprietas charitatis, posse imperare actus aliarum virtutum; sequela est absurda, contra illud Apostoli, supra citati: » Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia » sustinet.... patiens est, benigna est, &c: ergo. Confirmatur: sequitur, quod in actu obedientiæ imperanti actum charitatis tantundem sit meriti, quantum in actu obedientiæ non imperante.

D.1, C.4. – 2

et in actu Charitatis non imperato simul sumptis; sequella est absurda: ergo.

67 **41.** Concessa majore, nego minorem: nam quod non sit proprium solius Charitatis posse imperare actus aliarum virtutum, probatum est satis; et confirmatur: quia obedientia potest imperare omnes aliarum virtutum actus, atque etiam actum ipsum Charitatis, urgente precepto. Ratio: nam ex motivo obediendi Deo possumus vincere omnes difficultates, quae occurrunt in exercitio actuum preceptorum; juxta illud, Proverb., c. 21: Vir ~~obediens loquetur~~ victorias. Prerogativa igitur Charitatis, quam explicat Apostolus, stat in modo perfectissimo, quo illa imperat ceterarum virtutum actus: tum ex superioritate motivi; tum quia aliquae virtutes languere solent elicitis, atque imperantibus, nisi foveantur Charitate. Ad Confirmationem, nego sequellam: actus ~~inde~~ imperatus addit meritum supra meritum imperantis: idque vel quia actus imperatus est immediate liber, ut volunt aliqui; vel quia ad novum meritum sufficit honestas, quae absolute, et simpliciter est imperabilis per libertatem mediatam, ut volunt alij.

obediens, loquetur

actibus

enim

Caput 2um

Quæstiones disputatæ

Sectio 1a

Distinctivum virtutum Theologicarum

Essentiale virtutum theologicarum ab alijs distinctivum peti non potest à supernaturalitate: sermo namque est de virtutibus moralibus supernaturalibus, atque infusis. Difficultas præsens desumitur præcipue ex ijs moralibus virtutibus, quæ sunt ad Deum: ut sunt Religio, et Pœnitentia; immò nulla est virtus infusa, quæ non respiciat Deum. N. 1.

Ratio: quia nulla est, quæ ex intentione non elevata ad Deum operetur, condistincte à virtute merè morali, et purè humana. Cùm ~~[illegible]~~ itaque virtus dicatur theologica, quia est ad Deum ~~[illegible]~~ seu quia Deum respicit, ut sonat vocis ethymologia; explicandum est: quo speciali modo virtus theologica respiciat Deum, ut differat à virtute morali.

Insisto explicationi, quam non semel in antecedentibus ~~dentis~~ insinuavi, et quam ~~[illegible]~~ in tract. de pænit. ampledas †, ad mentem Eximij Suarij, varijs in locis; præsertim disput. 7. de pœnitent. sect. 1.

D. 2., C. 2. ... 5. Conclusio. Virtutes Theologicæ differunt essentialiter à cæteris virtutibus, quoniam illæ solæ attingunt Deum ut objectum materiale, et simul ut objectum formale sufficiens; hoc nempè sensu quod nihil creatum concurrat tamquam objectum formale, quin sit exercitium illius perfectionis, ob quam Deus ut objectum formale concurrit. Probatur: nam de ratione virtutis Theologicæ est, quod perfectè uniat, potentiam rationalem cum Deo, ut primo principio, et fine ultimo. Propositio est communis Doctorum sensus cum D. Thomâ 1. 2., q. 62., ar. 1., et 2. Atqui modus perfecte uniendi potentiam rationalem cum Deo est, ~~quod~~ quod actus potentiæ rationalis attingat Deum ut objectum materiale, simul et ut objectum formale sufficiens: ergo de ratione virtutis theologicæ est, quod suo actu attingat Deum, ut objectum materiale, simul et ut objectum formale sufficiens. Probatur minor: nam potentia rationalis non aliter unitur Deo, nisi ipsum cognoscendo, aut amando; et sic necessum est, quod suo actu attingat Deum ut objectum materiale. Rursus: potentia rationalis non perfecte unitur Deo, nisi ipsum propter se attingat.

§. — 2.

. 17.

enim 405

Si Deus propter aliud attingitur, potius cum hoc alio objecto unitur potentia, quàm cum Deo; quod autem Deus attingatur propter se, est formalissimè, quod attingatur tamquàm objectum formale. Tandem: nisi potentia attingat Deum ut objectum formale sufficiens, non conjungitur perfectè cum Deo, tamquàm cum ultimo fine: finis namque ultimus est per se sufficiens ad actum potentiæ, cujus est finis. Ergo modus perfectè uniendi potentiam rationalem cum Deo, est, quod actus potentiæ attingat Deum ut objectum materiale, simul et ut objectum formale sufficiens. 660

3\. Arguitur 1º: Conceptus assignatus non convenit virtutibus theologicis: ergo ineo non stat illarum virtutum à cæteris essentialis differentia. Probatur antecedens. 1º nam actu fidei, quo credimus objectum materiale creatum, non credimus Dei authoritatem; ac proinde eo non attingitur Deus ut objectum materiale. Iterùm: assensus de existentia revelationis pertinet ad fidem; et ejus assensus objectum materiale non est Deus, sed sola revelatio. 2º: nam actu spei possumus aliqua bona desiderare absque relatione ad ultimum finem; istud autem desiderium non terminatur ad Deum

De Virt. Theol. C.º 42.

tamquam ad objectum materiale. 3°: nam purum odium peccati, quatenus est offensa Dei summi boni, est actus Charitatis; et tamen ejusmodi odium non attingit Deum ut objectum materiale. Insuper: actus quo amamus proximum propter hoc ipsum, quia Deo conjunctus est, pertinet ad Charitatem; et tamen potest non attingere Deum, ut objectum materiale. Ergo, quod Deus attingatur tamquam objectum materiale, simul, et ut formale sufficiens, est conceptus non conveniens virtutibus theologicis.

664. 4. Respondetur negando antecedens. Cujus probationes continent doctrinas, quas admisi in antecactis; quapropter ad ipsas respondendum est ex praestabilitis principiis. Ad 1.as probationem. Authoritas Dei, quatenus est principium objectivum fidei, non creditur fide; sed actu ipso fidei attingitur ut objectum materiale: eodem enim actu, quo revelata creduntur, assentitur intellectus divinae authoritati, seu judicat, Deum esse summae authoritatis. Quod attinet ad assensum de revelationis existentia, dicimus Similiter: ejusmodi assensus non est fides actualis; sed est assensus praestitus principio.

objectivo fidei. Iste autem assensus non aliter pertinet ad fidem theologicam, nisi in quantum revelatio activa, et passiva accipiuntur simul ita ut intellectus sic statuat: Deus loquitur. Hic vero assensus attingit Deum ut objectum materiale. Recolantur dicta, num. 95., et 136. — Ad 2.am probationem. Actus quo speramus a Deo bona aliqua absque relatione ad ultimum finem, et est desiderium, et est fiducia: quamvis Deum non attingat sub formalitate desiderij tanquàm objectum materiale, Deum hoc modo attingit sub formalitate fiduciæ. Ratio: nam sub ea formalitate est gaudium de futuritione boni; et non aliter erit gaudium spei theologicæ, nisi sit gaudium de ijs perfectionibus divinis, ex quibus desumitur boni desiderati futuritio: hoc autem gaudium de ijs divinis perfectionibus attingit Deum ut objectum materiale. Relege dicta, ~~in~~ ~~[illegible]~~ — Ad 3.am probationem. Ambo Charitatis actus, de quibus sermo est, sunt ex sua intrinseca tendentia virtualis amor Dei; ac proinde virtualiter intrinsece attingunt Deum ut objectum materiale prosecutionis. ~~Videantur dicta, n. 397. et a num. [illegible]~~ ~~a 583. ad 591.~~

disp. 1., cap. 1.,

disp. 2., c. 1., n. 33., et 91. —

Vide disp. 1., c. 9., n. 19.

D.4, C.2. — Arguitur 2°. Actus Charitatis theologicæ potest
662
S. — 5. accipere promotivo simul cum bonitate divina
bonitatem aliquam creatam: consecutionem v.g. præ-
miorum, quæ præparavit Deus diligentibus se; aut
compensationem beneficiorum, quæ à Deo præacceptæ
sunt. Ergo ad essentialem differentiam virtutum
theologicarum non requiritur, quod Deum attineat
tamquam objectum formale sufficiens. Confirmatur:
+ Charitate theologica Deum amamus ut in actu 2° mi-
-tate sericordem, justum, veracem, atque fidelem; et sic de
alijs attributis, quæ exercentur ad extra. Sed ejusmodi
amor non respicit Deum ut objectum formale suffi-
ciens: cùm necessariò in ejus amoris motivo veniat
Dei operatio ad extra: ergo.

663 6. Respondetur distin-
guendo antecedens: actus absolutè, et simpliciter
Charitatis theologicæ potest accipere promotivo simul
cum bonitate divina bonitatem aliquam creatam
ita ut bonitas divina non sit motivum adæquate su-
fficienter movens, nego; actus imperfecti et secundùm
quid Charitatis theologicæ potest accipere pro-
motivo simul cum bonitate divina aliquam
bonitatem creatam, omitto antecedens, et nego con-
sequentiam

D.1.C.2.

Explicationem datæ definitionis habes, [illegible], et Quod actus ille sit honestus, et supernaturalis, negandum non est; quod eliciatur à habitu charitatis infusæ simul concurrente cum habitu illius virtutis, ad quam pertinet bonitas illa creata assumpta pro motivo, id permitto. Nego, quod ejusmodi actus sit absolutè theologicus, sit simpliciter theologicæ charitatis: est enim absolutè, et simpliciter infra motivum charitatis theologicæ, quod est ad amorem absolutè, et simpliciter benevolum, et amicabilem; qualis non esset amor ille cujus motivum adæquatè sufficiens non esset Dei bonitas. Hinc negata fuit consequentia: nam virtus Theologica per actus, quibus non operatur infra suum proprium motivum, ad quos ipsa per se concurrit absque consortio virtutis inferioris, respicit Deum ut objectum formale sufficiens. Ad confirmationem præmitto, magnam esse controversiam circa doctrinam, quam assumit propositio major. Multi tenent, nihil creatum posse ingredi constitutivè motivum sufficiens ad amorem charitatis; et oppositum tenent aliqui, quibuscum Oviedus.

disp. 1., c. 2., num. 83., et 87. 407

662

7.

D. 4., C. 2.

hic, controv. 4 de Charitate, punct. 2. Noto: divina attributa prout exercentur ad extra dicunt duo haec: et actum Dei liberum, et externam operationem. Quod attinet ad actum Dei liberum, dicimus esse Deo adequate intrinsecum, realiter identificatum cum Deo, et prout virtualiter distinctum dicere perfectionem increatam, atque divinam. Hinc non dissentio abijs, qui docent, actum Dei liberum esse objectum formale charitatis; ita tamen ut voluntas creata ex modo amandi Deum propter volitionem liberam, quâ parcit, ipsum amaret propter volitionem liberam, quâ puniret: cum utraq. volitio aequalem omnino perfectionem subjectivam in Deo dicat. Quod attinet ad opperationes externas, inclino in illorum sententiam, qui docent posse esse objectum formale charitatis simul cum perfectionibus Dei increatis: nam sicut Deus laudandus est propter hoc ipsum, quod ~~[illegible]~~ miseretur, et quia revelat, propter hoc ipsum dignus amore est; qui quidem amor erit charitatis, si sit benevolus, et amicabilis, ut potest esse. Ex dictis concedi possunt, quae assumit ~~[illegible]~~ major; et negatur minor; cujus probatio non urget: nam illae operationes Dei ad extra sunt

exercitia earum perfectionum, quibus Deus ut objectum formale concurrit. Atqui in hoc sensu Deus est objectum formale sufficiens, inquantum nil creatum concurrat, ut objectum formale, quin sit exercitium illius perfectionis, ob quam Deus concurrit ut objectum formale virtutis: ergo.

8\. Arguitur 3°. Theologia est virtus intellectualis non theologica; sed illi convenit conceptus assignatus pro distinctivo virtutis theologicæ: ergo assignatus conceptus convenit virtuti non theologicæ: ergo eo conceptu non continetur differentia essentialis virtutum theologicarum à cæteris. Docet Pater Granado, 1.2., controv. 5., trac. 1., disput. 3., Theologiam esse virtutem intellectualem theologicam, quamvis neget, esse per se infusam; sed quoniam theologia quoad suos actus non est necessaria ad salutem in omnibus fidelibus: ideo rectè cum Apostolo docetur, tres tantum esse virtutes theologicas; hoc est, communes, et necessarias hominibus viatoribus ad salutem consequendam. De habitu theologiæ, et de conclusionibus theologicis satis diximus, ~~num. 248, et 246~~. Nunc ad argumentum

disp. 1., c. 2., n. 45., et cap. 4. num. 35.

n. 4, c. 2.
666

Respondetur, concessa majore, negando minorem.

S. – 9. Ratio: nam quamvis conclusio theologica attingat
Deum ut objectum materiale, et simul ut formale,
× una quoniam ex ~~[illegible]~~ saltem premissa à Deo re-
velata descendit; adhuc non attingit Deum ut
objectum formale sufficiens. Ostenditur; quia ejus-
modi conclusio innititur non pure authoritati
divinæ, et ejus testimonio; sed aliquid aliud accipit
pro motivo, nempe aut veritatem non revelatam
aut veritatem objectivam revelatam: ergo accipit
pro motivo aliquid creatum, quod non est exerciti-
um illius perfectionis, ob quam Deus concurrit
ut objectum formale. Patet consequentia: nam
ejusmodi conclusio accipit pro motivo aliquid cre-
atum, quod non est Dei testimonium; et solum testi-
monium est exercitium summæ authoritatis,
ob quam Deus concurrit tanquam motivum
ad conclusionem ipsam theologicam. Recolantur
× disp. 1., c. 2. dicta, ~~[illegible]~~. E contrario res se habet in virtu-
num. 22. tibus theologicis: nam fides accipit pro objecto
formali externum Dei testimonium; sed istud
S. 1. est exercitium divinæ authoritatis, ob quam
Deus est objectum formale fidei. Similiter Spes
n. 35

accipit visionem beatam; sed ista est exercitium, quo Deus est summum bonum nostrum, qua ratione Deus est objectum formale spei: atque insuper Spes, prout est fiducia de bonis à Deo promissis, accipit externam Dei promissionem; sed hæc est exercitium divinæ fidelitatis, ob quam Deus est objectum formale fiduciæ. ~~667~~ Arguitur 2.º Assignatus

Vp. conceptus pro distinctivo virtutum theologicarum, convenit virtutibus moralibus; aliquibus saltem: ergo illo conceptu non rectè explicatur virtutum theologicarum à ceteris essentialis differentia. Probatur antecedens: nam totus ille conceptus convenit Religioni, atque Pœnitentiæ; quæ sunt virtutes purè morales. Ratio assumpti: quia imprimis ejusmodi virtutes versantur circa Deum: ergo Deus est objectum materiale illarum; objectum namque materiale, et materia ipsa circa quam versatur virtus, potentia sive actus, sunt unum, et idem. Rursus: illæ virtutes attingunt Deum, ut objectum formale. Ostenditur: nam Religio movetur ex Dei excellentia ad tandum Deo cultum ut debitum, ut proportionatum, ut commensuratum ipsi; Pœnitentia autem movetur ex jure quod Deus habet, ~~ne~~ offendatur, ad servandum jus

D.4, C.2. –

illud illesum, atque ad illud, semel lesum, restauran-
dum. Atqui excellentia, et jus Dei sunt ipse Deus:
ergo.

11. ~~668~~ Respondetur negando antecedens, et probatio-
nis assumptum: ad hujus autem probationes respon-
dendum sic est. Religio, et Pœnitentia versantur
circa Deum, ipsum respiciendo tamquam subjectum
cui, non tamquam objectum quod; objectum autem
non quod, et subjectum cui, est illa ~~materia~~ ×, circa quam
×materia, virtutis, potentiæ, sive actus, quæ est objectum mate-
riale. Explicatur: Religio (idem pariformiter
de Pœnitentia) est virtus voluntatis; qua propter
non aliter posset Deum respicere ut objectum quod;
nisi per actum amoris, seu prosecutionis: nam actus
respiciens Deum, ut objectum quod, per modum odij,
et fuge, ~~nam actus respiciens Deum ut objectum quod~~
×actus ~~[illegible]~~ non potest esse× ullius virtutis.
Atqui religio per actum amoris, seu prosecutio-
×enim nis non respicit Deum ut objectum quod: neque ~~[illegible]~~×
amat, aut vult Deum; sed solum amat, et vult cul-
tum Deo: ergo Religio non respicit Deum ut objectum
quod, sed solum ut subjectum cui. =

~~669~~ 12. Multo minus
Religio, aut Pœnitentia respiciunt ut objectum

formale, Deum. Ratio: nam objectum formale virtutis est illud, quod propter se attingitur, ut objectum quod; et est ratio objectiva attingendi alia objecta purè materialia, seu purè terminativa. Atqui Deus non attingitur propter se ut objectum quod à Religione (quod de Poenitentia dicendum similiter est) ergo Religio non attingit Deum ut objectum formale. Igitur objectum formale Religionis est honestas objectiva in hoc relucens: quod ponatur actus manifestativus divinę excellentię, et potestativus subjectionis humanę. Hęc honestas attingitur propter se ut objectum quod per actus Religionis; et propter eamdem honestatem attinguntur objecta materialia: ut sunt oratio, et sacrificium. At, inquis, quo sensu dicitur, quod damus Deo cultum propter divinam excellentiam; et quod ex Dei excellentia moveamur ad Deum colendum. Occurro: utrumque istud dicitur, inquantum divina excellentia est primus terminus precognitus: ratione cujus, et cultus Deo exhibendus est objectivè bonus; et nobis constat, verè dignum, et justum esse, cultum exhibere Deo. Hęc autem honestas, bonitas, et laudabilitas est motivum objectivum, et objectum

formale Religionis; se habente divina excellentia tamquam puro termino: et etiam, si velis, ut objecto formali quo. Sed tunc dicam, solum objectum formale quod esse simpliciter objectum formale: nam illi soli convenit esse objectum formale tum motivum, tum etiam terminativum.

670 13. Instas. Religio, et Pœnitentia respiciunt Deum ut finem cujus; finis autem cujus attingitur ab actu ut objectum materiale, simul et ut formale: ergo hoc modo attingitur Deus ab ijs virtutibus.

enim Ø nego majorem: aliud ~~enim~~ est, quod Deus sit subjectum cujus, et aliud, quod sit finis cujus earum virtutum; 1.us est verum; et 2.us est falsum. Ratio nam finis cujus est objectum amoris benevolentiæ; actus autem illarum virtutum non sunt amor benevolentiæ, quo Deum diligamus. Volumus quidem Deo cultum, volumus Deo observationem juris, quod habet ne offendatur: sed non hoc ipso Deum benevole amamus: quoniam non volumus Deo illa bona ex hoc motivo, quia Deo bona sunt. Sic possumus homini per justitiam tribuere rem suam, quin ipsi rem illam velimus, quia ipsi bona est, et propter hoc motivum, ut per illam bene se habeat; et sic justitia respicit alterum,

ut subjectum cujus, et non ut finem cujus.

12. Religio attingit ut objectum materiale, simul, et formale conformitatem cultus cum Divina excellentia: in hac namque conformitate consistit honestas objectiva illam virtutem* Sed * ejusmodi conformitas constitutive dicit divinam excellentiam: ergo Religio attingit, simul cum alio constitutivo praedictae conformitatis, divinam excellentiam ut objectum materiale, et formale. Distinguo majorem: et illam concedo, de conformitate secundum inadequatum; et illam nego de conformitate secundum totum, quod dicit. Distinctio explicatur exemplo adducto justitiae; quae attingit conformitatem, seu aequalitatem cujus jure activo; non secundum totum ejus aequalitatis conceptum, sed secundum inadequatum. Ratio: tum quia justitia attingit, quod dat alteri, dat autem, solum non jus activum, sed passivum, seu rem suam alteri; tum quia ad justitiam non spectat amare aut gaudere de jure activo alterius; sed dare illi jus passivum, seu terminum juris activi.

* quae specificat

Instaretur.

Adest aliud exemplum: nam Deus amat veritatem; veritas autem constituitur per conformitatem enuntiationis cum objecto. Et tamen Deus non amat totam conformitatem; aliter amaret peccatum quando per enunciationem veram illud enunciamus. Ratio adjuncta majori negatæ non urget: nam honestas objectiva, qua specificatur virtus Religionis, sic stat in conformitate cultus cum divina excellentia, ut ad honestatem formalem refundendam in actum sufficiat hoc: quod nempè exhibeatur cultus propter hoc ipsum; quia est terminus illius conformitatio, cujus mensura, et regula activa est divina excellentia præcognita. // Sed ad hoc non requiritur, quod attingatur per actum tamquàm objectum materiale, simul, et formale, conformitas prædicta secundùm totum; quod dicit: ergo.

672 15. Instas demùm: Pœnitentia attingit tamquàm objectum formale, et materiale honestatem istam objectivam: quod Deus non sit offensus. Sed ista honestas stat formaliter in aliquo divino; in actu nempe, quo Deus condonat peccatum: ergo Pœnitentia attingit //

aliquid divinum tanquam objectum materiale, simul et formale. — Concessa majore, nego minorem: nam quod Deus non sit offensus, habetur per hoc, quod non sit commissum peccatum: unde non stat formaliter in actu condonativo peccati. Objectum autem formale virtutis est semper idem, et attingitur per omnes, et singulos virtutis actus. Verum est, quod post peccatum commissum non potest haberi honestas, quæ à Pænitentia intenditur, nisi per actum divinæ condonationis. Sed hinc solum evincitur, quod post peccatum Pænitentia vult divinam condonationem: non tamen ut objectum formale; sed tanquam medium. Ratio hujus: nam amatur divina condonatio propter aliud prius à pænitentia intentum: nempe propter bonum pacis cum Deo consistens in hoc, quod Deus non sit offensus. Iste conceptus objectivus est methaphisicè determinatus; et habetur phisicè per hoc, vel quod peccatum non sit commissum, vel quod post commissionem sit à Deo condonatum: ac proinde Pænitentia attingit conceptum illum objectivum propter se

D.4, C.2. —

non tanquam finem, et objectum formale; ~~non~~ commi-
sionem peccati, aut illius condonationem ~~attinet~~
propter aliud, tanquam medium, et objectum
materiale.

673 16. Solutionibus datis argumento, et instan-
tijs hoc est addendum, quod hucusque dissimula-
vimus. Ad theologalitatem virtutis requiritur,
quod Deus concurrat ut objectum formale suffici-
ens, quod non convenit Religioni, et Pœniten-
tiæ, etiam omisso, quod suis actibus attingant
Deum ut objectum materiale, et formale. Ratio:
quia aliquid creatum debet concurrere ut
omittitur objectum formale, quin sit exercitium perfec-
tionum, ob quas Deum ut objectum formale
perpendenti concurrere, ~~omittitur~~: ut ~~prudenti~~ constabit.

Sectio 2ª

Influxus Virtutum Theologicarum

674 17. Quoniam habitus Virtutum Theologicarum sunt
veluti potentiæ, quæ tanquam in natura radicantur
in gratia sanctificante, et dant simpliciter posse ad actus;

extra controversiam est, ejusmodi habitus influere physicè, effectivè in suos actus proprios. Sunt duæ difficultates. Altera: an actus Virtutum theologicarum, qui sunt ultima dispositio ad supernorum habituum infusionem, ab iisdem habitibus eliciantur? Hanc difficultatem fuse [struck out] difficultatem, et negativam partem [struck out] tenebo, in tract. de Pœnitentia. Videri potest C. de Lugo, disp. 8. de Pœnitent., sect 7. Altera difficultas est: an habitus virtutum theologicarum influat in actus in eo instanti, in quo urget præceptum? Hæc, sicut et altera difficultas, est communis omnibus habitibus infusis: nam ratio dubitandi est eadem; quapropter resolutio danda est omnibus habitibus infusis communis.

675

18. Supponitur, quæstionem esse de actu præcepto, per cujus omissionem graviter peccaminosam, expelleretur habitus infusus: aut quia talis omissio peccaminosa sit essentialiter incompatibilis cum habitu, ut est communis, et vera sententia de oppositione essentiali peccati lethalis cum gratia sanctificante; aut quia Deus nolit conservare habitum casu, quo committatur peccatum. Sic per quodlibet mortale expelluntur gratia

Charitas, et habitus infusi virtutum moralium; sic per desperationem expellitur Spes; sic etiam per hæresim expellitur fides. In quæstione sententia affirmativa est communissima, et illam tenent Ripalda, Sparza, et Oxea, disp. 8. de Charitate; sententia autem negativa habet pro se C. de Lugo, Arriagam, et Hurtadum de Mendoza, de Virtutibus theologic., d. 127., s. 2., per totam. Inter has sententias mediant aliqui, et videri possunt apud Oviedum, 1. 2., controvers. 2. de merito, punct. 7.

676 19. Conclusio. Habitus Virtutum theologicarum non instruunt in actus præceptos, per quorum omissionem graviter peccantes, nesam essent corrumpendi, sive à subjecto expellendi. Doctrina complectitur omnes habitus infusos; sed charitatis gratia loquamur determinatè de habitu Charitatis theologicæ: de qua supponimus vel ex rei naturâ, vel ex Dei invariabili lege, esse essentialiter incomponibilem cum peccato mortali; ac proinde sic esse incompossibilem cum omissione actus charitatis pro instanti determinato, in quo grave præceptum urgeat de illo eliciendo.

677 20. Probari solet Conclusio hoc argumento: quod nempe si habitus

Charitatis influeret in actum preceptum, sequeretur ~~mutua~~ prioritas, et posterioritas inter habitum, et actum; hęc autem mutua prioritas, et posterioritas implicare; in actum, habitus esset pro priori ad actum, est evidentissimum; quod autem esset actus pro priori ad habitum suadetur. Ut habitus influat in actum, non sufficit, quod Deus sit paratus ad conservandum habitum in ~~illo~~ in quo influit; sed omninò requiritur, quod Deus conservet habitum. Atqui, ut Deus conservet habitum, necessum est, quod in eo precepti instanti, sit pro priori actus: ergo in ea hypotesi actus est pro priori ad habitum. Ratio minoris: ut Deus conservet habitum, necessum est, quod in priori non detur causa expulsiva illius; hoc est, quod non detur peccatum; sed quod in insti precepti non detur causa expulsiva habitus, est, quod detur actus preceptus; nam omissio actus in eo instanti esset peccatum: ergo ut Deus conservet habitum, necessum est, quod in insti precepti, sit pro priori actus. Probatur major: dum est indifferentia, ut sit, vel non sit causa expulsiva habitus, Deus non conservat habitum, sed est indifferens ad conservandum, vel non conservandum. Sed ut

mutua

supponitur. Sequela firmatur: nam, quod in ea hypothesi, in qua habitus influeret

instanti,

instanti

non detur illa indifferentia, sed determinatio Dei ad conservandum habitum, necessarium est, quod in priori non detur causa expulsiva habitus: ergo

678. 21.

Praeoccupata ex dictis est solutio, quae argumento facto communiter exhibetur; nempe, quod conservatio habitus dependet, non à priori, sed à posteriori ab actu praecepto. Haec dependentia explicatur exemplis: tum actionis essentialiter à posteriori dependentis à termino; tum infusionis gratiae sanctificans dependentis à ~~[illegible]~~ posteriori ab expulsione peccati. Praeoccupata, inquam, solutio est: nam ab illo dependet a priori conservatio habitus, à quo determinatur Dei indifferentia ad illum conservandum, vel non conservandum; sed haec indifferentia determinatur per hoc, quod non detur peccatum: et quod istud non detur est, quod actus praeceptus detur: ergo. Iterum: indifferentia Dei ad conservandum habitum, vel destruendum, determinatur ad destruendum per hoc, quod ab homine ponatur peccatum: et ideo expulsio habitus est pro posteriori ad peccatum. Atqui eadem indifferentia

tia

determinatur ad conservandum habitum perhoc quod à creatura non ponatur peccatum: et hoc est, quod ponatur actus preceptus: ergo. Exempla, quibus nititur responsio, labant: nam ab alio, quàm ab effectu, determinatur causa ad actionem à posteriori conexam cum effectu; et ab alio, quam ab expulsione peccati, determinatur Deus ad infundendam gratiam sanctificantem. Sed Deus non determinatur ad conservandum habitum, nisi quia à creatura non ponitur peccatum: et hoc non ponitur, quatenus ab ipsa ponitur actus: ergo. 679

22. Probatur urgentius conclusio jacta. Si habitus charitatis influat in actum in instanti precepti, actus non est liber. Sed sermo est, de actibus preceptis, qui sunt liberi; et quorum omissio sit peccaminosa, quia demeritorie expelleretur habitus. Ergo habitus charitatis non influet in actum in instanti precepti. Probatur major: actus non est liber, si non sit à potentia expedita ad utrunque: nempe ad actum, et ad ejus omissionem; sed actus, si in ipsum influat habitus Charitatis in instanti precepti, non est à potentia

- D. 4., C. 2. -

expeditâ ad omissionem: ergo. Probatur minor:
potentia composita cum habitu charitatis non est
expedita ad omissionem; sed si in instanti praecepti in-
fluat habitus in actum, actus est a potentia
composita cum habitu charitatis: ergo. Constat
minor; et major suadetur: potentia composita
cum habitu charitatis non est expedita ad omissio-
nem conjungendam cum habitu; rursus: neque est
expedita ad removendum habitum per omissionem.
Ratio hujus: non potest potentia per omissionem
removere habitum, qui supponitur in priori;
aliter, in eodem instanti conjungi possent pro
priori habitus, et pro posteriori habitus carentia.
Atqui potentia composita cum habitu dicit, quod
habitus supponatur in, et pro priori: ergo. Explicatur,

68

73.

et Confirmatur. In instanti praecepti, aut voluntas
potest, aut non potest per habitum ponere actum?
Si hoc est: ergo non est libera per habitum po-
nere actum. Si illud: ergo non est libera ad omi-
ssionem actus. Probatur hoc: si in eo instanti
potest voluntas per habitum ponere actum, in
priori est habitus; sed si in priori est habitus, voluntas non est libera ad ~~voluntas non est libera ...~~
~~...~~

omissionem actus: aliter, esset libera ad conjungendam omissionem actus in posteriori cum habitu propriori: ergo.

24 Occurres. Haec benè procederent, si non intervenirent duo instantia realia; in quorum 1°. voluntas habeat gratiam, et habitum: in 2°. autem urgeat praeceptum de eliciendo actum. Tunc voluntas potest in instanti praecepti elicere actum, et conservare habitum; vel omittere actum, et corrumpere habitum. Utrovis modo operetur, sive eliciendo, sivè omittendo actum, operabitur liberè: Ratio à priori hujus doctrinae: nam non omnia, quibus conflatur libertas, debent esse compossibilia cum utroque libertatis extremo: sufficit, quod principium aut requisitum conexum cum determinato extremo, conjungatur prolibito voluntatis cum extremo suae conexionis; vel quod auferatur per extremum oppositi positionem: si nimirum utrumque possit facere voluntas pro suo libito. Atqui voluntas, praehabens in instanti A habitum charitatis, potest pro suo libito conjungere in instanti B. habitum cum actu, aut per omissionem actus,

D. 9. 818.

amovere ~~[illegible]~~ a se habitum: ergo quamvis habitus non sit conjungibilis cum utroque extremo, adhuc &c.

~~682~~ 25. Contra: nam quod praecedat in CA habitus, nihil facit, ut voluntas possit in B per habitum elicere actum, nisi in priori naturae praesupponatur habitus; si in priori habitus, impossibile est, quod in posteriori sit omissio; ergo necessarium est, quod in posteriori sit actus: ergo actus non erit liber. At quo libito voluntatis praesupponatur habitus in priori?? Non libito, quod sit exercitium ~~[illegible]~~ praehabitae in instanti A: tum quia in consistanti supponitur, non esse tale libitum; tum quia ad summum probaretur inde, quod actus charitatis esset immediate, et denominative liber, a libertate ~~[illegible]~~ videlicet formali, et immediata actus, quae supponatur ~~[illegible]~~. Non libito, quod sit exercitium voluntatis in B: nam per libitum, quod sit omissio actus, non potest fieri, ut praesupponatur habitus; neque per libitum, quod sit actus, potest id fieri. Ratio: quia habitus praeexistit, et praesupponitur, ut existat actus: ergo per libitum voluntatis, quod sit actus, non potest fieri, ut praesupponatur habitus.

(Margin: praesupponatur; libertatis; praecisive)

~~683~~ 26. Ex dictis debilitatur ratio, qua innititur

solutio impugnata; et negandum, quod assumitur. Etenim omnia, ex quibus conflatur libertas, constituunt potestatem ad utrumque, sive simultatem potestatum; atque ea omnia sunt propriè ac voluntatis determinationem; ~~atque~~ ac proinde debent esse conjungibilia cum utroque libertatis extremo. Implicat, quod id, quod supponitur pro priori abstrahere: quoniam sic res, et ejus carentia possent conjungi. Relinquitur itaque, quod omnia, et singula, ex quibus libertas consurgit, sunt conjungibilia cum utroque libertatis extremo. 689

71. Oppones 1º. Absurdum est, quod habitus Charitatis otietur, et nihil agat, tunc, quando maximè necessarius ille est; sed tunc est maximè necessarius ille habitus, quando urget grave praeceptum eliciendi actum: ergo. Confirmatur: absurdum quoque est, quod ferè semper habitus charitatis sit otiosus; id sequitur, si non influat in actum praeceptum: ergo. Probatur minor: ferè semper, atque justus est in libertate ad actum Charitatis, est in libertate contrarietatis ad ipsum, et ad actum lethaliter peccaminosum; ut est odium Dei: ergo tunc habitus non influeret in actum Charitatis.

D. 4, C. 2.

Constat consequentia: nam aliter, supponeretur in priori; hoc ipso non daretur libertas ad actum peccaminosum incompossibilem cum habitu: ergo. Adhuc: absurdum denique est, quod actus charitatis, quo homo justus implet preceptum, non sit meritorius de condigno augmenti gratiæ, et gloriæ; sed si habitus charitatis non influat, id sequetur: ergo. Probatur minor: nam ut actus sit meritorius de condigno, requiritur quod sit a gratia sanctificante se habente pro priori; sed si habitus non influat, neque sit pro priori, id de gratia sanctificante dicendum est a fortiori: ergo.

695

28. Oppones 2°.

Quod habitus Charitatis influat in actum preceptum, non obest hujus libertati; sed hinc precipuè negatur ille influxus: ergo. Probatur major: solùm obest libertati actus, quod antecedenter causat, ut voluntas ita se determinet ad actum, ut non possit se determinare ad omissionem; hoc [non] convenit habitui influenti in actum preceptum: ergo. Probatur minor: nam quod habitus Charitatis sit incompossibilis cum omissione actus precepti, non obest, quoniàm is voluntas se determinet pro libito ad omissionem: [enim] neque per omissionem conjungeretur habitus

B. 2, C. 2. 418

cum peccato; sed potius induceretur peccatum, et expelleretur habitus: ergo. Urgetur; quæcumque dicantur, ut habitus Charitatis, influendo in actum præceptum, obsit libertati, manifestè retorquentur in gratiam, quæ prout præveniens sit efficax: nam sub titulo prævenientis est prior ad actum; et titulo efficacis, prout talis, est essentialiter inconjungibilis cum omissione actus. Sed gratia, quæ prout sic præveniens est efficax, absque dubio non obest libertati: ergo.

29\. Ad 1.um 686

concessa majore, nego minorem: nam habitus charitatis non est necessarius simpliciter ad actum; et ad actum præceptum, servato modo libertatis, non potest requiri ut principium: cum sic libertatem everteret. Igitur actus præceptus non est effectivè à Charitatis habitu: sed est vel ab auxilio intrinsecè in gerente, vel ab Omnipotentia specialiter applicata; qualiter est ille actus supernaturalis, qui est proxima dispositio ad infusionem habitus. Ad Confirmationem, concessa majore, nego minorem, et antecedens probationis: nam ferè semper, cum non urget præceptum, voluntas est in sola contradictionis libertate ad actum, et hujus omissionem, sive puram, sive non puram; quæ tamen

D.4. C.2.

non sit peccatum grave; fere semper, cum praeceptum non urget, cogitamus de amando Deum, et non de illius odio, aut de peccato gravi comittendo. Sed demus, quod fere semper sit libertas illa contrarietatis ad actum Charitatis, et ad peccatum grave; non statim sequitur, quod fere semper habitus oriretur. Ratio: nam toties dabitur libertas constituta per auxilium transiens (sive extrinsecum, sive internum) quo voluntas possit se determinare ad actum Charitatis. At non se determinet ad actum Charitatis, sed praecise ad omissionem odij, et ad exclusionem peccati gravis. Tunc, pereunte hoc libertatis exercitio, superest alia libertas determinanda; nempe ad actum Charitatis, ejusque omissionem: et tunc poterit oriri actus charitatis ab habitu infuso. Ratio: nam jam praevie exclusum est omne grave peccatum, et omissio actus Charitatis non esset peccatum; cum non esset in instanti praecepti urgentis.

687. 3p. Ad additamentum: concesso majore, nego minorem, et majorem probationis. Docui in tract. de divina gratia, secutus communiorem sententiam, gratiam sanctificantem non debere positive praecedere actum, ut ipsam condignificet, et gratiam

posteriorem natura actu posse ipsum condignificare ad aliud premium. Hanc doctrinam probavi in dependenter à questione, quam modo verso, et exemplum dede in actu contritionis, qui per primam sanctificantem gratiam condignificatur ad premium gloriæ, et vitæ æternæ. Videri potest Muniesa, d. desrat. 648

31\. Ad 2.um nego majorem. Ad probationem, concessa majore, nego minorem. Ad hujus probationem dico: quod habitus Charitatis sit incompossibilis cum peccaminosa omissione actus, et quod ille sit in priori, obest, ut voluntas sedeterminet prohibito ad peccaminosam omissionem: ut constat ex nostris probationibus. Si autem habitus Charitatis influeret in actum preceptum, esset in priori aliquid incompossibile cum omissione actus precepti. Ergo — Ad Urgentiam nego assumptum majoris; cujus adjuncta probatio nullius est roboris. Explicatur breviter res ista ex ijs, que fuse docui in tract. de divina gratia. Auxilium efficax prout prævenicus est gratia entitative indifferens prout subest consensui conditionato; conditionatus

autem consensus, licet sit logicè prior consensu absoluto, est tamen determinativè posterior ipso consensu absoluto. Ratio: nam non ideo consensus est, quando purificatur conditio, quia in signo majoris universalitatis fuit verum, quod consensus erit, si purificetur conditio; sed è contrario: ideo illud fuit in illo signo verum, quia nunc, quando purificatur conditio, ponitur consensus. Ex parte Dei conferentis auxilium efficax praecedit scientia media de consensu; sed cum ista sit determinativè posterior consensu conditionato, pariter est determinativè posterior consensu ipso absoluto. Ratio: nam voluntas purificata conditione, potest per omissionem facere, ne in suo priori logico, seu majoris universalitatis praecessisset consensus conditionatus; et sic potest facere quod in suo priori naturae non praecessisset scientia media qua Deus hîc, et nunc dat auxilium efficax prae inefficaci. Igitur auxilium efficax prout praeveniens habet aliquam prioritatem ad actum; sed ejus efficacia est determinativè objectivè posterior ipso actu. Rursus: efficacia auxilij est inconjungibilis cum omissione actus; sed tota ista inconjungibilitas est logica, et

consequentiæ; ratione consensus conditionati præsuppositi, et conditionis purificatæ: non autem est conexionis physice, et antecedentis. Ad rem nostram: habitus charitatis cum omissione actus graviter peccaminosa inconjungibilis, si influxerit in actum præceptum, esset in priori ad actum; et nullo modo esset determinativè posterior actu: ergo nulla est paritas à gratia efficaci præveniente, servante libertatem consensus, ad habitum charitatis influentem in actum præceptum, ut hujus servetur libertas. 689

32. Infringes. Habitus charitatis non influit in actum præceptum, nisi vocata jam voluntate gratia efficaci, et prævisa jam per scientiam mediam operatione voluntatis, si vocetur illo gratiæ genere: ergo quod habitus sit proprior, et quod influat in actum, desumitur ex determinatione voluntatis; ac proinde servatur libertas.

33. R. Dato antecedente, negatur consequentia. Ratio: nam in primis gratia 690 non est efficacissima nec sufficiens, nisi afferat ~~primum~~ principium ~~effectivum~~ actus; istud autem principium in casu quæstionis est habitus: ergo habitus non supponit

voluntatem jam vocatam gratia efficaci; sed est pars ipsius gratiæ efficacis. Rursus: Sciencia media nihil facit ad libertatem nisi in statu absoluto servetur eadem hypothesis assumpta prius in statu conditionato. Sed hypothesis scientiæ mediæ excludit omne conexum cum operatione; habitus autem charitatis conectitur cum actu precepto: ergo hypothesis Scienciæ mediæ excludit habitum charitatis à principijs ad actum preceptum: ergo, siquidem in statu absoluto superaddatur habitus charitatis, non servabitur libertas actus precepti; quæ utique servaretur, si in statu absoluto nil aliud veniret, nisi quod fuit assumptum pro hipotesi scienciæ mediæ. =

631 37. Replicabis. Habitus charitatis non est necessarium principium ad actum; ergo nil prohibet, quod per scienciam mediam prevideatur actus preceptus, oriundus à principijs indiferentibus; et quod superaddatur habitus ut principium redundans. Sed sic habitus influeret in actum preceptum. =

632 38. Concedo antecedens: nam habitus infusus non ita est principium ad actum, ut non suppleatur in peccatore, et ut non possit suppleri in justo; immo in justo ipsa gratia auxilians, ut

condistincta ab habitu, dat posse requisitum, et sufficiens. Concedo deinde consequentiam; et nego minorem subsumptam. Ratio: nam superaddito habitu, jam non posset voluntas per alia principia ponere actum, ut posset ponere omissionem; alioqui, posset conjungere omissionem cum habitu. Praeterea: sic habitus est principiis redundans, est propriori ad exercitium libertatis: ergo non est propriori ex libito, et determinatione voluntatis; sed si habitus est propriori, necessum est, quod in posteriori sit actus, et non sit omissio: ergo neque ex libito, et determinatione voluntatis est, quod in posteriori sit actus, et non sit omissio: ergo actus non est liber. Quod autem praevisum fuerit conditionate, quod actus oriretur libere a principiis, et simul a superveniente habitu: ut respere xposui.

ita, | in | indifferentibus, non sufficit, ut oriatur libere ab iis principiis,

693 39. Notanda sunt ista. 1.us quod tota incompossibilitas habitus cum omissione actus praecepti desumatur a gratia sanctificante, quae est principium remotum; nihil prodest. Ostenditur: nam ut habitus influat in actum debet esse conjungibilis cum omissione: ergo debet, posse conjungere omissionem cum gratia sanctificante, a qua habitus supponitur essentialiter inseparabilis; haec autem conjunctio est implicatoria. 2.um a praedefinitionibus divinis ab

D.4., C.2.- intrinseco efficacibus ad habitum charitatis influentes in actum præceptum, non est paritas. Prædefinitiones ejusmodi rejeci in tractatu de gratia; sed illis permissis, dicendum est, eatenus esse fœderabiles cum libertate, quatenus servent immutatam hypotesim scientiæ mediæ; à qua scientia prædefinitiones illæ dependeant essentialiter. Atqui influente habitu Charitatis in actum præceptum non servatur immutata hypotesis scientiæ mediæ; ab ista scientia non dependet essentialiter ille habitus: ergo non est paritas. 3.º si ponatur casus, quo voluntas per aliquod exercitium liberum conservet habitum charitatis, tunc dici poterit, quod habitus influat pro posteriori in actum præceptum; sed tunc actus Charitatis non erit in se, et immediatè liber: sed tantum mediatè, et ~~non~~ in alio exercitio, nempè libero præconservante ipsum habitum. At in eo casu habitus non esset expellendus per omissionem actus Charitatis; nam conservato habitu, jam est impossibilis omissio: et si non conservatur, necessum est, quod ab alia causa habitus sit expulsus.

Sectio 3.ª

Universalitas Virtutum Theologicarum

D. 4, C. 2. — 422

~~692.~~ &c.

Queritur: an actus Virtutum theologicarum essentialiter sint universales virtualiter ex proprio motivo; hoc nimirum modo, quod sint incompossibiles cum contrariis actibus vitiosis circa objecta diversa. Supponitur, eam universalitatem habere actus perfectos Virtutum theologicarum. Ratio: nam actus iij perfecti sunt, quibus homo recte simpliciter ordinatur ad Deum, ultimum finem; si autem non sint universales ex suo motivo, ijs non recte simpliciter ordinatur homo ad Deum ultimum finem: nam ij poterunt stare cum deordinatione simpliciter tali; nimirum, cum heresi; cum desperatione, et cum postpositione Dei ad bonum commutabile.

41. Devolvitur. ~~693.~~

ad hoc dificultas: an servato puro motivo virtutis theologicae, posset esse actus, qui non sit universalis? Affirmativam sententiam docent multi quos inter C. de Lugo, Ripalda, et Oviedus, controv. 5. de Fide, punct. 3. Negativam sententiam docent fere omnes antiqui, ipseque Angelicus Doctor, 2.2., q.5., a 3., quibus cum sentiunt Suarez, Vazquez Conink. Esparza, et alij, ~~quos citatos sequitur Albertin., disp. 4.~~

D. 4, C. 2. — ~~De Charit.~~ §. 4. Dubium non est, hæreticum credere unum fidei articulum, et negare alium; hominem posse sperare unum medium, et desperare de alio necessario ad consequendum ultimum finem; et hominem, prævia complacentia de bonitate divina, posse vitare unum peccatum, et committere aliud. Quod eos credendi, sperandi, et vitandi peccatum actus posset homo elicere ex puro motivo fidei, spei, et Charitatis, aut non posset, hoc est difficultatis punctum.

~~696~~ 12. Conclusio.

Actus Virtutum theologicarum essentialiter sunt universales virtualiter ex proprio motivo: proindeque sunt incompossibiles cum contrarijs actibus vitiosis circa diversa objecta. ~~Sic docebam~~ in tract. de pœnitent.; et ex ibi stabilitis principijs probo breviter conclusionem: et loquamur de actu fidei, a quo est recta consequentia ad actum spei, et Charitatis. Atqui in primis habemus pro nobis authoritatem sacram: nam qui non credit, facit Deum mendacem; 1. Joann., c. 5. Sed qui facit Deum mendacem non potest simul quidquam credere ex puro fidei motivo, quod est Dei summa veracitas in dicendo: ergo qui non credit, hoc est, qui per infidelitatem,

Sic docebo iterum in stabiliendis

discredit aliquem fidei articulum, non potest simul quidquam credere ex puro fidei motivo. Iste clarissimus sensus desumitur ex [praeclara] sententia D. Chrysostomi, homil. 12. in Epistol. ad Rom: credere hoc, non hoc; hoc non est fides. Sed esset fides, si credere hoc, dum hoc aliud discreditur, esset ex puro motivo fidei: ergo. 697

93. A ratione probatur deinde nostra doctrina: nam purum fidei theologicae motivum est testimonium Dei propositum sufficienter; sed implicat, quod aliquis propter testimonium Dei propositum sufficienter credat aliquid, et quod aliud discredat, quod subest testimonio Dei proposito sufficienter: ergo implicat, quod aliquis propter purum fidei theologicae motivum credat aliquid, et quod aliud discredat, quod subest testimonio Dei proposito sufficienter: ergo actus fidei theologicae, (et similiter actus spei, et charitatis) essentialiter sunt universales virtualiter ex proprio motivo: ac proinde inconjungibiles cum contrariis actibus vitiosis circa diversa obiecta. Consequentiae bonae sunt, et major supponitur. Probatur minor: qui credit aliquid propter testimonium Dei propositum sufficienter,

D. 1. C. 7.

judicat (implicitè, vel explicitè, exercitè, vel signatè) illud objectum esse verum ob hoc ipsum, quia subest testimonio Dei proposito sufficienter. Sed sub hoc judicio, implicat, quod discredat aliud objectum, quod subest testimonio Dei proposito sufficienter: ergo.

~~698.~~ 99. Confirmatur 1º: ubi est eadem ratio formalis, et adæquata, eundem esse effectum, necessum est; sed purum motivum fidei est eadem ratio formalis, et adæquata in omnibus objectis, quæ substant Dei testimonio sufficienter proposito: ergo eundem esse effectum, necessum est: ergo, siquidem credatur unum propter purum motivum fidei, necessum est, quod cætera credantur, si non formaliter, saltem virtualiter. Confirmatur 2º: aliqua est ratio, quæ te moveat ad credendum unum articulum, quæ te non movet ad credendum alium; sed ista ratio non potest esse purum motivum fidei: nam ista æquè ~~[illegible]~~ reperitur in omnibus: ergo non est purum motivum fidei, quod te movet ad credendum unum, si ~~[illegible]~~ discredis alium: ergo si ob purum fidei motivum unum articulum credis, reliquos credis virtualiter, ita ut nullum possis ~~credere~~ discredere.

Respon-

Respondebis. Quamvis eadem sit ratio objectiva, non est eadem ratio subjectiva: hoc est, tota ratio credendi unum, et non credendi aliud, sistit in libertate voluntatis. Sic propositis duobus finibus sub eadem communi amabilitate, potest voluntas unum intendere, et alterum respuere; Sic presupposita intentione finis, propositis duobus medijs conducentibus, potest voluntas unum eligere, et alterum eque conducens, immo et magis conducens, omittere. Explicatur exemplo: nam potest Pater legare uni filio, quia filio, quin alijs filijs aliquid leget: ergo similiter. — Contra: nam libertas non est ad credendum unum, et discredendum aliud, si unum credatur propter motivum commune utrique: sed tunc eadem libertas, que est ad credendum formaliter unum, est ad credendum virtualiter aliud: sicut libertas ad intentionem finis est ad virtualem amorem mediorum. Hinc exeo, quod voluntas sit libera ad credendum propter motivum fidei omnes articulos, vel ad omnes discredendos, non sequitur quod possit unum credere propter illud motivum, et alium ~~[illegible]~~ discredere.

D.4., C.2.
700.
S. - 96.

Quod dicitur de duobus finibus, pro nobis est: nam si voluntas intendit efficaciter hunc finem propter bonitatem alteri communem, necessarium est, quod si impeditur a consequendo illam bonitatem in hoc fine, illam procuret in altero: quapropter efficax intentio unius est virtualis intentio alterius; quamvis non sit intentio simultatis: quoniam simultas non est motivum commune utrique. Pro nobis etiam est, quod additur de medijs: nam voluntas ex intentione finis determinatur ad medium conducens, et necessarium; utrumque medium, quamvis sit conducens, non est necessarium ad assecutionem finis. At si voluntas impediatur ab uno medio, necessarium est, quod aliud ponat: ac proinde voluntas non eligit unum medium, nisi cum virtuali amore alterius, si sit necessarium. Exemplum adductum supponit, quod est probandum: si ~~enim~~ Pater legat uni filio, et non alijs, non legat illi, quia filius est; sed quia, et alius filius est: vel saltem, quia vult exercere suam libertatem; in quo stat sufficiens motivum ad eligendum, quamvis non ad praeeligendum. Ratio legis: quia praelectio communiter accipitur

enim

pro qualitate, ratione cujus unum meretur alteri anteponi; et hoc non adest, quando electio fit inter æqualia: tunc ~~vero~~ enim tota ratio sistit in eligentis voluntate. 404. 47.

Objicitur 1º. Potest aliquis ex motivo temperantiæ abstinere a potu immoderato; et non ab immoderato cibo; et universaliter actus Virtutum moralium possunt componi cum contrarijs actibus vitiosis circa diversa objecta: ergo similiter de actibus Virtutum theologicarum ~~dicendum~~ discurrendum est. 2º. hæreticus firmissimè credens, verum esse quid-quid Deus revelat, et persuasus de revelatione Trinitatis, fide credit Trinitatem. Atque potest, et de facto negat alia mysteria, ut est Eucharistia; quia nempe non vult credere, Deum ista alia mysteria revelasse; ergo— 3º. potest aliquis ex motivo Spei aliqua graviora peccata vitare, et simul committere alia; id hoc ipso Spei theologicæ actus non est essentialiter universalis virtualiter ex suo proprio motivo: ergo— 4º. bonitas Dei, quæ est motivum Charitatis, movet ad vitanda peccata, non solum gravia, sed et venialia; sed sæpissimè actu dilectionis

B.4, C.7.

ex illo motivo vitantur mortalia, non vitatis venialibus: ergo similiter actu dilectionis Dei propter ipsius bonitatem poterit aliquis vitare aliqua peccata gravia, alijs gravibus non vitatis.

702 48. Ad 1.^us^ nego absolutè antecedens. Ratio: nam motivum temperantiæ est utrique commune abstinentiæ ab immoderatis cibo, et potu: quapropter illa abstinentia ab uno, et non ab alio, non est ex puro motivo temperantiæ, sed aliquid extranei motivi superaddit. Id capies, si observes, aliud esse motivum universale, et aliud esse motivum ~~con~~ ~~tempatum~~ contentum sub universale: universale reperitur in omnibus objectis contentis intra spheram virtutis; motivum contentum sub universali non reperitur in omnibus objectis, sed in aliquibus. Igitur qui temperat se à potu, et non à cibo, non operatur ex motivo puro temperantiæ, quod universale est; sed ex aliquo motivo speciali, quo motivum temperantiæ restringitur, et quod est compossibile cum inhonestate opposita temperantiæ. Eodem modo discurrimus de cæteris Virtutibus moralibus: uniuscujusque ~~virtutis~~ enim actus, si habeatur ex suo puro motivo, excludit virtualiter actum contrarium circa diversa objecta.

5.- Ad 2.um nego majorem: non ~~enim~~ hæreticus credit Trinitatem propter purum motivum fidei; sed assentitur Trinitati, superaddendo aliquid ~~praeter~~ motivum fidei. Explicatur: ideo Trinitati hæreticus assentitur, quia videt revelationem Trinitatis aliquibus argumentis suaderi, quibus non videt suaderi mysterium Eucharistiæ; et hinc convincitur, quod non accipiat pro motivo credendi revelationem divinam, nisi prout conjunctam cum illis argumentis. Dicitur, quod hæreticus credit firmissimè, verum esse, quidquid Deus revelat; sed rectè id dicitur de assensu, qui non sit fides: nam ille assensus, fidei non est. Ratio: quia neque ille assensus est ex puro fidei motivo; cum simul discredat hæreticus aliud objectum, quod subest testimonio Dei proposito sufficienter. // Dicitur, quod hæreticus est persuasus de existentia revelationis de Trinitate; sed hoc verum est de persuasione innixa, tamquam in motivo, in rationibus humanis: idque ipsum falsum est de persuasione, quæ sit actus fidei, aut quæ sit assensus exhibitus revelationi prout hæc est principium

D. 4. C 2. –

objectivum fidei. Ratio: quia revelatio creditur propter se, supposita applicatione sufficiente; hoc autem modo non creditur ab haeretico revelatio Tri- ×, enim nitatis: negat ~~enim~~ simul aliam revelationem sufficienter propositam.

§. – ~~70~~ ~~48~~. – 50. Instas. Potest haereticus unum articulum negare, quin neget, vera esse quaecumque Deus revelavit; sed stante hoc universali assensu, potest fide credere articulos alios revelatos: ergo. Confirmatur: nam qui incidit in haeresim, eodem modo pergit credere articulos, quos retinet; sed istos, ante lapsum in haeresim, credebat fide: ergo. – Distinguo majorem: potest haereticus non negare, explicite, et signate, vera esse, quaecumque Deus revelavit, concedo; non negare virtualiter, et quantum est ex natura actus, quo aliquem articulum discredit, nego maiorem: nam facit Deum mendacem; et non tam censetur negare revelationem, quam negare Dei veracitatem, et esse vera quaecumque Deus revelavit. Nego minorem: nam stante illo universali assensu, adhuc haereticus ~~neque~~ ~~[illegible]~~,

neque in universali, neque in particulari credit quidquam propter purum fidei motivum; et ideo credere hoc, non hoc, hoc non est fides. Ad confirmationem nego majorem: nam homo ante lapsum in hæresim credebat omnes, et singulos articulos propter purum fidei motivum; et impossibile est, quod post lapsum in hæresim aliquem articulum credat propter illud motivum purum. 705

D. — S. — S. Ad 4. distinguo majorem: 3.um potest aliquis ex motivo spei, prout est absolutè efficax intentio consequendi beatitudinem, aliqua graviora peccata vitare, et simul committere alia, nego; ex motivo spei, prout est fiducia consequendi, subdistinguo: si motivum sit commune omnibus peccatis nego; si non sit commune, concedo majorem. Explico distinctionem. Intentio absolutè efficax consequendi beatitudinem determinat ad omne medium simpliciter necessarium, et sine quo non; cùmque ad finem sit tale medium vitatio cujuscumque peccati mortalis: sequitur, quod ex motivo spei, quatenus est absolutè efficax intentio beatitudinis, nequeat unum mortale vitare, alio non vitato. Spes prout est fiducia est gaudium de futuritione, quamvis arduâ, probabili, et incertâ, beatitudinis; et sic si quis aprehendat, quod per

D. 1., C. 2. -

tale determinatum peccatum minuitur speciali modo illa probabilitas, quomodo non minuitur per aliud diversum peccatum: tunc ex motivo spei non communi vitationis omnium peccatorum poterit ille vitare unum peccatum, aliis non vitato. At si apprehendatur, quod eodem modo minuitur probabilitas consequendi beatitudinem per quodlibet peccatum, tunc motivum vitandi unum est idem, ac motivum vitandi omnia: ac proinde, si unum ex illo motivo vitatur, omnia pariter vitantur. Neganda

minor est ~~maior~~ argumenti; et praecipue de negatione universalitatis in actu spei, qui non excludat contrarium actum vitiosum circa diversa objecta. Talis

quo esset actus, quis beatitudinem non anteponeret omnibus bonis contrarijs, quae everterent illius probabilem futuritionem; aut quo aliquis non speret a Deo omnia media necessaria ad illius ~~a~~ (?) futuritionem: de quibus actibus probatum est, quod non possint esse ex puro motivo Spei Theologicae. Ad 1.um, concesso

466. 51.

antecedente, nego consequentiam. Pro reddenda disparitate, hoc pono principium. Bonitas Dei movet ad amorem sui, et praecise exigit //

quantùm est de se, ut preferatur omnibus, quę sunt simpliciter contraria. Hinc, cùm peccata venialia non sint simpliciter Deo contraria, quamvis verè sint peccata, ipsique displiceant; rectè stat, quod ex motivo divinę bonitatis vitentur mortalia, non vitatis venialibus. 407

§. 52. E contrario res se habet in peccatis mortalibus, quę sunt Deo simpliciter contraria: quodlibet ~~[illegible]~~ est Dei contemptus virtualis, et essentialiter contrarium divinę amicitię. Iam sic: qui admittit aliquod mortale, non diligit Deum quantùm precisè exigit de se divina bonitas: ergo simul vitat aliud mortale, non illud vitat propter purum motivum divinę bonitatis. Ratio: nam qui non diligit Deum, quantùm de se precisè exigit divina bonitas, ~~necessum~~; quod impediatur motivo aliquo creato. Sed hoc ipso, dùm vitat aliud mortale, non illud vitat propter purum motivum divinę bonitatis: ergo. Constat major; et suadetur minor: nam si vitat illud peccatum ideo est, quia videt, ibi non esse illud creatum motivum, quo impeditur ad diligendum Deum quantùm precisè de se exigit divina bonitas;

Marginalia: divin; si; est

ac proinde non pura divina bonitas, sed simul negatio illius alterius motivi, est illud, propter quod vitat unum peccatum, quin determinetur ad vitandum aliud. Hinc, ut acutè observavit Esparza, hìc, q. 7., ar. 2., ad 3.us, incommodo vitandi aliquod peccatum mortale, per aliqualem Dei dilectionem non universalem virtualiter, necessum est, quod admisceatur, implicitè, vel explicitè, formaliter, vel virtualiter, motivum aliquod creatum.

708. ~~N.~~ § 33. Instas.

Actus, quo propter bonitatem Dei vitatur unum peccatum mortale, quin virtualiter excludantur omnia, esset honestus: neque ~~[illegible]~~ enim virtualiter includeret ~~[illegible]~~ propositum, aut voluntatem committendi aliquod; ~~aut~~ de similibus actibus notavi, ~~[illegible] 162.~~ disput 1., cap. 2, num. 83. Ergo ad aliquam virtutem pertineret; non est alia, ad quam pertinere possit, nisi charitas: ergo ad hanc ille actus non universalis pertinet. Constat consequentia, et probatur à paritate virtutum moralium, quae habent actus non universales compossibiles cum actibus contrariis vitiosis circa diversa objecta: ut est communis theologorum sententia contra

Guillelmum apud Maynandum, de Virtutibus, lib. 1., sect. 1., â n. 91. 703

542. Concedo antecedens et consequentiam: ille ~~inde~~ enim actus pertineret plerumque ad illam virtutem, contra quam esset peccatum, quod vitatur; vel pertinet ad universalem justitiam: hoc est, ad principia universalissima, quibus natura rationalis dirigitur, et inclinatur ad omne, quod est honestum. Nego minorem, quatenus contendit, quod ille actus pertineat ad Charitatem: hæc ~~inde~~ enim est ad actus amicitiæ; ille autem actus non esset amicitiæ, sed potius esset modificatio quædam inimicitiæ: quatenus non excluderet inimicitiam, sed tantum excluderet majorem inimicitiam, quæ esset, si committeretur illud peccatum, quod vitatur. Negandum ex dictis est, quod ille actus non universalis, sed elicitus ab homine justo proveniat ab habitu infuso charitatis; quod ex contraria sententia permisi, ~~[illegible]~~ alii. Neganda est consequentia Instantiæ, quæ à paritate adducta non probatur: namque ut superius notavi, actus virtutis moralis, si sit ex puro motivo illius, est virtualiter

D. 4., C. 7. —

universales. Nec propterea nego, Virtutem moralem habere actus ex motivo restricto, non incompossibiles cum actibus vitiosis contrariis. Sed hinc non valet consequentia ad Virtutes Theologicas: nam istarum actus non aliter carebunt universalitate, nisi quatenus non sint ex puro illarum motivo, sed cum admixtione motivi extranei; quod externinius obest theologalitati actus. Concluditur: actus credendi, sperandi, atque diligendi non universales ex motivo, non sunt actus theologici fidei, spei, et Charitatis; sed tantum sunt modificationes infidelitatis, desperationis, atque inimicitiæ: quibus cum possunt illi actus conjungi, et aliquando conjunguntur.

140 S. 55. S. [illegible]. Nota 1°. Simplices complacentiæ, et actus inefficaces Virtutum theologicarum sunt universales: quatenus et sunt quidam gustus, et prælibatio motivi universalis; et inclinant ad actus deliberatos, et efficaces universales. Igitur ex eo, quod ad Virtutes theologicas illi imperfecti actus pertineant, non sequitur, quod ad easdem pertineat actus deliberati, et efficaces, qui

universales non sint — Nota 2º. Nulla Dei perfectio determinatè sumpta potest esse purum motivum actus non universalis. Sic Dei justitia non potest esse purum motivum vitandi peccatum injustitiæ, non exclusis alijs. Ratio: nam quælibet determinata Dei perfectio exigit præcisse, quod Deus omnibus simpliciter contrarijs præferatur; quapropter qui adhuc non amat Deum ob illam perfectionem, necessum est, quod se impediat motivo aliquo creato: ergo ob defectum istius motivi, et non ob purum motivum divinæ perfectionis, vitatur determinatum illud peccatum. — Nota 3º. Actus charitatis, quo

55. vitantur peccata, potest conjungi cum allijs venialibus. Ratio: nam ille actus supponitur perfectæ amicitiæ; et quamvis quoad venialium ~~vitationem~~ restringatur motivum ad hæc determinata, ista restrictio permittitur à motivo charitatis. Ostenditur: nam eo actu amatur divina bonitas propter se, et quantum præcisse exigit; et ista divina bonitas ~~exigit~~ probat, quod veniale vitetur, etiam si id fiat per motivum restrictum — Nota 4º.

[margin: 744 — aliqua venialia vitationem — approbat]

Cum opus bonum eligitur ex motivo charitatis ad Deo placendum, potest illud eligi ex motivo restricto: servari ~~enim~~ [margin: × enim] potest, quod amatur propter se divina bonitas, quantum praecise exigit; et quod bonitas divina approbet electionem illius operationis, etiam cum ex motivo restricto procedit. Haec bene explicat, ex Eximio Suario, P. I. B. Gormaz, pt. 1.ª de Poenit., disp. 2., sect., § 2., cum fructu legendus. //

/ Sectio 2.ª //

Necessitas Virtutum Theologicarum

~~442~~ 56. Extra controversiam est, ad justificationem, et ad salutem, esse simpliciter necessarios habitus infusos Virtutum Theologicarum: est ~~enim~~ [margin: × enim] certum, justificationem fieri per susceptionem gratiae, et donorum; et homi~~nem~~ [margin: + nem] in justificatione, cum remissione peccatorum, haec omnia simul infusa accipere, Fidem, Spem, et Charitatem. Sic definitum est â Tridentino, ses. 6., cap. 7. Quaeritur: an actus Virtutum Theologicarum sint necessarii ad justificationem, et salutem aeternam? Supponitur, id esse de necessitate praecepti, quod ponendum est,

ut vitetur peccatum: unde si omittitur per invincibilem ignorantiam, potest adhuc æterna salus obtineri; id autem esse de necessitate medii, quod ita requiritur, ut quamvis ejus omissio propter invincibilem ignorantiam expers sit peccati, adhuc sine illo non obtinebitur salus æterna. Supponitur difficultatem procedere in præsenti Dei lege, et providentia: nam quod Deus potuerit homines salvare, non per hæc, sed per alia media, aut absque omni ipsorum Cooperatione, certissimum est.

Conclusio. 743

50 Homini adulto sunt simpliciter necessarii, necessitate medii, ad justificationem, et ad salutem actus Theologicarum Virtutum. Est communissima, et indubitabilis theologorum sententia, à qua pauci olim recessere, non sine nota erroris: ut videre est apud Muniesam, disp. 11. de fide, sect 1., n. 5. //

Præmitto, fidem dupliciter accipi: stricte, et habetur per revelationem Dei ex auditu; late, et est quæcumque notitia supernaturalis undecumque habita, etiam ex creaturis, quæ sunt veluti locutiones, enarrationes, et manifestationes Dei. Præmitto insuper, Spem esse fiducialem efficax desiderium consequendi beatitudinem; quod desiderium

D. Q. C. 2.

potest concipi ex puro motivo spei vel ex motivo charitatis. Requiro denique, sermonem esse de actu perfectae dilectionis Dei propter se, et super omnia, quae sint Dei voluntati graviter obliganti contraria. His praemissis//

719 58. Probatur conclusio. 1.° de actu fidei. Sine fide, impossibile est, placere Deo: ad Hebr. 11. Trident. sess. 6., cap. 7: sine fide nulli unquam contigit justificatio; et cap. 8: fides est humanae salutis initium, et radix justificationis. Consonant Patres, quibus commune est illud Augustini, serm. 38. de tempore: sine fide nemo ad Filiorum Dei consortium potest pervenire. Vide plura testimonia apud Suarium, disp. 12. de fide, sect. 2. Tunc sic: hae sacrae authoritates aperte docent, fidem esse necessariam necessitate medii; rursus: agunt de fide actuali, quae est dispositio ad justificationem; ac denique: sunt de fide stricta. Probatur hoc: nam Apostolus de illa fide loquitur, quam explicat exemplis desumptis ex fide, et justificatione Abelis, Enoc, Noe, et Abrahami: Atqui constans est, istorum fidem fuisse strictam: ergo ad justificationem, et salutem necessaria est fides stricta. Accedit, damnatam esse ab Innoc. XI. propositionem istam, quae est 23 = Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo,

D. 4, C. 7. 432

" ad justificationem sufficit. " Videatur Cardenas,
in propositiones damnat., dissertat. 15. 715

59. Probatur conclusio
de actibus Spei, et Charitatis. De Spei enim actu est
" illud, ad Rom., 8: ipsi intra nos gemimus, adoptionem
" filiorum Dei expectantes: spe enim salvificati sumus.
Praeterea: ad salutem est necessaria, necessitate medii,
fides de Deo remuneratore; haec autem fides non
ad aliud est necessaria, nisi ut in Deum speremus. De-
nique: spes est una ex dispositionibus ad justificationem
requisitis: ut docet Tridentinum, sess. 6., Cap. 7.
De actu charitatis perspicuae sunt Scripturae; ex qui-
bus deduxit Augustinus, lib. de vera, et fals. poenit.,
" Cap. 17., quod sine amore Dei nemo unquam gratiam
" invenit, nec veniam consecutus est. 716

60. Arguitur 1.° Neque
ad salutem, neque ad justificationem requiritur nec-
citate medii actus stricte fidei: ergo. Probatur pars 1.ª:
nam qui justificatus est per baptismum, si postea per-
veniat ad aetatem adultam, et prius moriatur, quam
peccaverit mortaliter, quin habuerit notitiam de
rebus fidei, utique salvabitur sine fide actuali. //
Probatur 2.ª pars: nam qui de fide nihil audierunt,
possunt facere, quantum est de se: aut non peccando.

contra legem naturalem; aut de peccatis commissis dolendo cum proposito non peccandi: unde isti justificabuntur sine fide stricta, per Dei providentiam extraordinariam, elargientis illis auxilia supernaturalia, ut fide lata salventur. =

747 61. Nego antecedens. Ad probationem 1.ae partis. Dicunt aliqui, casum non esse possibilem in hac providentia: in qua Deus, si homini adulto non permittat peccatum, illi dabit opportunitatem ad fidem. Dicunt alij, casum illum esse possibilem etiam in hac providentia: cui non repugnat, ut aliquis adultus salvetur absque actibus virtutum theologicarum, si justificationem sine praevia dispositione in baptismo acceptam non amiserit per peccatum. Dicendum est, ex natura rei esse moraliter impossibile, quod homo sine fide diu conservet justitiam; et ex lege praesentis providentiae illud non esse possibile; posse autem id accidere, ut justificatus in infantia perveniens ad aetatem adultam, per aliquod breve tempus nec peccet, nec habeat fidem actualem, et moriatur. Tunc ille salvaretur, non tamquam adultus, sed tanquam infans; et illud breve tempus esset unum moraliter cum infantia. Placet iste dicendi modus, quem citatis D.e Eximio, et C. de Lugo.

tradit Cardenas, citata dissertione 15., num. 18. Ad probationem 2.æ partis. Dicendum, ijs infidelibus, qui facerent quantum de se est, nunquam peccando, aut etiam qui facerent quantam pœnitentiam possent de peccato, Deum non fore denegaturum gratiam, ut ad fidem pervenirent. Sic docet Angelicus q. 14. de verit., à 11., ad 1.um, per hæc verba. Si aliquis in

„ sylvis enutritus, ~~[illegible]~~, vel inter bruta animalia
„ ductum rationis naturalis sequeretur in appetitu
„ boni, et fugâ mali; certissime est tenendum, quod De-
„ us vel per internam dispensationem revelaret
„ ea, quæ sunt ad credendum necessaria, vel aliquem
„ fidei prædicatorem ad eum dirigeret, sicut misit
„ Petrum ad Cornelium. ~~[illegible]~~ dat idem Angeli- rationem
„ cus: hoc ~~[illegible]~~ ad divinam providentiam pertinet,
„ ut cuilibet provideat de necessarijs ad salutem
„ dummodo ex parte ejus non impediatur. ~~748~~

Arguitur 2.º

62. Sine spe potest peccator justificari: si nimirum ex fidei illuminatione erumpat immediatè in actum dilectionis Dei super omnia ex motivo perfectæ charitatis.

D. I. C. 2.

Similiter: sine actu Charitatis potest justificari; quando videlicet accedit ad Baptismum cum sufficiente attritione. Ergo actus Spei, et Charitatis non sunt simpliciter necesarij necessitate medij ad justificationem, et ad obtinendam æternam salutem. //

749. 63. Concesso antecedente, nego consequentiam: nam peccator infidelis potest justificari sine baptismo in re suscepto; et peccator fidelis potest similiter justificari sine Sacramento pœnitentiæ. Nihilominus baptismus, et Sacramentum pœnitentiæ sunt media simpliciter necessaria ad justificationem, et ad salutem: et nec charitas, nec perfecta contritio sufficit sine Sacramenti ~~in~~ voto. Dicimus similiter: actus spei, et Charitatis sunt simpliciter necesarij necessitate medij, vel in re, vel in voto: Et sic in actu perfectæ charitatis justificantis includitur votum spei habendæ; et in attritione disponente ad justificationem ~~ad justificationem~~ intra Sacramentum, est votum habendi dilectionem Charitatis. Si dicas, similiter posse probari

Omnes aliarum virtutum actus esse necessarios necessitate medii, quoniam ad ipsos, prout sunt sub precepto gravi, debet extendi dispositio ad justificationem requisita; nego consequentiam, et do disparitatem. Dispositio ad justificationem requisita est votum omnium actuum, qui sunt sub precepto: nam includit propositum numquam peccandi; sed ejusmodi actus neque disjunctive concurrunt, ut dispositio requisita: E contrario: actus spei, et charitatis requiruntur disjunctive. Actus quidem charitatis; nam extra Sacramentum non est aliud medium ad justificationem, nisi ille actus; actus vero spei: nam dispositio precise sufficiens intra Sacramentum debet afferre pium voluntatis ~~motivum~~ motum, quo Deus preferatur omnibus contrariis voluntati divine graviter obliganti. In hoc actu aut formaliter, aut equivalenter, aut virtualiter erit fiduciale efficax desiderium consequendi ultimum finem: in quo desiderio consistit actus

Spei.

D. 4., C. 7. —

~~72~~

§. — 64.

Instas. Eodem modo poterit dici, quod fides strictè sumpta non requiritur necessitate medij ad justificationem, et ad salutem; hoc nempè sensu, ut non requiratur determinatè, et in re; sed indeterminatè, et in voto: quo requiruntur modo spei, et charitatis actus. — Nego assumptum. Ratio: quià necessitas actuum theologicorum non aliunde innotescit, nisi ex sacra authoritate: cum tota necessitas desumatur ex voluntate Dei non volentis hominem justificare, et salvare, nisi per haec media. Jam vero ex Sacra authoritate nobis constat, disjunctivè requiri, vel actum charitatis cum voto sacramenti; vel sacramentum susceptum cum dispositione includente actum spei. Vide Tridentinum, sess. 6., cap. 6.; et sess. 14. cap. 4. Vice versa; ex Sacra authoritate non habemus, quod fides suppleri possit per alium actum; neque alius actus est, quod suppleri posse dicatur, nisi per fidem latè dictam. Atqui hoc ipsum damnatum est ab Innoc. XI: ergo inconcussum est, fidem strictè

dictam

determinatè, et inde necessariam esse ad justificationem, et ad salutem. = Opportunè nota: hæc fides stricta regulariter, et per se loquendo habetur per prædicationem, et annunciationem externam; haberi tamen potest in aliquo extraordinario casu per revelationem immediatè acceptam à Deo: ita tamen, ut assensus subsecutus sit ex motivo divinæ authoritatis testificantis.

65. Rogabis. 1.° ~~721.~~ quarum veritatum fides explicita sit de necessitate medij ad justificationem, et ad salutem? 2.°: an eadem fides, quæ est necessaria necessitate medij ad justificationem adulti infidelis, sit pariter necessaria ad justificationem fidelis peccatoris? Ad resolutionem præmitto, omnes fidei veritates credi virtualiter per assensum illarum, quæ explicitè credendæ sunt ex necessitate medij; omnes etiam credi implicitè per illum assensum, quo unusquisque credit, esse vera quæcumque Deus revelavit. Præmitto insuper, ~~præter~~ præter illas veritates, quæ explicitè credi debent necessitate

medij.

D. 1., C. 2.- alias esse credendas explicitè necessitate præcepti: ut sunt, quæ continentur in fidei Symbolo, præcepta Decalogi, atque Ecclesiæ, &c.ª

~~722~~ 66. Respondetur ad I.ᵘᵐ quæsitum. Necessaria est necessitate medij fides stricta, qua explicitè credantur ista duo: Deum esse; et esse Remuneratorem. Constat ex Apostolo, ad Hebræ. 11: "credere oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se Remunerator sit." Hunc textum intelligi de necessitate medij, et de utroque simul articulo, definivit Innoc. XI., damnans propositionem istam, quæ est 22.ª = "Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medij; non autem explicita Remuneratoris." Quod in lege veteri non fuerit necessaria fides explicita Trinitatis, et Christi Reparatoris, est communior Theologorum sententia; hæc etiam tenet, quod fides explicita Trinitatis, et Christi Redemptoris sit necessaria necessitate medij post Evangelium sufficienter promulgatum.

Vide Doctores, quos citat Muniessa, dis. VI. de fide, sect. 2., et 3.

67. Respondetur ad 2.um quaesitum. Ad justificationem peccatoris non solùm infidelis, sed etiam fidelis, necessaria est necessitate medij fides stricta, et explicita, qua Deum esse, et Remuneratorem esse, credatur. Sic cum Lumbierio, Oxea, et Cardenas docet Muniessa, citata d., sect. 4. Ratio: nam textus adductus Apostoli est universalis de omni accedente ad Deum; sed peccator fidelis in sua conversione verè accedit ad Deum vero. Item: Tridentinum, quin distinguat inter fidelem, et infidelem, requirit fidem ad impij justificationem; et similiter Innoc. XI. damnavit adductas propositiones 23., et 22., non distinguens inter justificationem infidelis, et fidelis. Demum: iste est sensus Sanctorum Patrum; pro quibus audiendus D. Fulgentius, l. de Fide ad Petrum: sine fide nulla potest prodesse, immò nec esse conversio.

D. 2., C. 2. –

Hujusmodi actus fidei facillimè eliciuntur à peccatore fideli, dùm cogitat de sua conversione, etiamsi illos reflexè non advertat, ut satis explicavi suprà ~~à n. 381. ad 389.~~ 8. – 68.

disp. 1., c. 2., à n. 6. ad n. 10. → ~~724~~

¶ Duo hoc loco observanda sunt. 1um: ante fidem, et ejus crepuscula nullus est actus meritorius, nullaque proxima sufficientia ad actum salutarem: cùm fides sumpta cum suis adminiculis sit ipsum justificationis initium, et salutis fundamentum. Dicuntur fidei adminicula pia credendi voluntas, oratio ad Deum, omniaque opera bona, quæ ex hoc fine fiant, ut Deus ipsam fidei gratiam concedat. Videatur C. de Lugo, disp. 12. de fide, sectione 3: ubi doctrinam istam probat ex Scripturis, Concilijs, et Patribus. 2um: Suscepta jam fide, regulariter, et per se loquendo, actus meritorij de congruo in peccatore, et de ~~congruo~~ condigno in homine justo, fiunt ex prævio actu fidei dirigente; nihil tamen obest, quominùs ejusmodi actus

fiant ex illuminatione supernaturali, quæ non sit fidei actus: ut in antecactis sæpe notatum est.

Postlocutio.

Exposuimus, Optimi Adolesc., difficultates, quas per tempus discutere licuit, de Virtutibus Theologicis, tùm in communi, tùm in particulari: et nunc post satis longum emensum iter finem disputandi facimus. Ex hucusque traditis didicimus, Deum quem fide cognovimus, quem possidendum speramus, sine fine diligendum esse. Hæc ergo sit nostra finalis Conclusio, ut Deum sine fine redamemus, qui in charitate perpetuâ nos prædilexit.

Index

Disputationum, Capitum, et Sectionum, quæ in hoc de Virtutibus Theologicis Tractatu continentur.

Initio cujusque Paginæ notatur numerus Disputationis, et Capitum; Sectionum numeri sunt marginales, quin notato numero Disputationum, et Capitis.

Sect.

Disputatio 2a.

De Spe Theologica Virtute. — D. 1.

Caput 1um

Caput 2um.

Disputatio 3a.

De Charitate Theologica Virtute. — D. 1a.

Caput 1um.

Cap. 2.

Disp.

Disputatio 2a.
De Virtutibus Theologicis in communi. — D. 2.

Caput 1um

Doctrina in compendium redacta. — C. 1.

Caput 2um

Lib.s disputatæ. — C. 2.